Te 181 131
46
G.

F 3858
1.

# OSWALDI CROLLII
# BASILICA CHYMICA,

*Pluribus ſelectis & ſecretiſſimis propria manuali experientia approbatis deſcriptionibus, & vſu remediorum chymicorum ſelectiſſimorum aucta*


A IOAN. HARTMANNO,
M. D. ET QVONDAM CHYMIATRIÆ in Academia Marpurgenſi Profeſſ. celeberrimo, & Principum Haſſiæ Archiatro:


*EDITA*


A IOHANNE MICHAELIS Philoſophiæ & Medicinæ Doctore,
ET GEORG. EVERHARDO HARTMANNO *Authoris filio.*



Canonicorum Regularium ordinis Præm. ... Pariſienſis 1686





GENEVÆ,
Apud Samuelem Chouët.
M. DC. LVIII.

*Ad Illuſtriſsimum & Sapientiſsimum*
*ANHALTINVM PRINCIPEM*

# CHRISTIANVM,
## COMITEM ASCANIÆ, DYNASTEN SERVESTÆ, ac Bernburgi Dominum, &c.

*DOMINVM ET PATRONVM ſuum Clementiſsimum,*

## OSWALDI CROLLII EPISTOLA DEDICATORIA.

INDAGANTI mihi toto mentis conamine, Illuſtriſſime, omníque laude digniſſime PRINCEPS CHRISTIANE,

FAMILIÆ ANHALTINÆ ſummum Decus, an noſtris iſtis deploratiſſimis Temporibus, in quibus nil ferè à petulantiſſima inuidiæ Linguæ Maledicentia tutum eſſe ſolet, hanc meam BASILICAM CHYMICAM, variis ac diuturnis peregrinationibus, laboribus & vigiliis indefeſſis, ſumptibus haud exiguis, longa denique obſeruatione ac meditato ſtudio congeſtam ac ante aliquot annos conſcriptam, in lucem emitterem, ancépſque Iudiciorum pelagus ſubirem: Occurrerunt in ancipitis iudicij biuio hæſitanti impedimenta varia. Qui enim ratione iuſta ſe totos, hac noſtra infeliciſſima ætate ad veræ Sapientiæ ſtudia conuer-

uertunt, & relictis vanitatibus Ethnicis, ſpretíſq; Scholaſticarum ſupra arenam fundatarum opinionum, errorúmq; labyrinthis, deinceps in abſtruſis Naturę Myſteriis diligenti inueſtigatione inquirendis, iiſdémq; labore ſagaci omnia vincente in lucem eruendis ſuam feliciter volunt impēdere operam: Etſi opus arduum, magnum & laudabile ſuſceperunt, diuerſa tamen multorum hominum, & ſæpe ſine vllo ſuo merito iniquiſſima ſolent ſuperborum experiri iudicia. Tanta eſt enim ferrei, & à virtute alieniſſimi huius æui noſtri Malitiæ plenitudo, vt cuilibet integrũ ſit ſuam infantiam, nequitiam, & improbę mentis arrogantiam

*Perſcrutamini Scripturã, in qua Dei Miracula occultata ſunt.*

*Donorum diſſimilitudo non vitatur inter bonos.*

mundo prodere, aliorum laudatos labores carpendo, ita vt ferè nil per tabularum liuorem intactum maneat. Dum enim alter alteri felicitatē ingenij inuidet, fit, vt quem quis imitari nō poſſit, eundem odiſſe incipiat. Ignaui inſuper homines mundanis irretiti illecebris, aut diuitiarum cupiditate flagrantes, eos contēnere ſolent, quos virtute præſtare vſumque fructum Talenti ſibi concrediti ad Dei Laudem & gloriam cum proximo ſuo egeno communem habere animaduertūt. Poſtpoſitis tamen his remoris omnibus vicit me tandem non priuatū ſed *publicum* Commodum, non Aſtrale & Ambitioſum ſcripturiendi, ſed verita-

tis

tis Chymicæ ab impoſtorum laruis repurgādæ & manifeſtandæ ſtudium: Animus imprimis bene de omnibus liberalibus ac Philoſophicis Reipub. Spagyricæ, tam præſentis quàm poſteri ſæculi ingeniis merendi cupidiſſimus: Non ignorans homines (poſt celebrationē ac honorem Creatoris) hominum gratiâ procreatos, vt mutuis inter ſe ſtudiis & amicitiæ officiis ſocietatem colant, aliiſque aliis, ſiquidem homo homini DEVS, in timore Altiſſimi ſuccurrere ac prodeſſe, tum poſſint, tum Charitatis Chriſtianæ vinculo iure etiam teneantur. Prodeat ergo fœtus ille, Nutu Dei, feliciter, ſub auſpiciis *Illuſtriſſimi re & nomine* 1. Petr. 4. ß. 10.

*CHRISTIANI PRIN-CIPIS*: qui in ſingulari ſua munificentia huius in lucẽ editionis facilem expeditúmq; mihi laborem fecit: Quo nomine tota etiam Reſp. Medica & Spagyrica, omnem inde prouenientem vtilitatem, excerptúmque fructum, meritò poſt DEVM Immortalem Celſitudinis ipſius Liberalitati, mecum acceptam feret: Et ſic ad perpetuã Nominis eius memoriam & honorem illo fruetur etiam Nationes Exteræ. Alij autem Megiſtanes ſibi inde capient, vt iiſdem facultatum irritamentis & calcaribus multorum ingeniorum fortunæ indignatione deiectorum, humique iacentiũ animos erigant,

& quia

&c quia virtutis amantiſſimi virtuti deditis libenter præſto ſunt, ſua benignitate, fauore ac munificentia priſtinã Principum humanitatem imitati, viris dignis egeſtatis onere preſſis, ac cõmoditati publicæ conſulere cupiẽtibus, & valentibus, clementer ſuccurrant. Dum autem multis abhinc ſæculis, Inclyte Princeps, conſuetudine diuturna ſit receptũ, vt libri Noui Viris Principibus (quos omnium maximè myſteria maxima noſſe, & his donari præ aliis decet) cõſecrentur, quo illorum patrocinio & fauore ceu Minore ægide muniti: ab iniuria Inuidorum Calumniantium, prout eſt immundi huius mundi, vbi ſemper al-

*Principis eſt ſtudiũ ſapientia promouere ac Natura & Artis ſecreta indagare.*

ter in alterius liuet & graſſatur ingenium, corrupta conſuetudo, eo magis vindicentur: non dubitaui hos meos labores, & hoc vigiliarum mearum munus Tuarum Virtutum meritis aſcriptum, Illuſtriſs. Celſitudini T. offerre, eámque huic Mæcenatem & Patronum deligere, vt ſi improbi quidam Sophiſtæ, craſſa liuoris & calumniandi inſaniâ illud arrodere velint, ipſum iam Tuum factum diſcretionis perſpicaciâ, ac iudicij candore, feliciter protegas atque defendas, ſiquidem antiquiſſimorum Regum, Principũ, & Sophorum Exẽplo laudatiſſimo inter paucos hac noſtra tempeſtate ferè præcipuus exiſtis, cui DEVS eiuſmodi

modi habilitatē, dexteritatémque mentis largitus eſt, vt talia oblata & intelligere & examine recto expendere ſciat: Et de quo ſibi meritò gaudere & gratulari poteſt, quod cognito ſummo *Triuno Bono, Diuino* ſcil. *macro- & microcoſmico*, Dei vtpote, *Luminis naturæ & ſui ipſius*, in reconditiſſimis illis ſcientiis, quibus in Sublunari mundo non ſanctiores, non præſtantiores aliæ vllæ, Cabalæ, videlicet, Magiæ & VVoarchadumiæ (æternæ cœleſtis noſtri Patris *Sapientiæ*, ſolius Veræ, pediſſequis caſtiſſimis) ſingulari Diuinæ Prouidentiæ Benignitate, Celſitudo Tua poſſit ſuum Nomen profiteri: & iuxta prudentiſſima Rei-

pub. Gubernacula & ſceptra feliciſſima etiam Philoſophorum, ac Sophorum ſtupenda cumulate addiſcere myſteria. Quæ fortunata Beatitudo è ſexcentis Procenbus vix vni è Reipubl. Literariæ anteſignanis milleſimo contingere ſolet. Quapropter ſera poſteritas, iure aliquando mirari poterit, quod venerandæ antiquitatis veſtigia, etiam noſtro hoc caliginoſo ſæculo in magni illius Oſtanis, Oſiridis, & *Ter* Maximi *Hermetis* nepotibus & genuinis hæredibus deprehenſa & conſpecta fuerint, qui videlicet difficillimos rerum abſtruſarum aditus intueri, ſcrutari, contemplari, diſcernere & diiudicare valuerint. Sed ne

multa

multa verba, fortè non ſatis apto loco profundam, intra propoſiti cancellos me recipio. Talem igitur iure optimo Patronum & Principem eligere conueniebat, qui, vt modo dictũ, per ſe poſſet curuũ diſcernere recto: qui oculis videret propriis, auribus non audiret alterius, nec ore loqueretur alieno. Et cui non auderent maligni Homines dicere:

*Candida de nigris, & de cãdentibus atra.*

Qui inſuper artium, maximarum rerúmque ſecretiſſimarum cognitione excelleret & abundaret, ſicuti cum admiratione fatentur etiam literatiſſimi Viri, qui Celſitudin. eius familiariter norunt. Et cuius ceu Armatæ Palladis admirandas & Heroicas

virtutes, iuxta inuictam animi magnitudinem in expeditione Gallicana prope Rotomagum patefactam, qui oculata fide diligenter atque accuratiùs perſpexiſſent præſentes nunquam ſatis ob dictionis inopiam pro merito laudare poſſent.

Quamuis autem longe pretioſiori munere dignus ſis, tuáque virtus maiora mereatur, optime *Princeps*, tamen hoc exiguum Clientis literarium munuſculum (ſubmiſſæ meæ erga ſe obſeruantiæ & gratitudinis debitæ monumentum) Celſit. Tua ſerena fronte in præſentia accipere non dedignabitur: Et cum hactenus fortuna non obtulerit melius, illud interea ſin-

gulari ſuâ innatâ Clementiâ, animo donantis æſtimabit. Vale felicíſſime, Principum omnium noſtri ſeculi decus ſingulare, & theſaurum luminis gratiæ & naturæ in agro Cordis repoſitum diligentiſſima & piiſſima indagine, petendo, quærendo ac pulſando eruere perge ad Sacroſanctæ *Triunitatis* ineffabilis Bonitatem, Sapientiam & Potentiam agnoſcendam, ſuſpiciendam, atque celebrandam, donec tenebricoſo quaternarij Puncto ſuperfluo amandato, & adepto purificati ternarij Puncto copulatiuo ad Monadis ſimplicitatem reducto, poſt ſufficientem Supercœleſtium Virtutum, Metaphyſicarúmque Influentiarum

ſpeculationem & comprehenſionem, tandem peracta ſtatione fiamus denuo Beata immutabilique Quiete *VNVM* in ipſo *VNO*, in quo omnia ſunt *VNVM*: Huic Vni & Soli omnis laus, Honor, Virtus & Gloria, ab omni ſemper exhibeatur decantetúrque Creatura. Amen. Pragæ, Anno 1608. è Muſęo.

OSWAL-

# OSWALDI CROLLII
# PRÆFATIO
## ADMONITORIA AD LECTOREM Candidum.

*In quâ, iuxta Medicinæ Chymicæ comprobatam præſtantiam, & Hominis Microcoſmi excellentem dignitatem à pauciſsimis obſeruatam, de vtriuſq; Philoſophiæ, GRATIÆ ſcilicet & NATVRÆ Myſteriis profundiſsimis & reconditiſsimis agitur.*

AVTOR AD ZOILVM.

*Inuide, quid laceras Chymicorum Dîa reperta?*
*Hæc bona ſi non ſunt, tu meliora doce.*

**AD PIVM ET CANDIDVM Lectorem, Chymicæ ac Philoſophicæ Medicæ Studioſum,**

# OSWALDI CROLLII ILLVSTRIS. PRINCIPIS, CHRISTIANI ANHALTINI Medici,

## Præfatio Admonitoria.

QVAMVIS, *beneuole Lector, Romani Angeronam, Græci Harpocratem, Taciturnitatis nomine commendarint: omnes etiam antiqui Philoſophi ſecreta prophanare, Naturæq́; theſauros ſordidis & nondum defæcatis hominibus temerè proſtituere, Actæonis exemplo grauiter prohibuerint: Attamen cùm Pater noſter cæleſtis, nos omnes affluenter ſuis donis præueniens, SOL ſit, omnibus æqualiter lucens (ſine reſpectu enim & inuidia Bonis & Malis, Gratis & Ingratis ſuam communicat lucem)*

Pſal.145. ſect.9. Matth.5: Iohan.1: ſect.5. Strabo ait tũ demum mortales imitari deos cùm beneſici fuerint. Matth.5: Luc.19.

meritò hunc, cuius filij eſſe debemus, imitari tenemur: iiq; omnium maximè, quos ſua gratioſa miſericordia, è tenebroſo Laborum Errorumq; labyrintho & circumferentia ad manifeſtam Quietis & Veritatis ſemitam ac centrum deduxit. Ideò talẽtum mihi à Patre Luminum concreditum impia quadam taciturnitate in ſudario, diutius inhumana obruere inuidia non viſum fuit: cũ ingenuis animis Sapientiæ fores ſemper patere debeant, neque talibus Μυσῶν θύραι vnquam conſpectæ fuerint ἄφθονοι. Benignum namq; & humanitatis plenum officium eſt, erranti proximo, viæ præmõſtratorem ſe præbere facilẽ, non errantem verò, in via recta retinere. Quo nomine, amice lector, ad Diuinæ Maieſtatis & Liberalitatis (cuius inſtrumentum & calamum ſaltem me cunctarum ſuarum miſerationum & præſtitorum beneficiorum longè minorem, eſſe & opto & ſpero in hac euulgatione) laudem & gloriam: proximi etiam ſeu totius Reipublicæ Chymicæ commodum & incrementum, è cordis mei profundiſſimo ſcrinio, præſtãtiſſima depromo hic tibi Arcana Spagyrica (quorum præparatione poſt multiplices ſumtuum, temporis, & laborũ errores, propria mea manuali experientia ſunt à me prius comprobatæ omnes) dualia in hunc vſque diem, ſimul & ſemel in publicum prodiiſſe,

Victor. Dona Dei creſcunt & augentur cõmunicando.

Fuerunt etiam ex mea ſpontanea cõmunicatione ab aliis quadã ex his pro Imperatore noſtro Rudolpho præparata.

*diiſſe, nec auditione accipere potui, nec è veterum intelligere monumentis. Alienum à me ſemper fuit, nugis & mendaciis, quorum ſeculum noſtrum (fax & amurca mundi) admodum ferax eſt, lectorem onerare: multò minus ingens volumen (qualia complura apud me diuturnis laboribus collecta latent) tædioſiſſimarum Receptarum formulis complere, quibus cẽtonibus iam video Medicinæ ſtudioſos obrui & ita intricari, vt ipſi ferè ſub tam graui Receptarum pondere corruant & moriantur. Quæ autem per annos ferè viginti in moleſtiis meis ac variæ fortunæ laborioſis peregrinationibus, per Galliam, Italiam, Germaniam, Hũgariam, Poloniam, Bohemiam, à Chymiatris, maximè experientiæ doctrinæq́; viris, partim precibus, partim pretio & permutatione (vt taceam in praxi medica nutu Dei proprio ſtudio inuenta mea, eaq́; non pauca) indefatigata diligentia, & curioſa exploratione adeptus ſum, vtilitati priuatæ communem præferens, charitate inſuper Chriſtiana miſeria & neceſſitate ægrotantium motus, pro mea in rempub. medicam fidelitate, prius Vulcani beneficio probatiſſima, oculatis, vt ita dicam, manibus aſpicere & cõtrectare volui, antequam illa emolumento publico à me donarentur, vt hoc pacto filij doctrinæ indagatores & amatores veritatis, quod*

Quo plerunque maiores Recepta, eò minores virtutes.

Benignum eſt, teſte Plinio in Epiſt. ad Veſpaſianum, & plenũ ingenui pudoris fateri per quos profecimus.

ego magno meo malo didici, nunc optimo conſequantur compendio, videlicet non fallaces (vt hactenus in tanta impoſturarum fertilitate conqueſti ſunt) opiniones, ſed multis experimentis exploratam, diuq́ exoptatam veritatem. Et ſic quoque nonnulla confecto prius magni anni Platonici curriculo cũ fœnore ad ſuos integro, & longe ſplẽdidiore ornatu veſtita reuertuntur gratis, quàm ego eadem ab autoribus ſemilacera & pretio olim acceperam. Nam apud nonnullos, ad quos rumor multorum Arcanorum reconditorum me tædioſis itinerum difficultatibus & ſumptibus pellexerat, ipſa præſentia, vt ſæpe fieri ſolet, famam minuit: ita vt aut trita tunc mihi viderentur, quæ illi pro ſecretis oſtentabant: aut mutila & manca, quorum defectus erat ſupplendus è multis deſcriptionibus à me in vnam redactis, comprobante nihilominus eandem prius proprio ignis examine: permutatione etiam ipſis non damnoſa (ſecundum peruulgatam illam conſuetudinem Chymicam, καὶ δὸς τὶ, ϗ λαβὲ τὶ) ſæpe à me ſtudia mea cum ipſis conferente, ouum in colloquio mutuo pro nuce accipiebant, quâ longis, operoſis & vanis laboribus fractâ, carioſum tãdem reperi nucleum, aut nuclei loco cortices & ſiliquas obtinui: inde factũ eſt, vt ſine Naturæ VVLCANO, veriſſimo artium & myſterio-

rum

*rum à poëtis decãtato inuẽtore & doctore, maxima pars illorum (pace tãtorum virorum ſalua hoc dixerim) qui noſtra ætate, de ſecretioribus præparationibus Spagyricis ex aliorum relatu non ſua ſcripſerunt manuali experientia, hunc fructum Chymiæ ſtudioſis attulerint, vt plerunque poſt magnos in vanum locatos ſumptus tãdem etiam cauſam ipſis perditi cum laboris, tum longiſſimi dederint temporis. Rem ita ſe habere fatebuntur mecum lubentes ij, quã meo exemplo & alieno damno non acquieſcentes, talia pyrotechniæ & Chymiæ miniſterio deinceps examinare, ſuoq́; periculo proprio cautiores fieri mauelint: Et ſicuti multa ſunt in dictis quæ non reperiũtur in factis, ita multa cadunt inter Theoriam & praxin: Experietur, qui ſibi de alieno periculo cupit facere propriũ & decipi ab his, qui ab aliis fuerunt decepti. Ideò in hoc ſtudio, non cuipiam vlterius habeatur fides, quàm quiſq; propriã ſua experientia palpando & videndo per debitam ignis falſum à vero diiudicandis examen comprobatum repererit. Et quia ſecundũ Æſchylum ille demũ reputatur prudẽs ὁ χρήσιμα, οὐχ ὁ πολλ᾽ εἰδὼς, malui pauciora & ſelectiora offerre, animo ſubinde reuoluẽs illud Damaſceni: Medicamenta tibi pauca tenenda ſunt, quorum vires & operationes multoties es expertus: Nihilominus in*

*Diſcito aliorũ monitis cauere, nō inſumpta opera pœniteat.*

*hac paucitate tibi cõſidenter aſſeuerare poſſum, in totius Naturæ maieſtate & penu (ſi vniuerſalem illam & celebratiſſimam Medicinam ab antiquiſſimis à condito mũdo ſapientibus Philoſophis poſſeſſam, & ad miraculum vſq; legitimis ſuis hæredibus decantatã excipias) vix latẽter quieſcere, præcipuis his medicinæ ſecretioris Arcanis oblatis ſelectiora & efficaciora, οὐ γὰρ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ, ἀλλ' ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα.*

*Vide Anaxagorã in ſuo libello, περὶ οἰκείων φυσικῶν.*

*Fructus & ſumma vtilitas laborẽ artificis tempùſq; impenſum ſatis ſupérque cõpenſabit.*

*Qui ſyncerius Philoſophiæ operam nauando intima Naturæ penetralia præparationũ piâ aſſiduitate, naturaliumq; cauſarum diligenti contemplatione coniuncta debitè adierit, experiẽtiæ inſuper labores & difficultates non recuſauerit, ex hoc Naturæ gremio reuelato, manuariæ operationis ſolertia (ſi gratia fauoris Altiſſimi ipſi infuſa fuerit) proferet longe maiora, quàm prima facie polliceri videntur. Quamuis autem vires ſingulis ordine aſſignatas, ego, à quo medicinam facio, non omnes expertus ſim, ſicuti ipſas opere ipſa præſtiti præparationes: attamen, quia potiſſimam partem vſu medico deprehendi veram, Spagyris in laboribus Chymicis prouectis & exercitatis, filiis videlicet artis, terminorum eius peritis ac veræ Philoſophiæ fontibus prolutis, qui de his ſolo etiam intuitu haud iniquam cenſuram ferre, faciliq; coniectura aſſequi poſſunt, (eiuſmodi enim & non*

*non duræ ceruicis, obtuſiq́ ingenij artificem hæ præparationes, nil cum Alchymiſtarum vulgo commune habentes, requirunt, ne indigniſſima calumnia τὰ τοῦ τεχνίτου σφάλματα, τῆς τέχνης εἶναι νομίζηται) illis inquam artibus ἐγχειριτικοῖς nullum erit dubium, quin & cæteræ vires ab experti ſſimis Chymiatris longo rerum vſu, certoq́ experimento comprobatæ, & nunc vnâ operâ publicatæ, indubiè deſideratum præſtando effectum ſint voto & auidæ expectationi ſatisfacturæ. Ideò veri & profundiores Medici, diuino afflati ſpiritu, miſericordiâ Samaritanâ erga ægrotantem proximum, cuiuſcunque ſortis & conditionis, moti, qui in timore DEI methodo conuenienti & artificioſa his ſua propriâ operâ legitime, (niſi velint effectu deſiderato defraudari) non alienâ vt plerunque fieri ſolet ſophiſticè & fraudulenter præparatis vtentur, experimento cognoſcent, adhuc longe maiores efficacias, & virtutes inter medendum, ſi præſertim pro natura infirmi & iudicio præſentis medici offerantur, quam ego hic aſſignare nec potui nec debui, ſicuti temporis filia DEI nutu docebit Veritas.*

*Qui propter intellectus inuriam ſuum deſiderium nō obtinet, ignorantia & imperitia ſua culpâ, non natura defectui, nec mihi, ſed ſibi imputet.*

*Sed quibus me hoc publico promerito nunc fructibus obijcio? quid obſecro in hac iudiciorum alea & diuerſitate agendum? quid in tanto carptorum peſſime vel optima arrodentium*

proventu faciendum? Scutum obijciam intrepidus, quo me tuear, ſynceritatis videlicet meæ beneq́; de Republ. Spagyrica merendi ſtudium: Hoc imperitorum ſuperba non timebit iudicia, & omnia aduerſariorum præuiſa tela, Iracundiam puta, Maledictionem, Inuidiam, Superciliοſum contemptum veriſſimum Inſcitiæ teſtem, facillime retundet.

Ignorãtia Superbia & Nequitia indiuidua comites.

I. Inſurgent in me & iraſcentur grauiter primò ſecretiores Philoſophi Hermetici, quibus potiora iſthac arcana antea fuerunt ex parte perſpecta: conquerentes iniuriam ſibi fieri, ſi illa, quæ ſummis ſtudiis & longo temporum interuallo conquiſita, altoq́; ſilentio hactenus compreſſa fuerunt, tam ſubitò lucem videant, & cum hominum vulgo communicentur: Fractorem me ſigilli Chymici vocabunt, quod, myſtico Pythagorico ſilentio non initiatus, & Hippocraticæ legis immemor τὰ ἱερὰ ἱεροῖς, Veritatem Chymicam, in vmbrarum & Inuidiæ carceribus hactenus detentam, liberauerim, liberatamq́; è vinculis foribus patefactis benignè communicauerim poſteritati. Verùm hi, quia veræ Sapientiæ hæredes, & Regni Philoſophici ciues, clauſa inuidiæ feneſtra, DEI & proximi ſemper amantes ſunt, aut ſaltem eſſe debent, ſublato in altum capite & oculis Cabaliſticis, non ignorabunt in vera Cabala, Magia, &

VVoar-

*VVoarchadumia longè potiores theſauros ſi hi Oratorij & Laboratorij beneficio, petendo videlicet, quærẽdo, & pulſando, indefeſsis laboribus & vigiliis eruendos repoſitos eſſe, à* GRATIÆ & NATVRÆ *Lumine, Temporis tandem progreſſu, omnibus indifferenter manifeſtandos, vbi exacto prius* SANGVINEO FILII IVDICIO, PATRIS AQVEVM *indubitanter ſubſecuturo, in* TERTIO *demum* SPIRITVS SANCTI *ſeculo (olim per* IGNEM, *propter occulti manifeſtationem, renouando)* HELIAS *Artiſta* Reparator *omniũ aduenerit: Cuilibet enim Diuinitatis Perſonæ, ſuum ſeculum eſſe deſtinatum, non obſcurè colligere eſt, è duodecim tripartiti ſymboli Apoſtolici Articulis, totidem magni & vnici Diei, huius videlicet duraturi Mundi horis cõgruè correſpondentibus. Et ſic poſteritati grata, in Chymicis Lumine Naturali expertæ, & à DEO ad harum præparationem incitatæ (Scientia videlicet ac Sapientiæ heredibus dilectis) præſentes has mecum nullo modo inuidebunt micas: ab inexercitatis enim pigris ſeu ignaris contemptoribus Arcana hæc Chymica, ob manualis operationis ineptitudinem, bene intacta manebunt: ſicuti etiam à prophanis, prauis, & indignis, reuelatorum myſteriorum Theologicorum Philoſophicis apto loco (ſermo-*

Syriacid. c. 43. ſect. 36.37.

Zephan. c.3. ſect. 5. Malach. 4. ſect. 5.6. Zach. 14. ſect. 9. Sirach. 48. ſect. 30.31.32.

*Soli qui ſunt digni illa vere intelligūt, quibus videlicet Deus Rationē humanā per Mentem illuminauit.*

*ne breui ſed ſufficienti his qui intellecturi ſunt) immixtorum, nullum erit ob ſpiritus Sapientiæ carentiam, ingeniorumq́ tarditatem comprehenſionis & præceptionus periculum.*

*Ideò nemo temerarium ſe oſtendat iudicē ante veritatis cauſa agnitionē ſententiam ſuam proferendo.*

*Spurij autem & Adulterini Theophraſtai (ſceleratiſſimum hominum genus) rabidiſſime meam ſynceritatem accuſare non deſinent, ægerrime ferentes; quod deinceps ſimulata ſua experientia, amicitia ficta, pietate fucata, pollicitationibus variis & vanis doloſe ſuas impoſturas venales, & magna pecunia redimendas, apud illos qui animum ad cauendum fallendumq́ minime inſtructum habent, circumferre non poſſint: Nec prout eſt quorundam de facie & veſtitu ſe non facile manifeſtantium artificioſa vafricies, dum ex aliorum cōgreſſu*

2\.

*Tales furto ac benefactorum calumnia quærūt ingenij laudem.*

*& colloquiis ſententias captando, ſibi deinceps ſuppreſſo benefactorum nomine eruditionis, ſapientiæ, prudentiæque famam apud magnates aucupātur, & quæ ab aliis bonis viris, technarum multitudine, ſuis videlicet fallacis ac verſipellis aſtutiæ fraudibus ac verſutiis expiſcati ſunt, more ſuo ſolito pretio amplius diſtrahere, multò minus emētitas ſuas, ſine vlla veritatis ſcintillâ cacochymicas & ſophiſticas, literâ lōgâ dignas artes, pomposa ſpecie vendere, quòd hac vice Phariſaicam pellem, vulpinum ac maledicum animum tegentem, (quo multos innocentes*

*centes virtute ſua & inculpata vitâ viros integerrimos, peſſimi illi ad arrugias condemnãdi impoſtores, perfidi ac ſcelerata linguæ famicidæ, quorum etiam vmbra nocet, nõ ſolùm mendaciter inſectari, verùm etiam honeſtum laudabileq́; eorum nomen in odium, & periculum vocare conſueuerunt) ſibi detractam animaduertent. Natio hæc praua & adultera, cui decipere dulce eſt, mauult eſſe famæ magnæ, quam bonæ, & plerunq; quia virtutibus nequeunt, ſceleribus innoteſcere volunt. Ideò his à cœtu omnium verè Philoſophantium in perpetuum excommunicatis impoſtoribus, myſteriorum DEI, ſecretorumq́; Naturæ ignaris & indignis (propter quos laudatiſſimum & honoratiſſimum veræ ac inclytæ Alchymiæ nomen, non ſolum apud rude vulgus, verùm etiã apud literatos, qui tamen ex ſua ignorantia aliorum ſcientiam metiuntur, infame ac odioſum immeritò euaſit) diſplicuiſſe, verè laudari eſt. Quid enim poteſt contingere illuſtrius, quàm ab illis perditiſſimis agyrtis & ſeplaſiariis ad haram potius quàm ad Aram Spagyricam idoneis vituperari, quorum laus ſæpè ſuſpendio digna, & à quibus non niſi optimi & doctiſſimi quique ſemper odio ſunt habiti?*

*Non artis hæc, ſed hominum artẽ obtrectantium ſunt vitia.*

*Galeniſtarũ verò pars ſyncerior & ſubtilior, Nicodemiana, ingenio mitiore, quæ propter*

*metum & excommunicationem Rabinorum quorundam Athenienſium veritatem publicè profiteri, hactenus nondum auſa eſt, lucem hãc diutiſſimè exoptatã, obuiis vlnis excipiet auidiſſimè, abſit tamen omen, quod haud vano mentis augurio præſentio, ne poſt plenariam iſtorum perceptionem* Inuidia *hinc certò ſuboritura doleat hæc vſui publico cõmunia facta: ita vt poſteà iidem ſimulato contẽptu, illa feruidius carpant: vel vt aliquãdo plus ſapere videantur, contractis ſuperciliis, ac concriſpatis naribus eadem (ſuis tamen vſibus, ſed ſine DEI benedictione, clanculum reſeruata) frigidiuſcule commendent. At cum Inuidiæ ſtimulis ſemper vulnerata conſpiciatur virtus, ac proficientium & Reipub. ſtudentium comes ſit Inuidia: imò ne Iupiter quidem, ſeu pluat, ſeu ſerenus ſit, omnibus placeat, & difficillimum ſit ingrato mundo operam gratam præſtare poſſe, miſericordia potius quàm ira hi digni ſunt, donec aliquando ex inuidiæ ſuæ Purgatorio cruciante, ſponte ſe liberent.*

Vbi inuidia & odium in cõſilio eſt, cæcum eſt ibi iudicium.

Omnibus placere nõ ſtudeo, cũ nec omnes mihi placeant.

*Pars verò craſſior & fæculentior, quæ veritate relicta, comitem ſibi errorem adiunxit, omnis humanitatis & veræ Philoſophicæ literaturæ planè rudis & expers, omnium maximè ludibriis ſuperciliosis hanc meam erga Rempublicam laceſſet beneuolentiam. Verùm enimuerò,*

*verò, cùm ſecundum Comicum his maleferiatis Miſochymicis & Miſoſophis in ignorantia ſua ſepultis, nil quicquam iniuſtius: horum inſuper demerſa in cœno & puluere ſcholaſtico mentes nil ſublime ſuſpicere poßint, imò veteri ſemita & craſſæ ſuæ inſcitiæ immori malunt quàm vt diſcipuli habeantur eorum, in quos ſibi docendo imperium arrogarunt: nemini mirum videatur, ſi hi inſolentes & manifeſti Naturæ ſecretorum contemptores, elato ſupercilio, audito ſolo* Chymiæ *Nomine inhorreſcentes, hucuſque diuiniſsimam hanc artem ſine omni rubore, ſtulta ac barbara quadam arrogantia improbando ridere, omni conuiciorum genere impudenter proſcindere, & inſtar canum, ignota allatrantium, ſtomacho ſe inſectari ac indigne lacerare, non ſunt veriti, quam tamen ne à limine quidem ſalutarunt vnquam: tum quod Diuinæ Sapientiæ exortes pro fatua mentis inſcitia, ambitioſaq́; ſtultitia, nulla habent arma alia, quibus contra Veritatem dimicent, ac margaritas proiectas conculcent, quàm Dux illorum illis ſuppeditauit* Binarius *ille Calumniator: tum etiam quod iracundiæ ſeu rabiei Cyclopicæ in Anticyram deportandæ cauſam non habeant aliam, quam (vt ipſimet & publicè & priuatim fatentur) legitimæ præparationis ignorationem. At verò*

*Alchymia duplex. Naturalis à filiis Artis in magno pretio habita: Sophiſtica ab iiſdem ſummopere deteſtata.*

*ignoti nulla cupido, & de ignotis tanquam de rectè cognitis ſtatuere, non ineptum modò, ſed ne à turpitudine ſit alienum, quomodo quæſo eiuſmodi Doctores ſcholares ob intellectus inopiam Sanctuarium Naturæ nunquam ingreſſi, hominum non vulgarium non vulgaria ſtudia condemnare vel audent, vel ſaltem iure poſſunt? Et cur Philoſophiæ & Medicinæ Titulos & Honores iniuſte vſurpant, & Nominis ſui ſtipendia impetrant publica, ſi præclara illa opera, in quibus vniuerſa Naturæ poteſtas viget, veritate tandem conuicti & compulſi, ceu miracula Magica cum plebeis admirentur? Nec tamen ceſſant condemnare multos famatiſſimos ſeculi noſtri etiam literatiſſimis viris comparandos medicos, totius vitæ decurſu in artis operibus verſatos, & Arcanorum Naturæ peritiſſimos viros, quod (quamuis in vtraque Medicina & veteri & noua, tam è lectione probatiſſimorum Autorum, quàm ab ipſa Luminis Naturæ vulgaribus medicis planè incogniti experientia ſufficienter inſtructi) vaniſſimos illos mundi Honores, & Doctoratus, vt vocant Autoritates, & Titulos (quibus nec Hippocratem nec Galenum, nec vllos illorum coætaneos, licet authenticos eorum iudicio, medicos præditos aut gloriatos legimus) propter ſuas Rationes nō expetant;*

Iohan. 5. ſect. 44. Vide Paracelſum Tom. 5. in fragmētis medicis fol. 167. 168.

*tant, potiſſimum ne manifeſtata veritate ſepoſita in Ethnicos Deorum Scholaſticorum errores iurare, ipſiſq́ immori Academico aſtringantur iuramento. Et hi quidem perſonati Tituli, etſi olim inſtituto laudabili virtutis calcar, & eruditionis præmiũ demeritum erãt, hodie tamen in facultate præſertim medica, multis indigniſſimis, aut prece aut * pretio conferuntur (non loquor de illis, qui doctrina meritis Gradus ſui iuſtos Titulos laureaſq́ aſſequũtur) qui poſtquam primo biennio ſeu triennio ſtudiorum ſuorum documenta daturi, figulinam in iactura vaſis adeò nobilis experti ſunt, procedendo ſecundùm ſuam methodum omnia errata excuſantem, ſiue viuat, ſiue moriatur æger, demum anno quarto, quinto, & ſequentibus eruditionis in medico requiſitæ inſufficientiam & inopiam, proprio etiam nominis dedecore, & conſcientiæ remorſu animaduertũt: Et tunc meritò dubitare deberent, num etiam Galeni Theoremata nobis non minus, vt ſcribit, quàm vrſis & apris deſtinata, eiuſq́ medicinæ Methodi, nulla antiquitatis autoritate ſtabilitæ, quibus noſtrum triumphat ſeculum, bonum haberent fundamentum, quia finem ſuo principio in magnis morborum curationibus non reſpondere viderent.*

Impia Tyrannis, captiuo tenere ad præfinitos autores ſtudioſorũ ingenia, & initiãdis diſcipulis adimere libertatem indagandæ & ſequendæ veritatis.

Fit hoc mediante pecunia & gratia, non ſcientia.

Error eiuſmodi medicorũ terrâ tegitur, vt dicit Socrates de temerariis medicis cũ corio humano, ſeu verius DEI imagine impune ludentibus, & cum animæ ſuæ detrimento nouum cœmiterium erigentibus.

ſpondere ocalariter conuincuntur. Dum autem aliorum bonorum virorum literas pro nihilo ducunt, neſcientes artem medicam ita immenſam & amplam eſſe, vt preclarè nobiſcum agi exiſtimare debeamus, ſi vel in primo ſenectutis limine hanc ipſam quod ſatis ſit fuerimus aſſecuti, quamuis ex laboribus & aliorũ obſeruationibus ſuæ ſocordiæ & pigritiæ, nil vlterius diſcendi argumentum ſumant, tandem tamen depoſita ſua pertinaci arrogantia, qua ſe longè eruditiores viros, laudi & vanæ gloriæ nõ ſtudentes, ſuperciliosè deprimere nitũtur, à calce ad carceres reuocari, & ipſos Naturæ non Doctores aut magiſtros, ſed Diſcipulos & Miniſtros renaſci oportet, ſi modò ſuã ſtationẽ deinceps cũ laude & honore tueri, & inſcitiæ ac auaritiæ infames exprobrationes apud plebẽ deuitare velint. Quam multi mihi ex illo grege clanculum conqueſti ſunt, quorũ tecta iam niue erant cooperta, qui meliorem vitæ partem ferè in vulgaribus ſcholaſticarum vanitatum vanitatibus, & ad medendum nil planè facientibus opinationibus medicis ſine vllo fructu infelici pertinacia traduxerunt, ὅμοιοι καρκίνοις μεσοσωμένοις, οἱ δὴ ὀλίγον ξόφιμον, τὸ δὲ πολὺ ὀπίσω ἀκολουθ) : quod agnita veritatis dulcedine allecti, poſt tam lõgas deuiationes & ſeram ſeriamq́ errorum, fatuitatũ & ſtolida-rum

Solus DEVS eſt Naturæ Dominus & Magiſter: Gradus autem ſeu Titulus, licet maiorem in mundo autoritatẽ ac nominis exiſtimationem ob vanam gloriam afferat, ſapientiorem tamẽ & doctiorem efficit neminem. Dediſcenda deliramenta.

*rum perſuaſionum cognitionem ac confeſſionem ſalubri adhibita pœnitẽtia, depoſitis prius ſcientiarum impedimentis,* Opinione *videlicet &* Faſtu, *veluti poſtliminio nõn erubuerint, in ipſo ſenio (quia pulchrum, ſenem Sapientiæ ſtudere, & cum Diogene in ſtadio currente curſum non remittere) prudentis ſerpentis imitatione ſenectam deponere, ac nouâ aſſumtâ pelle, huius artis Chymicæ eſſe diſcipulos, ſuosq́; in poſterum dies cum Arcanis & in DEO & in Natura conſumere: ac iuxta magnũ librum* GRATIÆ *(vnde Animæ noſtræ ſalus æterna) etiam alterum* NATVRÆ *arcana tractans, ad ſalutem corporis ſpectantia, exquiſitius rimari, nec præcipuos Naturæ theſauros, in quibus grauiſſimorum morborum medicina ab Altiſſimo collocatæ ſunt, intactos relinquere. Ne autẽ in mortuis ſuperficierũ vmbris, ſeu externis Qualitatibus Galenicis errore infelici morerentur & ſepelirentur, ſuæ ſenectuti μνημεῖον & Naturæ Fanum, ceu monumentum quoddam honoratiſſimum extruxerunt: E quo iuxta Creatoris luculentiorem cognitionem (ad quam tam per ſedulam operum DEI ſcrutationem & admirationem, quàm per Creaturarum ſeu Naturalium rerũ laborioſam examinationem & ſequeſtrationem Philoſophicam peruenerunt) hũc etiam eximium laborum ſuorum,*

Mundus regitur opinionibus.

Deus eſt primus liber ad vitam æternam: ex Deo enim vita Regula. Firmamẽtum ſeu Cœlũ cum incluſis ſecundus eſt liber Naturalis ad vitã mortalem: ex Aſtris enim Phyſica ſcientia hauriẽda.

*vigiliarum, temporis & ſumptuum ſunt conſecuti fructum: vt cùm deinceps ceu multa experientia cõſirmati medici, ad ægrotórum lectulos vocarentur, vbi non πολυγλωττία medici ad diſputandum, ſed eiuſdem πολυπραξία ad curandum conducitur, non amplius opus fuerit conari in arte, quod deſideratur externis reſarcire illecebris: numeroſa videlicet officiorum multitudine, ſubterfugia quærere, & molliẽdo ſermones ſuos inſcitiæ patrocinio, vt ſuperciliosſum medicorũ vulgus, (lautiores ſaltẽ ægrotantes infamis lucri cauſa, anguſtioris fortunæ ruſticellis vt vocant neglectis, ambiens). difficultate primorum & præcipuorum officiorum perterritum facere conſueuit. Ex hac vulgi farina ſeu furfure, aliquorum inſuper ea eſt peruerſitas & malitia, vt Carbonariorum (quos ita vocant) medicorum inuenta & Arcana medica, doloſa diſcendi cupiditate clàm captata, quibus cum ſucceſſu atq; emolumento vti ſe poſſe animaduertunt, tumidis verbis annihilent, reijciant & damnent, & vulgò tanquam venena prohibeant: ipſi verò interim debitas autoris laudes ſibi ipſis vendicant, mendaci ac inuerſo furto, artium inuentores & benefactores ſuos demeritis ſpoliant honoribus, vt medicamentis his technis acquiſitis pro ſuis eò commodius & maiori cum oſtentatione vti poſſint.*

*Beatitudo præſentis vitæ conſiſtit in cognitione Naturæ, ideo poſt æterna in rebus temporalibus ſummum eſt inueſtigatio ſecretorum Naturæ.*

*Eiuſmodi medicum ceu inſignẽ Terreni Luminis magiſtrum non pœnitet.*

*Vide Agrippã lib. 6. epiſt. 6.*

*Mundani medici omnia pecunia & honoris proprij deſiderio faciũt, cùm tamẽ Finis medicinæ non ſit nummorum corraſio, ſed manife-*

*Et his ſanè laureatis Apuleis, ſiue leonum ſiue vulpium pellibus indutis, ad Balnea Dianæ aditus non ſolùm præcludi debebat, Pythagora ipſo vetante cibos in ſcaphium ponendos eſſe: verumetiam in hortum Chymicum iiſdem ruditer irruentibus, ſelectiſſimas has præberi non conueniebat Lactucas, cum ipſis tribuli & Cardui ſufficerent: Attamen cum ſtultorum & improborum calumniæ, ſecundum ſapientum virorum iudicium, magno animo parui facienda fiat, & olla feruens muſcarum inſeſſum non formidet, meliora me quoque ſperare iuberent quorumdam voluntates humaniores & faciliores redditæ, ac Cenſurarum violentiæ (iniquo veritatis odio depoſito) mitigatæ, quibus vulgo & magnatibus inuiſa & ſuſpecta reddere talia DEI dona conati ſunt: nolui bonos & immeritos experiri damnum ingratitudini ſordidæ alioquin debitum: nec indignitate quorundam veræ & antiquæ Medicinæ ſectatoribus benignos hos occludere fontes, qui & veterum doctrinam medicam exacto iudicio perpenſam, quotidie ad incudem reuocant, & tempeſtiua ab erroribus pœnitentia deſiſtentes, Paracelſo etiam (inuidia & maledicentia fugata) ſuum, quem in practica & præparationibus meretur locum, relinquunt.*

*Statio ſeruitorum Naturæ & Amoris Medici in proximum ægrotantē.*

*Paucorum culpa in multitudinis non debet redundare detrimentum.*

*Quamuis autem accuſationum copia ſæpe*

*iudicibus faſtidioſa & ſuſpecta extitit, tamen propter mundi iniuſtitiam iſthæc, hoc loco & his temporibus, vbi iniquitas abundaret, & multorum caritas, quam in Chriſtianis pectoribus erga fratres ardere æquiſſimum erat, refrigeſcere cœpit, commemorata, nullo modo ſuperflua & parerga cenſeri debent: neque verò Medicos pia doctrina præditos ſermo hic offendet, quem de ſolis ſuperbiæ, & inuidiæ, & Ignorantiæ mancipiis, Chymicæ Veritati contra conſcientiam in DEI & Naturæ contumeliã, Reipublicæq; detrimentum reluctantibus, hîc dictum volo. Antequam verò ipſam Remediorum deſcriptionem aggrediar, operæpretium me non exiguum allaturum confido, ſi prius DEI ſummi auxilio fretus in hac Præfatione Admonitoria quædam pertractem, quæ à Philoſophico Medico, ſummo mentis apice & diligentiſſima indagine ſunt perluſtranda.*

*Et primò, Quænam ſit illa Medicina, ægritudines à corporibus humanis expellens, à pauciſſimis Medicis hactenus cognita & obſeruata: cui addita eſt abſoluta Elementorum & Hominis Microcoſmi deſcriptio Philoſophica, obliuionis ferè Ignorantiæ matris caligine obſita & inuoluta.*

*Secundò, vbinam illa Vera Medicina lateat.*

*Tertiò, quòd corticibus tecta beneficio Vulcani*

cani eruenda, & debito artificio præparãda ſit.

Quartò, qua virtute & quo modo in corpus humanum illa agat, & morbos expellat.

Quintò, qualem miniſtrum requirat Medicum.

Sextò, de antiquiſſimorum Philoſophorum Medicina vniuerſali & ſumma à multis decantatâ, à pauciſſimis non dico poſſeſſa, ſed nec viſa, nec credita, Coronidis & Epilogi loco aliquid, in proclamatæ Veritatis ſubſidium, agetur.

## I. DE VERA MEDICINA.

VEra Medicina, de qua, implorata prius diuini auxilij aſſiſtentia, hic agere decreuimus, merum eſt DEI Altiſſimi donum: non ab Ethnicis, ſed à ſuprema vniuerſitatis vnico Rectore, ſolo videlicet Deo, dierũ Antiquiſſimo, & errare neſcio, Luminum patre, petenda & diſcenda. Ideò non ex Creaturis, ſed ex Deo diſcenda eſt ſapientia, qui omnium Arcanorum conditor ſolus ſcit, quas proprietates cuique creato indidit: Nũquam enim à mortali præceptore aut litera mortua, tam rectè & cõmodè diſcitur, quàm ab eo, qui omnium rerum eſt perfectus artifex, ſicuti eſt ipſe Creator ſublimis & glorioſus Deus, à quo ad nos profluit,

Sirac. c. 34. ſect. 20. cap. 37. ſect. 26. Vide Labyrinthũ medicorũ apud Paracelſum.

Matth. 18. Ioh. 6. Pſal. 58.

*non aliter atque à radiis ſolaribus calor, qui flores & omnis generis germina producit: Quid enim habet Homo, quod non ſupernè accepit? Omnes per retrogreſſionem diſcunt à primo, & hic à Deo, qui ei ſciẽtiam creauit: Medicus naſci debet è Lumine Gratiæ & Naturæ ab interno & inuiſibili Homine, interno Angelo, Luce Naturæ, quæ inſtar veri Doctoris homines inſtruit: prout Spiritus Sanctus Apoſtolos linguis igneis inſtruxit: Exercendò confirmatur illa, & in lucem producitur, non ſtabilitur Humana, ſed DEI & Naturæ inſtitutione: Fundata enim eſt non ſupra figmenta Humana, ſed ſupra Naturam, quã Deus ſancto ſuo digito ſublunaribus præcipuè verò Metallis perfectis impreſſit, ideò verum eius Fundamẽtum Deus eſt. Medicina ergo nihil aliud eſt, quàm creata & incarnata miſericordia à patre cœleſti, egentibus & ærumnoſis mortalibus erogata, vt patiens ægrotus ſenſibiliter videat, & experiatur benignum ergo ſe in afflictionibus ſuis Creatoris ſui amorem, miſericordiam, & auxilium, ſicq́ Deus in ſuis mirabilibus glorificetur. Hæc autem vera Medicina ceu Munia naturalis & Naturæ nucleus in vitali Sulphure continetur, totius Naturæ theſauro: & fundatur in Balſamo Vegetabilium, Mineralium & Animalium, cui omnium actionum in*

Fruſtra enim docet præceptor diſcipulũ, qui ad artem nõ eſt natus ex Aſtris.

Medicina eſt gratia data à Deo, cuius fundamẽtum non ſunt Academici libri, ſed inuiſibilis miſericordia DEI & Donũ: Illa inſu per ſcripta quæ vero fundamẽto ac experientia innituntur.

Hæc Eſſentia medica vocatur in medicina Aurum.

Naturæ

*Natura principium acceptum referimus: Illius poteſtate vnica, omnes omnium morborum curationes abſolui poſſunt, ſi ( vt paulo poſt dicetur) debitè præparata, & ab omnibus impuritatibus ſeparata, legitimaq́ methodo conuenienter, imbecilli, languenti & proſtrata Naturæ Humanæ à pie docto adminiſtretur Medico. Huius Medicinæ Fundamentum eſt, quã-tum minor Mundus id eſt Homo cum maiore & externo conueniat Mundo: ſicuti per Aſtronomiam & Philoſophiam duos globos ſuperiorem & inferiorem explicantem abundè edocemur. Philoſophia enim docet vires & proprietates Terræ & Aquæ, ſicuti Aſtronomia Firmamenti & Aëris. Philoſophia & Aſtronomia faciunt internum & perfectum Philoſophum non ſolum in Macrocoſmo, verum etiam in Microcoſmo. Neceſſe igitur Macrocoſmi tanquam parentis diſpoſitionem Microcoſmo filio ſcilicet accommodare, & Mundanam Anatomiam cum Microcoſmi Anatomia debitè conferre. Exterior mũdus eſt Theorica Anatomia, ſpeculum in quo minor mundus id eſt Homo videtur, ſiquidem ex ipſo Homine mirabilis & præcellentis ſuæ ſtructuræ & creationis, quantum medica neceſſaria eſt, comprehendi non poteſt. Conueniunt autem non formâ externâ, aut corporali ſubſtantiâ, ſed in omnibus*

Medicina à Deo illuminante mirabiliter libro Naturæ, id eſt Cœlo & Terra inſcripta, ibi per Chiromãtiam & Phyſiognomiam legẽda & inueſtiganda.

*viribus & virtutibus prout magnus mundus eſt, ita quoq; paruus, in eſſentiâ & internâ formâ planè vnum & idem ſunt, forma ſaltē externa diſcernit Mundum & Hominem. Id nobis euidentiſſime palàm facit naturæ lumen, quod nihil aliud eſt, quàm illius mūdi viſibilis cum corpore microcoſmico diuina quadam analogia: Quidquid enim inuiſibile in Homine latet, hoc in Anatomiâ viſibili totius vniuerſi manifeſtatur, quia Natura microcoſmica in Microcoſmo, & inuiſibilis & incomprehenſibilis: Ideò in magni mundi Anatomia viſibili & comprehenſibili, vt pote in ſuo parente omnia manifeſtantur: Parentes Hominis Cœlum & Terra, è quibus vltimo Homo creatus, & qui parentes nouit, & anatomiſat, ille Hominis filij, Creaturæ videlicet perfectiſſimæ cognitionem veram in omnibus ſuis proprietatibus aſſecutus eſt, quia in ipſo vt Centro omnia totius vniuerſi confluunt: & ipſius Anatomia in ſua Natura eſt Anatomia totius vniuerſi. Externus mundus eſt figura Hominis, & Homo eſt mundus abſconditus, quia viſibilia in ipſo ſunt inuiſibilia, & vbi fiunt viſibilia, tunc morbi ſunt, non ſanitates, ſiquidem eſt microcoſmus, non mundus: Et hæc eſt vera cognitio, vt Homo microcoſmicè, viſibiliter & inuiſibiliter ſeu magicè cognoſcatur. Ex vtriuſq; Microcoſmi & Macro-*

*Sine cognitione Luminis Naturæ ſeu maioris Mundi nullus Medicus poteſt habere exactā morborum & Microcoſmi cognitionē.*

*Macrocoſmus eſt Theoria & ſpeculū Hominis Microcoſmi.*

*Finis Philoſophiæ & Aſtronomiæ eſt Homo.*

*Macrocoſmi Anatomiā verā atq; ſolidā, cuiuſq; ſoni & perfecti medici excreſcit eruditio, cui demum tutò veluti ſacræ cuidam anchoræ inniti poteſt: Conſiderando omnium morborum originem, apparebit Naturam tā Macrocoſmi quàm Microcoſmi eſſe medicinam, morbum, & ſui ipſius medicū: Medicus ex Natura, neceſſe eſt vt creſcat, quæ in ipſo, ab ipſo, ex ipſo nil eſt, niſi ex Naturâ, Natura inſtruit medicū nō Homo. Et quia Hominis Materia eſt Extractū quatuor Elementorum, oportet vt in ſe habeat familiaritatem cum omnibus Elementis & ſuis fructibus: imò abſque illis viuere non poteſt. Quis enim mortalium Aëre, Terra, Aqua & Igne aut fructibus illorum poteſt carere? Deus enim Elementa creauit, propter ſuos fructus, vt hominem nutriendo & medicando ſuſtentent. Omnia ergo Elementa externa præfigurant totum hominem, & illis cognitis, cognoſcitur Microcoſmus, ſunt enim ſimilia, & ſunt Microcoſmus, & in quatuor Elementis eſt vna Anatomia, eſſentia, materia, nullum aliud diſcrimen præter formam: Sic in rerum Natura eſt ignis, Aër, Aqua Terreſtris: rurſus Aqua, Terra Cœleſtis: ſimiliter Terrena, Ignea, Aërea Aqua, poſtremò Aëreus Ignis, Aqua, Aërea & Terra Aërea. Ita quatuor Mercurij genera, & quatuor genera Metallorū, Nix quadruplex, Amethyſti*

Cognitio quatuor Elementorū omnes morbos & curas vnius Hominis mōſtrat.

Medicina cognitio in exteriori mundo inuenienda videlicet ex Limbo v[illegible]

*de Hominis cognitio etiam dependet. Quodlibet Elementum ſuam potentiam & operationē in omnib. quatuor Elementis perficit.*

*& gemma quadruplices cuiuſcunque ſemper ſunt quatuor, vnum in Firmamento ſeu Elemento cælesti: alterum in Aëre: tertium in Aqua: quartum in Terra: ita Homo quadruplex: Deus enim longè mirabilior in ſuis operibus inuiſibilibus, quàm viſibilibus, teſte Paracelſo, creauit in omnibus quatuor Elementis ad euitandum vacuum Creaturas viuas, inanimatas, (videlicet ſine Anima intellectuali) quadruplices ſcilicet Elementorum incolas, ab Hominibus ad imaginem DEI creatis, intellectu, ſapientia, artibus, operationibus & manſionibus diſcrepantes. Aquæ ſunt Nymphæ, Vndenæ, Meloſynæ, & harum monſtra ſeu ſpuria Sirenes Aquæ innatantes. Terræ ſunt Gnomi, Lemures, Sylphes, Montani, Zonnetti, quorum monſtra ſunt Pygmæi. Aëris ſeu noſtri mundi aërei ſunt vmbratiles, Sylueſtres, Satyri, horum monſtra ſunt Gigantes. Ignis ſeu Firmamenti ſunt Vulcanales, Pennates, Salamandræ, Superi, quorum monſtra ſunt Zundel: vt taceam Flagas, quas in multa millia genere diuiſas Theophraſtus Animæ Macrocoſmi incorporatas, in ſuis ſcriptis aſſerit. Sic etiam Quadruplex Medicina: exempli gratia COR Macrocoſmicum Igneum, Aëreum, Aqueum, Terreum, CORDI Microcoſmico Hominis in omnibus correſpondens: in Homine enim ſunt*

omnia

*omnia vnius operationis: ſic etiam de reliquis membris corporis intelligendum: ſemper enim Microcoſmi filij membra, quadruplicibus mẽbris Macrocoſmi parentis correſpondere debent: Ita deprehendemus, quemlibet morbum & medicinam eiuſdem eſſe Phyſiognomonia, Chyromantia & Anatomia: Qui huius Fundamenti intellectu caret, non poteſt eſſe probatus medicus: Sic etiam è Veterum ſcriptis compertum habemus inter Aſtrologos & Chymiologos non modicam eſſe cognationem: Cœleſtis enim Aſtronomia inferioris eſt quaſi parens & Magiſtra, quandoquidem eſt vtriſque ſuũ Cœlum, ſuus Sol, ſua Luna, ſui alij Planetæ, & ſua ſtellæ: ita tamen vt Aſtrologia rerum ſuperiorum, Chymiologia rerum inferiorum rationem habeat. Quicunque è nigris illis Philoſophis diuina gratia fulti MENTEM conſecuti ſunt, artificioſaq; Analogiâ corporum proprietates in ſuperiori globo animaduerſas Aſtris & corporibus inferioris globi legitimè accommodare poterunt, omnes difficultates Philoſophicas, ænigmatica obſcuritate inuolutas, compendioſa facilitate veriſſime aperient, & ad Indos vel Americos non ſibi Philoſophandi gratia deinceps peregrinandum eſſe fatebuntur. Prouidentiâ enim & bonitate Creatoris factum eſt vt inuiſibilia reliquorum Elementorum*

*Aſtra, in ſupremo Elemento viſibili ſpecie repræſentarentur, motuumq́ leges, & temporum prædeſtinationes clarè explicarent, quamuis nil ſit in vniuerſa inferioris Naturæ Familia, quod nō innatis Aſtris, totā Aſtronomiā officiis prædeſtinatis accommodatam abſoluere poſſit: ſic Æſtatis, Hiemis, Veris, Autumni ſydera, vt doctè P. Seuerinus Danus* annotat, in Terra continentur, in Aqua, Aëre, quæ niſi conſpirarent cum Aſtris Firmamēti (cui ſoli è vulgaribus Philoſophis plurimi errore infelici totam Aſtronomiam aſcripſerunt) ſteriles Cœleſtium vtique accuſaremus impreſſiones in annonæ difficultate. Cœlum namque duplex eſt: Externum, vt omnia corpora Aſtrorum in Cœlo Firmamenti; & internum, quod eſt Aſtrum ſeu corpus inuiſibile ac inſenſibile in omnibus cœli ſtellis: Iſtud corpus Aſtrorū inuiſibile ac inſenſibile eſt Spiritus Mundi, ſeu Natura, vt vocat Paracelſus, Hylech, diffuſus in omnia Aſtra, ſeu potius ipſe eſt omnia Aſtra: Et ſicuti iſte Hylech in magno mundo omnia Aſtra particulariter continet: ita quoque internum Hominis cœlum, quod eſt Spiritus Olympicus, omnia Aſtra particulariter complectitur. Atq; ſic Homo inuiſibilis eſt omnia Aſtra nō tantum, ſed vnum &*

*In ſua Idea medicina Philoſophica.*

*Teſtantur Arthritici qui inſtātem tēporum mutationem præſentiētes ſæpe ſuo dolore Vates & Aſtrologi fiunt inuoluntarij: ſic multi ægroti præſentiunt mutationem futurorum in quatuor Elemētis, & Elemēta Hominis interna præſentiunt mutationes externorū.*

*Vt Ratio Aſtra externa regit, ita Medicina Aſtra interna. Aſtrum Hominis & Cœli vnum ſunt.*

*idem*

*idem prorſus cum Spiritu mundi, ſicuti albedo in niue. Quemadmodum omnia ab intra ſcaturiunt & procedunt ab inuiſibilibus, & occultis, ſic etiam viſibiles corporales ſubſtantiæ veniunt ex incorporalibus, ſpiritualibus, ex Aſtris, & ſunt corpora Aſtrorum; & manent in Aſtris: vnum in alio: Hinc ſequitur quod non ſolùm omnia viuẽtia, ſed etiam omnia creſcentia, imò lapides & metalla, & quæcunq; in vniuerſa rerum Natura exiſtunt, ſpiritu ſydereo ſunt prædita, qui vocatur Cœlum ſeu Aſtrum. Faber occultus, à quo omnis Rerum procedit Formatio, Figura, & color. Ab hoc proprio & interno Aſtro (quod Paracelſus vocat Ens ſeminis & virtutis) Sole videlicet microcoſmi, generatur, producitur, pingitur, formatur, & regitur etiam Homo. Quando autem dicimus omnem Formam Rerum fieri ab Aſtris, non intelligendum eſt id de Cœli Carbonibus viſibilibus, nec etiam de inuiſibili corpore Aſtrorum in Firmamento, ſed de cuiuſlibet rei proprio Aſtro: Ideò ſuperius Firmamẽtum in inferius ſpecificatum non virtutes vel arcana infundit, vt falſa Philoſophia opinatur ſtellas Firmamẽti influere virtutes herbis, arboribus, minimè gentium: Quodlibet creſcens & viuens fert ſuum propriũ Cœlum ac Aſtrum apud ſe, & in ſe, ſuperiores ſtellæ ſuo curſu per Zodiacum ex-*

Formatio rerum eſt in Aſtris, ſicuti Ferrum in imaginatione fabri ferrarij.

Par in Paramiro de Ente Aſtrorum. Hinc natiuitates etiam ſunt erigendæ.

Lege Paracelſum in Paramiro de Ente Aſtrorum.

citant inferiores creſcentias, prouident ipſis roribus, pluuiis, tempeſtatibus, ſed non influunt Aſtrum internum creſcentium, non odorem, non colores, non formam, ſed omnia ab interiori Aſtro ſeu Fabro occulto proueniunt, & non ab extra: aſtra externa nec inclinant nec neceſsitant Hominem (ſiquidem non ab aſcendente, nec conſtellatione Planetarum, ſed de manu DEI, per ſpiraculum vitæ habemus conditiones, proprietates, & mores, ideò Hominis Ratio aſtra externa debebat regere) ſed Homo potius aſtra inclinat & ſua Magica imaginatione inficit, & impreſsiones lethales cauſatur: niſi enim nos filij magnæ Creaturæ Patrem noſtrũ irritaremus noſtris peccatis, maneret mãſuetus erga nos, teſte Paracelſo in Paramiro lib. 2. de Origine morborum, cap. 7. Curſus externi Firmamenti cum ſuis conſtellationibus liber eſt, & à nullo regitur: ita curſus Firmamẽti & ſtellarum in Microcoſmo (qui non materialiter, ſed in ſpiritibus corporum perficitur) cum ſuis conſtellationibus liber eſt, & minimè regitur ab externo Firmamento. Sicuti enim non poteſt Aër vel Sol, pomum aut pyrum ſupra arborem collocare, oportet vt à centro ad circumferentiam creſcat ex Aſtro interno, è Cœlo interno, multò minus externum ſuperius Cœlum poteſt influere virtutem creſcentibus: Nihilominus

*minus Fructus Aſtrorum ſeu ſeminum Cæleſtium, Aëreorum, Terreſtrium; Aquæ, in vnam Rempub. conſpirarunt, eiuſdem Anatomiæ ciues: quare ſocietate & actionum grata viciſſitudine ſe inuicem mutuò fouent. Hæc eſt toties decantata, Aurea Catena; viſibilis & inuiſibilis Naturæ ſocietas, hoc Cæli Opiſq; matrimonium, hi Platonis Annuli, hæc abſtruſa in intimis Naturæ adytis Philoſophia, cuius adipiſcendæ gratia ſcimus Democritū, Pythagoram; Platonem, Apollonium ad Brachmannes & Gymnoſophiſtas, item ad Hermetis columnas in Ægyptum commigraſſe. Hoc ergo fuit Antiquiſſimorum Philoſophorum ſtudium, à Lumine Naturæ, ſingulari DEI inſpiratione ab ipſis comprehenſum, in quo admiranda & infinita Creatoris noſtri potentia & incomprehenſibilis elucet Sapientia, ita vt inæſtimabilem eius Bonitatem in Creaturis, & ineffabilium myſteriorum Infinitatem; ſatis admirari & prædicare non poſſimus.*

*Annuli Platonici & catena Homerica nil aliud ſunt quàm Ordo & Series Rerū Diuina deſeruiens Prouidentiæ, Rerū gradaria & cōcatenata Sympathia.*

*Nec hoc ſilentio prætereundum, TRIA eſſe Rerum omnium* Principia, *quæ in quolibet compoſito reperiuntur. Notiſſimum eſt enim ea in quæ reſoluūtur corpora naturalia, quoq; partes, ex quibus conſtabāt, ab initio ſuæ compoſitionis exiſtere: Nullum autē corpus à Naturâ compoſitum, in plura neq; pauciora poteſt artifi-*

cio ſolutionis partiri, quàm Tria, Mercurium ſeu liquorem, Sulphur ſeu oleum, & Sal: In his tribus, quodlibet creatum generatur & conſeruatur: Nam ſancta Triunitas, per ſuum Triunum prolatum verbum FIAT, omnia creauit TRIVNA analyſi Spagyricâ teſte: Deus per verbum FIAT produxit materiam primam, quæ ratione trium Principiorum contentorum primo triplex eſt, & poſtea hæ tres ſpecies ſeparatæ ſunt in quatuor diuerſa corpora ſeu Elementa, non aliter ac ſi peritus artifex è Plumbo faciat Minium, Ceruſſam, Vitrum, & Spiritum Saturni. Ita Mundus cum omnibus creatis corporibus nihil aliud eſt quàm fumus coagulatus, è tribus ſubſtantiis, ut à Sulphure, Sale, Mercurio: Hæc enim tria ſunt materia, è qua omnia corporalia creata ſunt. Hæc à Spagyris viſibili experientiâ & certificatione incontradicibili demonſtrari poteſt: In lignis viridibus tria etiam exiſtunt humiditatum genera, Primum aquoſum Mercurio fugitiuo reſpondens, quod lignum à combuſtione præſeruat: Alterum admodum pingue & oleaginoſum inflammationis & combuſtionis cauſam inſtar Sulphuris adminiſtrat: & hæc duo ab igne conſumuntur: Tertium autem unctuoſum ac quantitate exiguum, in cinere remanet (Sal

vide-

*videlicet) ſubtile eſt & perenne: Ita etiã materialis corporis humani cauſa eſt Terra triplici illa Salis, Mercurij, Sulphuriſq́; ſubſtãtiâ ditata: Sal coagulatione corporibus Soliditatem tribuit, colorem, ac Guſtum, Sulphur ſalis coagulationem benignâ commixtione temperat, dat Corpus, Subſtantiam & Tranſmutationem: Mercurius, qui inſtar Elixiris dat Virtutes, Vires, Arcana, aſsidua vitalis ac vegetatiui liquoris irrigatione, duo priora actionũ frequentiâ ad ſiccitatẽ & ſenium in horas feſtinantia fouet, fluidáq́; ac labili ſubſtantiâ mixtionem omnem facilem reddit. Tria hæc corporum omnium Principia, officiis proprietatibuſq́; propter virtutis mixtionem plurimum ſunt diſtincta; licet vnam, ſimilaremq́; corporum ſubſtantiam ſenſibus exhibent. Quidam Theophraſtæi, qui rerum occultarum plenius, examinatiuſq́; perſcrutati ſunt cauſas,* Quartum *addere ſolent, quod Spiritum vocant, qui quamuis è mineralibus & Vegetabilibus haberi poſsit, tamen in Animalibus propter ſubtilitatẽ artificis actionibus non ſubijcitur, nec capi poteſt: ſic Sulphur Igni, Sal Terræ, Mercurius Aquæ, Spiritus Aëri reſponderet. Et quia in Elementorum mentionem incidimus, de illis è compendioſa Seuerini traditione hæc pauca ſubiungemus: Vera Elementa planè ſpiritualia cuſtodes ſunt;*

*Deficiente ſale, id eſt Mumia, res ad Vermium generationẽ eſt idonea.*

*Spiritus Domini ſuper aquas.*

*nutrices, loca, mineræ, matrices, & receptacula totius Creaturæ: imò eſſentia, exiſtentia, vita & actus Entium vniuerſorum. Loca autem ſunt Rerum non otioſa, ſed ſuis proprietatibus inſtructa, quæ vitam & alimentum exhibent ſuis locatis, id eſt ſeminibus, vt ea de ſe proferant, quæ in theſauris & penetralibus recondita obſeruant. Diſtributa ſunt in globos duos; ſuperiorem, Ignem ſeu Firmamentum ſcilicet & Aërem, albumini & teſtæ oui comparandum: inferiorem, Aquam, & Terram, vitello oui ſimilem. In his quatuor Naturis incorporeis, inanibus, vacuis, Lucem & Seminales Rerum omnium Rationes Benedictione Diuina ſemel repletas, nec in æternum defecturas, incomprehenſibili Magiâ ex æternis Diuinæ Sapientiæ Theſauris, impoſuit Creator, virtute* Verbi *explicantis vnitam multitudinem, & Spiritus illius, qui ſuper Aquas ferebatur:* Gen. cap. 1. Principia *corporum adiungens, quibus ceu veſtimentis & domiciliis induerentur, in mundanam hanc ſcenam progreſſura: In Elementorum enim Theſauris inuiſibilibus, tanquam in abyſſo deliteſcunt* Semina & Aſtra *rerum vincula, ab initio Creationis collata (viſibilia inuiſibilibus, ſumma infimis coniungentia) & deſtinatis temporibus progredientia, quorum beneficio Elementa conſpirant & conſentiunt, ac to-*

*ac totius Naturæ ſympathia cuſtoditur, illorumq́ miniſterio Mundana Prouincia adminiſtratur, & noua ſobolis ſuffectione æternitatem æmulantur. Sine his Seminibus, quia Elementorum officia explicarunt, adipiſci non poteſt Elementorum cognitio, & vt ſemina Elementis, ſic iiſdem corporum Principia: Seminum indiſſociabiles comites, nexu indiſſolubili conſerta cohærent, & ad Generationum Liturgiam incomprehenſibili donorum varietate inſtructa ſunt: (Semina enim & Principia Rerum Generationis & Multiplicationis vim acceperunt poteſtate VERBI illius, cuius imperio vniuerſa obtemperant:) Quemadmodum autem Semina ab Elementis, vix vlla mentis ſubtilitate ab inuicem diſiungi poſſunt: ſic corporum Principia ab illis Naturæ legibus nunquam vix vlla artis induſtria idq́ non perfectè ſeparari queunt. Notandum etiam hoc loco, quod quædam Elementorum corpora, proprietatibus magis veſtita ſunt, & ſunt Arcanis deſtituta, nec habent in ſe Cherionium, ſteriles ſunt ſaltem qualitates Relollaceæ, in quibus nulla δύναμις ad ſanandos morbos; quædam autem corpora Seminum proprietates imitantur, quæ habent Tincturas, in quibus, quamuis concurrant Caliditates, Frigiditates, Humiditates, Siccitates, ab iis tamen*

Hipp. in lib. de Antiqua medicina δὶὰ δυνάμιν.

*actiones non procedant, pro præſentiâ ſaltem aſſiſtunt legatorum comites: in his Corporibus ſeparatio poteſt fieri virtutum ab inualido, pari ab impuro. Elementa autem noſtra Elementata viſibilia quatuor; videlicet Ignis ſeu Firmamentum, Aër, Aqua, Terra, omnium rerũ matrices, productrices & receptacula ſunt. Fructus ſunt Seminum, aliorumq́; Elementorum perenni fluxu & irrigatione generationibus inſeruientes: Ex tribus primis etiam ſunt compoſita, & in eadem reſoluuntur: Tria etiam nunc dicta in qualibet matrice reperiuntur; & quolibet cuiuſque matricis fœtu. Anima in Homine eſt Elementum Igneum Cœleſte: partes ſolidæ & ſpermaticæ ſunt Terra: partes humidæ vt Sanguis & alij Humores ſunt ex Elemento Aquæ: Aër eſt totum, quod vacuum eſt, & vbi nulla eſt ſubſtantia: Sed hæc vt iam dictum, audienda ſunt de Elementis Elementatis (vera enim Elementa ſunt ſpiritualia) quia minima quæque Semina mundanam Oeconomiam æmulantur, & adumbratam Elementorum ac principiorum analogiam oſtendunt: atque hoc pacto Rebus omnibus ineſſe Elementa fatemur, eaq́; miſceri & conſeruari beneficio Balſami & Radicalis Tincturæ: Sic Aqua ipſa, quatuor Elementis inſtructa, fœcunda nutricatione, & multiplicatione Semina ſua*

*In animantibus terram referunt oſſa, Caro Aërem, Spiritus vitalis Ignem, Aquã verò Humores.*

na ſua fouet. Hæc è Seuerino hactenus allata, quia iniecto puluere oculis non attentè legentium caliginem & tenebras offundere poſſunt, Elementorum doctrinam lucidiorem ſubiungemus. Verus Philoſophicus Medicus diſcens doctrinam quatuor Elementorum ſeu quatuor mundi columnarum; ſe ipſum ſaltem cognoſcere diſcit & illud ex quo ortum habet: ſicq; ab Externo cognoſcit Interni fabricam, veram videlicet maioris & minoris mundi Anatomiam. Terra vt dictum cum Aqua eſt Centrum: Aër circulariter ambit Aquam & Terram: Nouem Sphæræ vel Firmamentum cum omnibus ſtellis ſunt Ignis. Vera Elementa, cum ſuis propriis Aſtris non ſunt viſibilia, aut ſenſibilia, ſed ſicuti Anima in Corpore eſt inſenſibilis, ita etiam Elementa in ſuis corporibus. Corpus Elementorum eſt res mortua & tenebricoſa: Spiritus eſt vita, & diuiſus eſt in Aſtra, quæ ſuas creſcentias & fructus de ſe dant: Et vt anima ſuum corpus à ſe ſeparat & in illo habitat: ita etiam hæc Elementa ſpiritualia in ſeparatione rerum omnium excreuerunt à ſe corpora viſibilia per ſeparationem. Caliditas potentialis ſeparabat à ſe ſtellas, vt herbæ in Terra flores à ſe ſeparant: Humiditas Aërem: Frigiditas Aquam: Siccitas Terram: hoc eſt, ex Elemento Terræ prodiit corpus

Ex Elementis formata ſunt omnes creaturas. Aëri attribuitur animantia, Terræ Vegetabilia, Aquæ mineralia, Ignis vnicuiquè dat vitā. Quatuor matrices Rerum.

*Terra: ex Elemento Aquæ emanauit corpus Aquæ: ex Elemento Aëris efumauit corpus Aëris, & compactum eſt in ſua Natura: ex Elemento Ignis emicuit corpus Ignis, & compactum eſt in ſua ſubſtantia, Cœlum videlicet viſibile. Ex his corporibus Elementorum, tandem prodeunt ac proueniunt creſcentia: & ex his demum fructus mediantibus & operantibus Aſtris. Nam omne corpus viſibile non eſt à ſe nec ex ſe, ſed à ſuo inuiſibili Elemento & Aſtro. Ex Corpore Igneo emicuerũt Aſtra viſibilia, ſeu Stellæ in Firmamento: ideò Ignis eſt nutrimentum & conſeruatio ſtellarũ, teſtatur Noſtoch, quod igne veſcantur, & eundem à ſe excernant denuò, licet in inferiori aëre ſupra terram in mucilaginoſam materiam vertatur. Ex corpore Aquæ creſcũt Metalla, Salia, Mineralia. Ex corpore Terræ creſcunt Arbores & Herbæ. Noſtra viſibilia Elementa ſunt aliorum ſaltem corpora & domicilia, & vim illorum impediunt & remorantur. Omnia enim, quæ viſibili corpore copulata ſunt, ſuffocant & frangunt vim, potentiam, & operationem interni Spiritus. Terra eſt duplex, Externa viſibilis, Interna inuiſibilis. Externa non eſt Elementum, ſed eſt corpus Elementi, & eſt Sulphur, Mercurius, Sal. Elementum autem Terræ eſt vita & Spiritus, in quo Aſtra Terræ iacent, quæ per corpus Terræ produ-*

*Omne Productũ ſeu Creſcẽs diuerſum eſt & ſeparatum à ſua matrice generãte vt piſcis ab Aquã.*

*Ex quo quid naſcitur, ex eodem etiã cibatur & conſeruatur: Ita halet extra aquã ſtatiò moritur.*

*Hanc Regulam etiam Theologi & medici ſibi applicent.*

*Terra per ſe mortua, ſed Elementum eſt inuiſibilis occulta vita.*

*producunt omnia creſcentia: Terra enim licet videatur mortua, nihilominus in ſe continet omnium rerum ſemina, ſeminaleſq́ virtutes: Ideò ipſa dicitur Animalis, Vegetabilis, Mineralis, quæ ab omnibus reliquis Elementis fœcundata, omnium ex ſe ipſa eſt genitiua: Sic arbores, herbæ, gramen, flores, fungi & omnia Terræ creſcentia ſunt corpora Aſtrorum, & fructus Terræ, ex inuiſibilibus Aſtris ferunt ſuos fructus, vt flores, pira, poma, ceraſa, & quilibet horum fructuum iterum eſt Aſtrum & Semen. Aqua etiam duplex eſt, Corpus videlicet, quod eſt Mercurius, Sulphur, & Sal: Elementum autem eſt vita & ſpiritus in quo Aſtra Aquæ continentur, quæ inſtar matris è ſua abyſſo proferunt omnia mineralia, ſalia, metalla, lapides, gemmas, arenas, & omnes Aquæ fructus, qui tamen è Terra effodiuntur. Cuiuſque enim Elementi Aſtrum in peregrina regione & matrice parturit, ſuoſq́ fructus deponit: Et inſigni prouidentia cuncta videntur ad Terram declinare, eiuſq́ fœcunditatem promouere. Sic Firmamenti fructus in Aëre abſoluuntur, hinc inferiori globo communicantur, ſicuti nix ex Igne generata in Aëre & Terra reperitur. Aërei fructus ex Centro ad circumferentiam procedunt: ibi coagulationem & perfectionem conſequuntur. Aquæ ſemina in Terræ gremio pariunt, deinde ad ſu-*

Tanta Elementi Aquæ poteſtas, vt nec ſpiritualis Regeneratio fiat ſine Aqua, ſicut Chriſtus ad Nicodemū dicit.

Ignis noſter non eſt Elementum, cùm inſtar mortis omnia conſumat. Cœlum eſt Quartum & primū Elementū reliqua omnia in ſe concludēs

perſiciem tendunt: Terra verò in hanc circumferentiam, in quâ viuimus, vigemúſque, fructus ſuos educit: Granum enim in Terra productum, colligitur in Aëre ſuper Terram: Ita uniuerſorum Elementorum procreationes ad Humanam prouinciam veluti ad deſideratum terminum voluntario feſtinant impetu, & benignâ irrigatione, omnes Naturæ partes fouet: Sic etiam æternæ legis immutabili decreto fieri videmus, Aquam non plus producere, quàm Terra enutrire, Aër fouere, & Ignis abſumere poſſit. Ita Aër duplex eſt: habet etiam ſuum Elementum in ſe, tanquam inhabitatorem. Balſamum eſt omnium creatorum, & vita reliquorum trium Elementorum, nec ſubtilius Elementum à Deo creatum, quod per ſe viuit, & omnibus dat vitam, ſine quo nec Firmamentum, nec Aqua, nec Terra poſſent ſuos fructus producere: imò Ignis ſine aëre non poſſet ardere, multò minus Ignis Creſcentia Cœli videlicet Carbones lucere. Similiter Firmamentum ſeu Ignis etiam duplex eſt: & habet in ſe ſuum Elementum tanquam inhabitatorem, & illud Elementum habet in ſe omnia Aſtra & ſemina: Ignis enim Elementum ſeu Firmamentum corporeum, ex ſe emiſit corpora ſtellarum, Solis, Lunæ, & Planetarum. Sicuti autem ex Terra

quemadmodũ teſta ouum.

Nullum Elementũ altero carere poteſt, ſed ſemper commixtio quatuor Elementorum in generatione omnium verũ reperitur.

Par. in Paramiro de Ente Aſtrorum dicit Aërem ante omnes Creaturas creatum.

Omnia humida à Sole attracta à Terra conſiſtunt in aëre, cuius fructus ſunt ſpecies Tereniabin. Manna.

Elementum Ignis ſecundùm Paracelſum eſt Firmamentum Cœli.

cre-

*creſcebant herbæ, flores & arbores, & manebant in Terra, ita etiam creſcebant (tempore Creationis) ex Cælo corpora ſtellarum, & manebant in Firmamento ſeu Cælo, in ſuis orbibus natantia ceu volucres in aëre. Duodecim ſigna Cæleſtia in Zodiaco, cum aliis ſtellis in Cælo ſunt fructus Ignis, veniunt ex inuiſibilibus Aſtris Ignis: Quò enim Firmamentum ſubtilius eſt Terrâ, eò fructus eius aliorum trium Elementorum fructus ſuperant ſubtilitate & operatione: Sic ſeptem gubernatores mundi nihil aliud ſunt, quàm fructus Ignis: Ex Elemento Ignis ſeparati ſunt, & per ſeparationem creuerunt, vt in Terra flores vel herbæ, ſed flores manent in Terra: in ſuo loco immobiles, ſtellæ autem in Firmamento minimè, ambulant enim in Igne, & DEI Prouidentia natant illa Sphærica corpora in ſuis orbibus, ſicut piſces in Aqua, plumæ in Aëre, habentq́ ſuum nutrimentum è Cælo: Sunt etiam duplices vt omnia alia creata, viſibile eorum corpus oculis videmus tanquam lucentem lucem, inuiſibile Aſtrum ſeu ſpiritus ſydereus in ſtellis aſpectum noſtrum fugit: Ita Solis corpus verè non eſt Sol, ſed ſpiritus in corpore latens. Idem etiam de Homine audiendum. Porrò quatuor dictorum Elemẽtorum Aſtra ſunt ſemina in quatuor matricibus, ſemperq́ duo ſunt ſimul & in*

Sicut in Terra flores ſtellarum colores: Ita ſydera in Cælo Terra pratum oſtendunt.

*vno, vtpote Corpus & Aſtrum, inuiſibile ac viſibile: Corporale creſcit è Spirituali, manetq́; in eo, ac ita propagantur Virtutes Inuiſibiles, Semina, Aſtra, per corporale Viſibile in multa millena millia: ſicuti Ignis ſe augmentat in ligno, vel in materia conuenienti ſemper vnus Ignis ex alio oritur: Angeli ſe augmentare non poſſunt, quia non habent corpus: Homo ſe augmentare poteſt mediante corpore. Omnia creſcentia, herbæ, arbores, piſces. aues, animalia, poſſunt ſe augmentare beneficio corporis hoc modo (Semen enim vel Aſtrum ſine corpore nil facere poteſt) quamprimum vbi Semen vel Aſtrum moritur, & putreſcit in ſua matrice, tūc Aſtrum progreditur in nouum corpus, & multiplicat ſe, vt Chriſtus ſimilitudine & exemplo Naturæ ipſe vtitur, & inducit granū Tritici, quod in Terram proiectum morte putreſcit, & demum fert multos fructus ſeu grana, quæ eandem vim habent quam habuerunt priora, de quibus deſcendunt. Putrefactio conſumit & ſeparat veterem Naturam, ac educit nouum fructum. Ideò Vita æterna non poteſt eſſe in aliquo corpore, niſi prius fuerit mortuū, quia mors eſt cauſa glorificationis ipſius corporis in Vita æterna, ſicuti corruptio eſt cauſa nouellæ generationis Diuinæ ſubſtantiæ: Vita prima herbarum & medicamentorum moriatur neceſſe eſt, vt*

*per Putrefactionem & Regenerationem operâ Chymici habeatur Vita ſecunda, in quâ Tria Prima cum ſuis arcanis viribus medico neceſſariis ſe demum manifeſtant, nam abſq; Regeneratione nullum Medicinæ Arcanum, quod ſine omni qualitatum complexione conſiſtit, haberi poteſt. Cognito itaque externo Mundo cognoſcit Philoſophicus Medicus etiam Hominis Corpus Phyſicum à Terra nutrimentum capiens, & ſydereum à Firmamento victitans, nempe Corpus Phyſicum nil aliud eſſe, quàm Sulphur, Sal, & Mercurium (omnia enim Corporalia ut paulò ante dictum his tribus continentur) & videt creſcentia non ex quatuor Corporibus viſibilibus, nec humoribus quatuor, ſed ex Semine oriri inuiſibili, ſicuti herba aut arbor è ſemine creſcit. Non Anatomia Localis microcoſmi & cadauerum, ſed Anatomia Eſſata & Elementata mundi & microcoſmi oſtendit morbos & Recepta: Membra magni mundi ſunt Remedia membrorum microcoſmi, concordando externam & internam Anatomiam, non gradus contra gradus: Quemadmodum una Anatomia viri & mulieris: ita etiam una Anatomia morborum & medicinarũ. Sicuti in Homine Homo morbi, ita etiã in Medicina Homo Medicina. Ac licet arcana Herbarũ virtus ſeu ſtella Cœli medici nobis nota ſint, po-*

*Anatomia morborũ corporis ex Aſtris internis petẽda ſeu impreſſionibus, cauſantibus medico magis neceſſaria quàm illa Localis cadauerũ.*

*Baſis uerorum medicorum. Morborũ, & Rerum Anatomia.*

*tiſſimum tamen etiam conſiderandum eſt medico, vt ſciamus Naturæ Concordātiam, videlicet quomodo Aſtrum Medicinæ ſeu Cœli magici cum interiori Hominis Aſtro & Olympo concordandum ſit, propter hanc ſimilem Anatomiam Mumia ſiſtit ſanguinem Humanum: Luſcina morbis aranearum obnoxia eſu illorum reſtituitur: Externum enim ducit ad internum, ſicuti eſt in magno mundo, ſic etiam in paruo: Qui igitur cognoſcit creſcentia & fructus Terræ, herbarum, arborum, quod videlicet omnia è ſemine vel Aſtris progrediantur, ille ſimul cognoſcit in corpore Phyſico tam varios morbos latere, qui morbi non ex quatuor fictitiis humoribus ſeu qualitatibus, ſed propter Analogiam maioris & minoris mundi è ſemine verius oriuntur: morbis magni mūdi cognitis, non ſunt morbi microcoſmi incogniti: Quot ſpecies mineralium in Mundo, tot etiam in Homine: Tot enim genera morborum, quot ſpecies, corpora & ſemina creſcentium: Numerus morborum non ſcitur, niſi quis ſciat numerum omnium creſcentium. In Elementis enim Humanæ Naturæ conſentaneis, ſemina fouentur, & Aſtra Cœleſtia, Aërea, Aquatica & Terreſtria, quæ digeſtis decretiſq; temporibus fructus producunt ſanitatis vel morborum nuncios: Sic ergo tria prima ſunt cauſa omnium morborum:*

*In*

Cauſa & ſubiectum morborū.

Ex mineralibus microcoſmi (qua Iliadus omnia in ſe continet) multi oriuntur morbi.

Morborū origo ex tribus primis in qua. Aſtra poſſunt aliquid imprimere, quemadmodum Ignis in lignum aut ſtramen, vel crocus in Aquā.

Morbi Elemētares Elemētaribus Remediis, Aſtrales Aſtralibus, curentur:

*In quocunque enim corpore illa per vnionem conveniant, illud verè ſanum iudicari poteſt: in quo vero non (ſiquidem Sanitas in Temperatura conſiſtit) morbum & mortis primæ radicem ſubintraſſe planè ſtatuendum eſt. Morbi hæreditarij è ſemine vel Aſtris producti, partim vocantur Elementares, quia qualitatibus calidis, humidis, frigidis ſe manifeſtant: Alij, quorum maxima pars Aſtrales ſeu Firmamentales, qui oriuntur è Firmamento Hominis quod in Homine non minus integraliter continetur ſicut Elementa: Et vt corpori viſibili creſcit ſuus cibus è Terra, ita etiam ſydereo Hominis ſpiritui ſeu Homini inuiſibili (qui exterioris domus incola eſt) ab Aëre & Igne ſeu Firmamento externo creſcit ſuus cibus, videlicet ab Igne Firmamenti, vt artes omnes, opificia, linguæ facultates: Cœlum enim eſt pater & doctor omnium artium, excepta Theologia & Sancta Iuſtitia, quæ non ab Aſtris, ſed immediatè à Spiritu Sancto diſcuntur: Nam omnes credentes & Renati manent incogniti & occultati Aſtronomo, vt videre eſt in Paracelſi Philoſophiæ Sagaci. Quemadmodum enim Magnes ferrum attrahendo ſpiritum Martis exugit, relinquendo æruginem, ita Homo habet duplicem Magnetem ratione corporis, partim enim Aſtra ad ſe trahit, & prout Apes*

De his Aſtralibus Remedijs Sagaci & Adepto medico notis Galenici nil intelligunt.

Mors demonſtrat hominem bipartitũ in Externũ & Internũ: in Externo, qui eſt pulvis & terra, latet morbi materia, & illud quod nos affligit: Ideo à ſimili medicina petenda & Spagyricè à fecibus ſeparãda. Internus & Aſtralis Homo habet etiam ſua medicamenta Medicinæ Adeptæ cognita.

quo è floribus & herbis mel, ita ex illis ſuum cibum exugit, Sapientiam videlicet mundanam, ſenſus, cogitationes: partim verò ſua vi attractiuâ ab Elementis allicit quotidianũ nutrimentum carnis & ſanguinis ſui: Ac ſicuti corpus Elementale attrahit Elementaria corpora per famem & ſitim, ita ſpiritus ſydereus Hominis à radiis ſuperiorum ſyderum, omnes artes, ſcientias, & facultates, omnemq; Sapientiam humanam: Firmamentum enim eſt Lumen Naturæ quod Homini omnia naturaliter inſtuit. Porrò aſtra ſeu Elementa (quæ ſpiritus ſunt) ſunt ἄποια, id eſt, ſine qualitate, nec calida, nec frigida, nec ſicca, nec humida, ſed producta ex ipſis ſunt qualitate prædita. E terra enim prouenit Papauer, Opium, Lolium frigidum: Flammula, Perſicaria calida: Ex Elementis namq; contraria creſcunt. Ex Igne creſcit Nix, Pluuia, Ros, Iris, Venti, Tonitru, Grando, Coruſcatio, & ſimiles meteoricæ impreſſiones omnes, ab Archæo Firmamenti ex tribus primis productæ. Sunt enim fructus & egeſtiones, vt loquitur Paracelſus, ſtellarum Firmamẽti: imò ſunt fructus inuiſibiliũ Aſtrorum, quæ in ſtellis ſunt & inuiſibile viſibile faciunt: Stellæ enim inſtar arborum Terreſtrium ſuos fructus ſuppeditant. Inde manifeſte liquet, quod morbi non curentur per contraria quaſi calor deberet frigus pellere;

Vt quid naſcitur, ex eodem etiam cibatur, nutritur, viuit, ſeruatur, ſanatur, ægrotat, punitur & moritur.

ac ſi

*ac ſi Elementa ex Homine eſſent expellenda: verùm per arcana vel Aſtra quæ medicus beneficio Chymiæ ex materia vltima in primam reducere poteſt: Et hæc arcana nec frigida nec calida ſunt actu, tollunt omnes morbos ſicuti ſecuris arborem cadit, quæ nec frigida nec calida eſt: Eiuſmodi etiam ſunt Quintæ Eſſentiæ, Magiſteria & ſimilia.*

## Nunc de HOMINIS Microcoſmi GENERATIONE, DIGNITATE ac EXCELLENTIA aliquid auxiliante DEO dicturus ſum.

*SIcuti ſumma Philoſophia eſt animum illuſtrans ſe ipſum rectè noſſe, ita extrema Turpitudo atque moribus animi peſtilentiſſimus ſe ipſum ignorare. Ignorantia, ait Triſmegiſtus ad filium Tatium, eſt maximus hoſtis, & primarius vltor intra vnumquemque. Væ tibi Homo, qui negligis immenſum patrimonium & talentum ac depoſitum tibi commiſſum, ſeu Theſaurum in vaſe fictili reconditum & effodiendum non animaduertis: Non vides Deum in temetipſo, quem mundus non videt, nec recipere poteſt, licet nobis intimior ſit, quam nos nobiſmetipſis ſumus, ſiquidem in medio cordium noſtrorum DEI ſpiritus habitat. In rei*

*Altiſſima & vtiliſſima ſcientia eſt Dei cognitio & ſui ipſius probè cogniti deſpectio.*

*Luca 16. Paul. 2. Cor. 4. Ioh. 14. ſect. 17. 20.*

*veritate, toto vitæ curriculo nil aliud diſcere poſſumus, quàm Diuinum illud è Cœlo delapſum: Γνῶθι σεαυτόν: Agrippa ergo pie & docte diſſerit Veram viã (ſecundum Apollinis Delphici oraculum præ foribus eius templi ſcriptum) ad veram Sapientiam, perpetuámque Beatitudinem conſequendam, ſi teipſum cognoueris, quia eſt in Homine omnium rerum, naturarumq́; Vera & Realis poſſeſſio: inſuper vel ipſius omnium Creatoris peculiaris perfectaq́; Imago: Ideo oportere omnium rerum ac naturarum ipſiuſq́; Creatoris cognitionem (in quâ ſolum vera Sapientia Beatitudoq́; conſiſtit) à ſe ipſo primum exordiri: ſic quod Homo intelligens ſe ipſum, in ſe ipſo, tanquam in quodam Deifico ſpeculo intueatur, intelligatq́; omnia, quo nomine Dauid Pſ. 139.* dicit, Domine mirabilis eſt facta tua ſcientia ex me: E contra, qui ſeipſum ignorauerit, nullarum rerum veram, intrinſecamq́; ac eſſentialem cognitionem habere poßit, ſed ſimilis brutis animantibus, quicquid extra ſe cognoſcit, extra ſe permanebit. Nulla enim cognitio ſiue à Cœlo influxa, ſiue ingenij labore terrenaq́; diligentiâ acquiſita, perpetuò manebit in animâ, ſed obliuioni ſubiecta tranſibit, niſi ſola illa, quæ in abdito Intellectu Eſſentiali cognitione intrinſecus recepta eſt: ipſa autẽ Eſſentialis intrinſeca cognitio*

Prima Dei cognitio ſcire quid Homo ſit. Auguſt. Pſ. 39. Qui enim ſe nouit, Deũ nouit, quia Deus nuſquam vult habitare quam in Homine, vbi maximè conſpicuus.

Ab intra videmus Deum
* ſect. 14.

*gnitio nō eſt ex carne & Sanguine, nec in multitudine Librorum & lectionis, nec in pluralitate Experientiæ & antiquitate dierum, nec in perſuaſionibus Humani Verbi, & contentione Rationis, ſed in ipſa paſſione Diuinorū, non in diſcendo, ſed in patiēdo Diuina, Hominis Mens perficitur. Totum ſitum eſt in cognitione, quia ſumus ex omnibus & omnia in nobis portamus, non aliter ac ipſe Deus Pater noſter. Filius æqualiter poſſidet omnia cum patre ſuo: Omnia ergo bona Naturalia & Supernaturalia antea ſunt in Homine, verùm vt per peccatum obtenebrabatur in nobis Diuinus ille Character, ſic expurgato & expiato Peccato, rurſus ille magis magiſq́ illuceſcit: Cōcreata eſt nobis omniū Rerum Notio, & in meditullia ſpiritus latent cūcta, ſaltem opus eſt excitatione noſtri à ſtertore & ſomno qui per peccatum obdormiuimus in donis à Deo oblatis, vt nec videamus nec ſentiamus, aut credamus illa bona eſſe in nobis præſentia: Eſt enim Humanus Intellectus maximarū diſciplinarum capax, vel vt Platoni placet, priuſquam corpori iungatur, omnium ſcientiarū plenus, qui corpore oppreſſus latet, vt ignis ſub cinere ſopitus, ſed ab humoribus iam dictis excitatus & commotus ſplendet, & quæ ſuis Theſauris delituerant, oſtendit opes. Niſi enim omnes Theſauri Cœleſtis & Terrenæ Sapientiæ*

Dionyſ. lib. Diuinorū Nominum.
Iohan. 17. ſect. 11. 12.
Iohan. 4. ſect. 17.

Lumine Naturæ bene cognito, cognoſcitur Deus. Apoc. 3. ſect. 20.

*anteà eſſent in nobis, certè Chriſtus non iuſſiſſet nos quærere, nec poſſemus inuenire, ſi nihil eſſet à Deo nobis datum aut depoſitum: Nobis ipſis igitur probè cognitis in vtroque Lumine, ſecundum Spiritum & Naturam, tunc ope Diuina intrauimus ianuam apertam in nobis, & ante oſtium cordis pulſanti Deo aperuimus, viuentes ſecundũ DEI voluntatem, omnia habemus neceſſaria ad præſentem & æternam tàm ſapiẽtiam quàm vitam: Et ex hac ſui contemplatione & cognitione ſedulâ, oritur etiam immediatè vera DEI cognitio (neutra enim ſine alterâ exacta & abſoluta eſſe poteſt) & poteſt Homo bonam magnamq́ partem cognitionis eius Qui eſt, ex ſui ipſius conſideratione venari, ſiquidem omnes ad DEI cognitionem, pro data capacitatis gratia obligamur. Dionyſius ait, Nos Deum nõ ex ipſius Natura cognoſcere poſſe, ſed ex Creaturarum omnium ordinatiſſimâ diſpoſitione ab ipſo productâ, vt imagines quaſdam ac ſimilitudines Diuinorum ipſius Exemplarium præ ſe ferentes. Homo qui Deum ignorat, à Deo ignoratur, & qui relinquit DEI notitiam, à Deo relinquitur. Ignorantia autem DEI, omnium malorum fons, omnium ſcelerũ radix eſt; per quæ omnia vitia cõualeſcunt & augentur: ſicuti è contra in omni probitate & innocẽtiâ, omnium rerum cognoſcere & amare*

Prin-

*Principium ipſum, omnium Creatorem Deum, ſumma pietas, ſumma iuſtitia, ſumma ſapientia, ſummaq́; Hominis felicitas eſt. Eam ob cauſam Saluator noſter verè dicit, Hãc eſſe vitam æternam, vt patrem Verum Deum* COGNOSCANT *Homines, &* IESVM CHRISTVM, *videlicet vt Trinitas in credente agnoſcatur & colatur, quæ cognitio ſola affert vitam æternam: nam ambulans in Vita Chriſtiana naſcitur Filius* DEI, *natus Filius* DEI *neceſſario habet patrem, habens patrem obſignatur Spiritu ſancto: Qui autem cognoſcit Filium, etiam nouit Patrem, nam hi vnum ſunt. Cognitio* DEI *eſt Beatitudo & Vita Æterna: nam qui Deum in Chriſto cognoſcit, fit habitatio & Templum* DEI, *& ſic Deificatur, fit enim filius* DEI *ex Deo natus: Et ſicuti per cognitionem Mundi viſibilis peruenimus ad cognitionem Opificis inuiſibilis, ita ex Chriſto viſibili ſeu vitâ Chriſti diſcimus noſſe patrem, nam eſt via ad Patrem: ſicuti autem nemo poteſt venire ad Filium, niſi audiat & diſcat ex Patre, ita nemo rectè poterit cognoſcere Mundi machinã niſi doctus à Deo: Hinc patet Ethnicorum ſcripta de Natura plerumque falſa eſſe, quibus Philoſophia & reliquæ facultates cõtaminatæ & deprauatæ ſunt. Vanum ergo eſſet ſcientiam ab illis quærere, qui in inquirendo*

Inexcuſabilis eſt Homo, qui ignorat Deũ: maledictus autem, qui illum agnoſcens non veneratur. Ioh. 17. ſect 3.

Quo quis magis cognoſcit Deum, eo magis ipsũ amat, & eo firmius credit in ipſum: & qui amãdo credit Deo, eidẽ adhæret, & qui Deo adhæret fit vnus ſpiritus cum ipſo.

omnem ſuam ætatem conſumpſerant, ac tempus & induſtriam perdiderant, nec ullã veritatem invenire potuerunt; licet plurimi illorũ ex ignorantiâ magis, quàm malitiâ errore ducti & abrepti fuere; Luce Veritatis illis nondũ exortâ, Luminéq; Naturæ à Spiritu Sancto necdum accenſo. Omnis vera Philoſophia cum reliquis facultatibus è Sacris literis fundari debet & redire in Deum, ut ſemen inter ſpinas ob defectum Solis apud Gentiles ſuffocatum, apud Chriſtianos Renatos ad perfectionis complementum deueniat: ad perfectionem omnium artium requiritur Renaſcentia, & vera Philoſophia debet eſſe fundata ſupra lapidem angularem Chriſtum: Quapropter ſummoperè nobis cauendum eſt, ne permittamus Ethnicorum errores Philoſophicos ſupra Chriſtianæ Philoſophiæ rationes militare. Soli namq; Chriſtiani, quibus Veritas inſita eſt, ſemen ex Deo ad Philoſophiam beneficio Regenerationis Ethnicis denegatæ habentes, verè & ſine errore & Philoſophari & reliquas facultates rectè tractare norunt: Poſt effuſum enim Spiritum Sanctum Credentes poſſunt eſſe ex Deo docti. In ſumma in cognitione DEI totius mundi Theſauro omnia ſita ſunt, adeò ut ſine hac nemo poſſit venire ad Vitam æternam: Nam cognitionem ſequitur Fides, Spes, Amor, Amorem ſequitur

Theologia enim eſt Fons Naturalis & Supernaturalis ſcientiæ.

Adhæſio,

*Adhæſio. Adhæſionem ſequitur vnio, in vnione ſita eſt Beatitudo & ſapientia. Hanc Regenerationem intrà ſecreta religioſi pectoris ſui ſilentio tectam ſacer* Hermes *& alij corde mundi, & vitâ ſancti viri ante incarnatum* Verbum*, per Spiritum ſanctum illuminati, melius cognouerunt; quàm è noſtris plurimi, qui ſe Chriſtianos vocare ſolent, & malunt potius* Dei *cognitores quàm amatores videri. O magnum miraculum! Homo cuius animus Deo per Chriſtum vnitus, veram poßidet omnium rerum Sapientiam, & omnium Arcanorum cognitionem abſolutiſſimam.* 1. Ioh. 4. Sap. 1. Ioh. 17.

*Porrò qui cognoſcit ſeipſum, Fundamentaliter cognoſcit in ſe omnia, ac intra Tempus & Æternitatem locatus ſuper ſe contemplatur Deum æternum, Creatorem ſuum, ad cuius imaginem & ſimilitudinem cum reliquis Angelis eſt amore imperſcrutabili conditus: Iuxta ſe nouit Angelos æuiæternos pares ſocios & comites, à quibus corpore, & futuro iudicio ſaltem diſcriminatur: Infra ſe magnum videt Mundum viſibilem, cuius ſimulachrum gerit, & omnes Creaturas, cum quibus ſymbolum habet, videlicet Parentem ſuum ex quo natus eſt ſecundum externum & mortale corpus. Natura enim Homini verſatilis & verſipellis ingenij vero* Proteo*, flexibilem indidit* *Anima enim Dei proles & Imago. Apoc. 22.*

*animum, vt in medio huius mundi Paradiſo conſtitutus, Diuinâ cooperante Gratiâ Surſum ſe erigendo in Quietum Angelum regenerari, vel fortunæ ſuæ faber Deorſum ſerpendo in Inquietum Brutum degenerare poſſit. Sed Creatura Rationalis libera, neglecta paterna admonitione, & obediētia debita, inſtar Furis & Latronis è medio ad ſeipſam reflexa, ſpreto Creatore ſuum* Malum *& proprium Nihil, voluntario damno & exitio experta eſt: Et ita abutens indulgentiſſimi Patris liberalitate, quam dederat ille liberā optionem è ſalutari ſibi noxiam fecit, & non contentus ſua ſorte more Luciferi ambitioſè appetens altiora ex oppoſito ſe locans contra Deum, tandem ex deliciarum horto, inſperata metamorphoſi in hanc lachrymabilem & tenebroſam Miſeriæ & Ignorantiæ vallem deiectus fuit. Primus enim Homo relictus in manu cōſilij ſui ſponte ſua, à recto calle declinauit in extremum Miſeriæ gradum, & vtriuſq; Boni & Mali poſſeſſionem in ſui perniciem appetiit, prout Hermes & Moyſes ſufficiēter demonſtrāt. Homo, mundi copula, vltimum animal admirandum & honorandum ſexto die loco lapſorum Angelorum poſt reliqua omnia è* Limo terræ, *ſeu totius mundi machina viſibili è Cœlo ſeu Cœleſtibus Sphæris & Terra compacta, videlicet è ſubtiliſſima Eſſentia totius*

*Siracid. 15. ſect. 14. Ier. 21. ſect. 3.*

*Gen. 2. ſect. 17.*

*Arrogatio enim alterius boni neceſſario duo incommoda affert ſecum, Furtum videlicet & ſui ipſius Latrocinium & mortē.*

*Lapſus eſt defectus ab vnitate ad alteritatem.*

*Creauit Hominem Deus vt numerus & ruina Angelorū inobedientium in Regno Cœlorum reſtauraretur.*

tius

tius machina mundi in vnum corpus concentrata extrahitur & formatur à ſummo Spagyro in formam corporalem: nimirum è præſtantiſſimo compoſito & ſubtiliſſimo Extracto totius mundi, ex Centro omnium circulorum: Ideo Nazianz. de Hominis opificio, Homo à Deo poſt reliqua factus vt Deus in ipſo exprimeret ſub breui quodam compendio, quicquid diffuſe antea fecerat, omnia videlicet membra totius mundi. Quemadmodum enim tota Oratio ex alphabeto & ſyllabis, ita Microcoſmus ſeu Limus Terræ ab omnibus corporibus & creatis extractus & compactus eſt. Summus ac omnium opifex Deus æternitatis, accipiebat Quintum eſſe, ex omnibus creatis, & ex illis fingebat ac componebat Hominem horum omnium Principem & Finem, eique tanquam Filio in Terra locum Celſa Diuinitatis eximium tenēti congratulatus eſt: Ex parte Corporea, ſeu corruptibilis Naturæ gerit Imaginem Macrocoſmi ſenſibilis & Temporalis: Ex parte Animæ ſeu immortalis Naturæ gerit Imaginem mūdi Archetypi, id eſt, immortalis Sapientiæ ipſius DEI: Ita in illum ingrediebantur omnes Animalium, Vegetabilium & Mineraliū proprietates: inſuper ei Anima viuens inſpiratur. Iam Deus eſt omnia à ſe ipſo: Homo eſt omnia à Deo factus: Ideò vltimo creatur, vt per ipſum nota-

*retur abſolutio & perfectio rerum omnium. Et eſt Homo nexus, vinculum, nodus, compages, ac faſciculus omnium Creaturarum: Omnia enim creata, ſunt ad ipſum ordinata, eúmque tanquam* DEI *Oeconomum in huius mundi Hortum locatum reſpiciunt ac venerantur, Et ſicuti Deus eſt Centrum & Circulus omnium à ſe productorum (vniuerſa ſiquidem Diuinæ Bonitatis opera circularia ſunt & perfecta, ad ipſum à quo prodierunt, ſphæricè rotata) Centrum, quod omnia ab ipſo manant, & quia omnium rerum Eſſentia omnia etiam penetrat: Circulus autem, quod veluti omni capax Tabernaculum omnia concludat ac complectatur: Intra Deum enim omnia, extra quem nihil tam ante productionem, quàm poſt productionem rerum, ſublato videlicet hoc mundo viſibili: Ita etiam Homo ad Creatoris ſui imitationem, eſt Centrum Creaturarum, & Circulus omnium earundem. Nam non ſolum ad ipſum omnia in mundi machina reſpiciunt, tanquam ad Ducem & Rectorem, propter quem omnia etiam ſunt creata: verum etiam ſupra ipſum vt Punctum medium & Retinaculum, omnes Sphæræ ſuos radios, operationes, reflexus & influxus, omnes item Creaturæ ſuas vires effundunt. Circulus verò Homo dicitur, quod in ſe omnes Creaturas contineat, & omnia*

*Pſ. 8. Omnia ſubieciſti pedibus eius: Paracelſus ex ipſis quatuor Elementorum ſaganas & incolas.*

*Voluit Deus creator vt omnia per Hominem ſibi honorẽ exhiberẽt. Sicuti Terra eſt corpus receptiuũ omniũ ſeminum, ſic etiã Homo.*

nia ex ſummo Bono manantia ſecum reducat ad fontem Æternitatis, ex quo originaliter ſingula fluxerant & emanarant. Prima DEI imago mundus, Mundi Homo, Hominis Animal, Animalis Zoophytum, illius verò Planta, Plantæ autem Metalla, & horum Lapides, ſimilitudines, imagineſq; repræſentant. Magnus ergo mundus cum mundo parvo, per omnia vnus inſtar prolis cum parente ſuo, à prudenti Antiquitate ſapienter quidem μικρόκοσμος, à multis verò hodiernis ſine vllo intellectu ita vocatus, quod magnus viſibilis mundus ſit factus Homo: Et quemadmodum magnus mundus bipartitus viſibilis & inuiſibilis, ita etiam Homo parvus mundus duplex eſt, Viſibilis ſecundum corpus, inuiſibilis ſecundum Spiritū: Sunt autem in Homine duo ſpiritus, vnus è Firmamento ſydereus Spiritus, alius venit è ſpiraculo vitæ, & ore Altiſſimi eſt Anima intellectualis à Deo inſpirata. Ita Homo habet tres partes, Corpus mortale cum ſydereo Spiritu, & Animam Æuiæternam, quæ eſt domicilium Imaginis DEI vel Spiritus ſancti in Homine. Si Homo voluntate propriâ vel arrogatâ viuit, ſecundum Carnem & Sanguinem ſaltem, ſenſualiter eſt Brutum, & cognoſcitur an ſecundū Paginæ Sacræ Epitheta, ſit Canis, Vulpes, Lupus, Ouis, Sus, aut Viperarum progenies,

Spiritus primus ex Limbo, ſecūdus Spiritus è verbo Fiat.

In Homine duplex eſt Sapientia, Angelica ſecundū quā viuēdum, & Animalis quæ negligēda.

Renaſcentia malā geneſin vincit.

Luc. 19. ſect. 13.

Matth. 7. ſect. 1.

Matth. 15. ſect. 15.

ſicuti inferius in Tractatu de Signaturis diſſeremus latius: geminare enim hic ſermonem ſuperfluum foret: Si viuit Rationaliter, tunc eſt Homo: & dominatur Animantibus in ſuo corpore: Si verò imaginis DEI proprietate obſeruatâ viuit ſecundum Dealem Spiritum ex Arbore Vitæ, ſeu ſecundum Talentum & Theſaurum in fictili ſibi cõcreditum ac depoſitum, dominatur Aſtris & omnibus rebus. In Homine omnia ſunt comprehenſa & ipſe fert omnia in ſe: Ex quo enim factus eſt, illud fert in ſe: E mundo factus eſt, & mundum gerit in ſe, & à mũdo geritur. Porrò ſicuti Prima materia (quæ erat Eſſentia quædam ineffigiata cõfuſa, quam Matrem mundi ſeu Chaos & Hylen Philoſophi nominarunt) erat ſemen magni mũdi, ita magnus mundus eſt ſemen Adami: vt enim Mundus abſconditus erat in Aquis inuiſibilibus ſupra Abyſſum, ita Adam occultatus iacebat in mundo. Prima materia fiebat mundus, & Magnus Mundus fiebat Homo. Sicuti Arbor creſcit è ſemine, ſemen eſt Arboris Initium, & ſemen eſt etiam Finis Arboris, quia in quolibet grano ſeu ſemine Arboris iterum abſcõdita eſt Arbor alia: Ita prima materia (quam Paracelſus Limbum nominat, cuius Terra VERBVM Domini) erat ſemen omnium creandorum, & Homo erat vltimus inter omnes quaſi perfectum

Corpus Inuiſibile Hominis ex ſpiraculo Dei ſiue æternum, non ſubijcitur Aſtris vel Aſtronomo.

Geneſ. 1. Matrix enim mundi eſt Aqua ſupra quam Spiritus Domini ferebatur.

2. Petri 3. Terra ex aqua emerſit.

*ctum ſemen, quod ex ſe iterum gignere poteſt alium Hominem qualis ipſe eſt: Et licet Homo non ſit ſemen vt aliud ſemen, tamen habet potentiam de ſe emittendi ſemen, è quo ſimilis Homo producitur, qualis ipſe eſt: Et vt Adam totum mundum in ſe gerit, omniaq́; creata, ac à mundo conſeruatur, ita quilibet ex eo natus idem geſtat, quod ipſe geſtauit, videlicet totum mundum, ab illoq́; etiam geſtatur & conſeruatur vt Adam: Omnes Homines vnus Homo, è carne, ſanguine, & ſpiritu. Ergò cognitio Hominis debet ſumi ex vtroque Lumine, quia filius non cognoſcitur ex ſe ipſo ſolo, ſed è patre: Homo autem habet patrem duplicem, Æternum cuius imaginem gerit: & Mortalem, qui eſt totus mundus cum Creaturis omnibus, id eſt,* Limus Terræ *ſeu Arcanum, & eſſe omnium Creaturarum pretioſiſſimum, omnibus Philoſophis, Medicis, Aſtronomis & Theologis ad conſiderandum & examinandum propoſitum. In Homine enim ipſo minore mundo, non eſt membrum, quod non reſpondeat alicui Elemēto, alicui Planetæ, alicui Intelligentiæ, & alicui Menſuræ ac Numerationi in Archetypo. Corpus viſibile Animæ idoneum indumētum ac domicilium Homo ab Elementis habet, Corpus inuiſibile ſeu Animæ currū & vehiculū (quo intellectualis Anima & Terrenū Corpus inſtar ex-*

**Quemadmodū ſtatuarius è ligno & ſigulus ex argilla mille diuerſas formas ad placitum fingunt, ita Deus è materia prima omnia creata extraxit.**

**Homo eſt quaſi terra ſiue ager omnia ſemina in ſe continens.**

**Sicuti filius nō minor eſt patre ſuo: Ita Homo non minor eſt Mundo.**

**Nemo cognoſcere Imaginem poteſt niſi cognito illo cuius eſt Imago.**

**Hermes Hominem vocat Deū Terrenū.**

tremorum ceu nodo glutine, ac confœderationis vinculo connectuntur, atque hoc medio tertio de vtroque participante in vnum integrum Hominem copulantur & vniuntur (Sydereum, Æthereum & Aſtrale à Cœlo ſeu Firmamento poſſidet. Per hoc Medium, æthereum videlicet corpuſculum. *Anima* intellectualis, iuſſu DEI, qui mundi maioris Centrum eſt, executione Intelligentiarum vtpote Spirituum, DEI in punctum Cordis medium, quod eſt Centrum mundi minoris (corporis videlicet Humani) primum infunditur & deſcendit, exinde per vniuerſas ſui corporis partes, membraq́ diffunditur, quanto currum ſuum naturali iungit calori, per calorem ſpiritui ex corde genito, per hunc ſe immergit ſanguini, per illum inhæret membris, atque his omnibus æque ſit proxima. Et quia dictum Æthereum corpus à cœlo participat, eundem etiam curſum retinet & ſeruat cum curſu Firmamenti, cuius vires peculiari vi magnetica haud ſecus ad ſe attrahit, quàm viſibile corpus Elementorum efficaciam: atque ſic manet cum ipſo mundo viſibili & inuiſibili vnum, tanquam filius cum ſuo parente, quemadmodum Rubedo in Vino & Albedo in niue: Eſt enim in nobis totum Firmamentum cum Planetis & ſtellis: Et quemadmodum

Geneſ. 1. ſect. 7.

Hominis perfectio & dignitas.

Sic Deus & Homo vniri non poſſunt niſi per medium Saluatorem noſtrum ex duabus naturis Cœleſti & Terreſtri. Diuinâ & Humanæ participantem.

Par. dicit Animam ſeu Spiraculum vitæ per Aſtra ceu medium infundi in corpus Elementare à Deo.

*modum Calor fornacem ferreum ac Sol vitrũ penetrat, ita etiam Hominem ſydera cum omnibus ſuis proprietatibus, ſicq́ ex ſydereo Firmamenti ſpiritu poſſumus omnia Naturalia* MENS
*diſcere.* Animam Intellectualem *& Immortalem (quatuor ſuperius memoratis Elementorum incolis, ac brutis inſuper animantibus denegatum) ad DEI Imaginem & Diuina* Triunitatis *ſimul ac vnitatis ſimilitudinem creatam, ſeu Spiritum DEI inhalatione habet Homo, vt ſic etiam vnus ſit cum Parente cœleſti per omnia: Eſt enim in nobis per ſuum Spiritum, ex quo diſcimus Theologiam ſacram, omniáque Cœleſtia & Terrena Arcana ſine errore: Imò in ipſa ſumus, viuimus, & mouemur. Ac vt Deus eſt vnus in Eſſentiâ, Trinus in Perſonis, ſic Homo vnus in Perſona, Trinus in Eſſentiâ diſtinctâ, ſcilicet Terreno Corpore, Spiritu athereo Schamaim, ac viua viuificante Anima à Deo inſpirata & Dei domicilio Triunus compoſitus eſt: Hoc teſtatur iuxta Sacram ſcripturam mirabilis concordantia Creatoris cum Creatura, in qua ſummus Creator voluit manifeſtari vnitrinus ſeu Triunus: inſuper vnanimis conſenſus omnium verè Philoſophantium è Lumine Naturæ: Si qui fortè ſint, qui negent has tres partes, oportet tamen vt fateatur Hominem è*

Zach. 12. ſect. 1.
Geneſ. 2. ſect. 7.
Eſ. 42. ſect. 5.
Sap. 2. ſect. 23.
1. Ioh. 2. ſect. 27.
1. Ioh. 4. ſect. 14.
Luc. 1. ſect. 47.
1. Theſſ. 5. ſect. 23.
Gen. 2. ſect. 7.
Vide Amphitheatrũ Khunradi cedro digniſſimum.

*Paulus ſummus Philoſophus & Theologus etiam tres Hominis partes ponit, Spiritum, Animam, & Corpus. Duæ Animæ ſeu Duo Spiritus ſunt in Homine: Mortalis ex Limbo, eſtq; vita corporis. Immortalis ex Deo. Spiritus vita eſt Animæ: Spiritus & anima vita ſunt corporis. Iob.14. Deus creauit Hominem vt eſſet ſuũ tabernaculũ tã in hoc quàm in futuro ſeculo.*

LIMO TERRÆ *per verbum* FIAT *creatum, etiam æternum Spiritum ſeu ſpiraculum vitæ ex ore* DEI *inſpiratum, Limum videlicet Cælorum à Domino accepiſſe. At Limus Terræ duplex eſt, viſibilis & inuiſibilis: Corpus ſeu domicilium habet à Terra & Aqua: Vitam ſeu incolam ab Aëre & Firmamento Ignis, hoc eſt Spiritum ſydereum, qui verè Homo eſt, nõ Caro & Sanguis: Et ſicuti Spiritus ſydereus eſt vita Corporis, ita Spiritus Domini eſt vita Intellectualis Animæ: Et vt ſydereus Spiritus in Corpore habitat, ac dies & noctes operatur, quia hic inuiſibilis Homo eſt ipſe Firmamentũ & omnia in ſe habet, ita Spiritus Domini,* DEI VERBVM, *Homo æternus in Anima habitat: Domus eſt habitatio Animæ, Anima eſt habitatio & domicilium* DEI. *Cùm igitur Homo (complementum omnium operum* DEI *perfectiſſimum, totius vniuerſi completiſſima imago, & expreſſiſſimum* DEI *ſimulachrum, in quo creando quieuit, vt nil honoratius creandum præ manibus habens, in ipſoq; veluti ſupremo artificio, concluſa & conſummata eſt omnis Creatoris ſapientia & poteſtas, quia omnia in ſe continet, quæ in Deo ſunt) ſexto die ex omnibus compoſitus, Creaturarum ſit vltima & Imago non ſolùm* DEI *æterni, ſed etiam mundi magni, quia cum illo omnia in ſe com-*

*plectitur*

plectitur ac continet: ſequitur quod tres etiam mundi ſeu Cœli in Homine reperiantur, & quod à tribus Mundus geratur, vel potius omnis ſit Mundus, & totius vniuerſi exploratiſſimum Exemplar: Ideò quibuſdam Quartus Mundus vocatur, in quo omnia illa inueniuntur, quæ ſunt in reliquis tribus, qui etiam propterea Omnis Creatura appellatione cenſetur. Habet enim Spiritum ſeu Mentem à DEO: Quid enim eſt Spiritus Hominis ab Altiſſimo inſpiratus aliud, quàm ipſe Deus in nobis habitans? Corpus inuiſibile ſeu Verus Internus Homo Ratione & Spiritu Aſtrali conſtans cum Angelis congruit, eſt enim ſocius illorum: Et ſi verus eſt Magus, Angelis non eſt inæqualis in omni operatione Magicâ, & eſt Dominus ac poſſeſſor omnium rerum. Corpus mortale Phyſicum ex machina mundi & omnibus creatis poſſidet: omnia enim Externa nil aliud ſunt, quàm Corpus Hominis. Ideò etiam cum Triplici mundo Archetypo ſeu Deali, Intelligibili ſeu Angelico, Senſibili Elementale ſeu Corporali communicat, & cum omnibus ſymbolum, operationem & conuerſationem habet.

Mavil. Exemplum: quo DEI quiſque eſt in imagine patris.

Natura: Naturam ſapit Naturam ſui Naturantis.

In Anima tanquam Hominis Cœlo Deus habitat.

2 Reg. 2. cap. ſect. 24.

I.

Communicat enim cum Deo Archetypo Animo ſeu Mente, quia ad Imaginem eius, propter ſpiraculum vitæ factus eſt, Anima Intellectualis Diuinæ Animæ quædam particula eſt,

Mens vbi Anima ſeu ſpiritus Rationalis anim

ge, inſtar æterni DEI concludit omnia Entia, Tempora, Loca.

Anima Intellectualis Diuinæ Animæ quadam particula eſt, quâ ipſâ Deus Mentis ſuæ ſemina quædam & effigiationem in nobis expreſſit, non abſimili ratione quàm vt Echo ex reuerberatione aëris vocem ſuam de longo remittit, quo ipſo Vegetalem exprimit animam. Mens verò eleuata in Deum Altiſſimum, & cum ipſo vnita conuerſatur cum Deo, & eadem opera efficit, nec reperitur aliquid in Homine, non vlla diſpoſitio, in quo non fulgeat aliquid Diuinitatis, nec quicquam eſt in Deo, quod ipſum non repræſentetur in Homine.

Cum Angelis ſymbolum habet ratione Cor-
2. poris inuiſibilis & Animæ Rationalis, cuius be-
neficio operatur & conſeruatur cum ipſis, &
eandem habet cum eis ſapiẽtiam: Eſt enim Ga-
3. balis ſocius Angelorum. Sicuti etiam cum Fir-
mamento & ſtellis, à quibus illud corpus Aſtra-
le ſeu Spiritum Sydereũ accepit, qui Verus Ho-
mo eſt Aſtralis, quia Caro & Sanguis non eſt
Homo, ſed Spiritus in illis contentus, qui Spiri-
tus Aſtralis eſt ſubiectum Rationis Humanæ
ſenſus & ſapientiam continentis, & cum cor-
pore fit Animal. Hic Spiritus & Aſtra in Ho-
mine vnum ſunt, at Corpus eſt huius Spiritus
ſubiectũ: Et ſic Aſtra regũt Hominem in Spiri-
tu, & Spiritus Hominis regit Corpus in Carne
& Sanguine: Hic Spiritus mortalis eſt: Anima
Intelle-

Sicuti Homo re ipſa continet totã Naturã corporalem in ſuo corpore; Ita ſecundum intellectũ continet omnem mundum.

*Intellectualis verò à Deo inſpirata, ſola eſt immortalis.*

*Cum Elementis: nam ab his accepit corpus Phyſicum Terreſtre mortale: Et quia mundus parens Hominis etiam ſecundum Paracelſum in ſe habet quatuor incolarum mundi quatuor Spiritus Elementares, inſuper etiam quintum genus Flagarum in millia genera diuiſarũ ac Animæ macrocoſmi incorporatarum; Imaginatio horum quinque Spirituum in Elementis, etiam in Homine microcoſmo erunt, ſed vſus Rationis Hominis ſecundum voluntatem & mandatum DEI eſt Catenæ inſtar, quâ eiuſmodi quinque Spiritus coguntur & ligantur, vt cum ſua Imaginatione quieſcant.* 4.

*Cum Elementis Animantibus, Vegetabilibus & Mineralibus omnibus: Horum enim omnium Naturam & proprietates in ſe poßidet.* 5.

Ex nihilo omnia & ex omnib. Homo.

*Ergo Homo vltima Creatura præſtantiſſima & nobiliſſima eſt, quia totius mundi partes habet, & nihil eſt in maiori mũdo, quod in ipſo Homine realiter non reperiatur. Filius per omnia ſimilis eſt parenti, cognito parente cognitus eſt filius. Homo itaque miraculum Naturæ maximum & admirabiliſſimum Extractum & Nucleus quatuor Elementorum, ſummum* DEI *τέχνασμα, & conſummatiſſimum*

Magnus mundus erat matrix Adami, ſic omnium naturũ matrix mulieris eſt tota mũdi machina.

Ioh. 17. ſect. 1. 21. 22. 23.

mundi Exemplar, vere eſt Omnis Creatura, quia eſt omnis mundus, ſoluſq́; hoc honore gaudet, quod cum omnibus ſymbolum habet, & cum omnibus operationem, & cum omnibus conuerſationem, Imo ad tantam aſcendet perfectionem quod efficitur filius DEI, transformatúrque in eandem imaginem, quæ eſt Deus, & cum ipſo vnitur, quod neque Angelis, neque Mundo, neque cuique Creaturæ datum eſt, niſi ſoli Homini poſſe ſcilicet filium DEI fieri & vniri Deo.

*Ioh.1.ſect. 12.*

Sed antequam vlterius progrediamur, ipſa huius loci neceſsitas exigit, vt paulò fuſius agamus de ſydereo ſeu inuiſibili Homine, videlicet de ortu eius & potentia. Hic Spiritus Olympicus ſi ab Ariſtotele obſeruatus, & à Galeno æſtimatus fuiſſet, non tam inſignẽ ab Ethnicis errorum magiſtris promanantẽ intuliſſet in Philoſophiam & Medicinam errorem, vt nunc Theologiam taceam. Homo inuiſibilis ſeu Olympicus Spiritus, hunc in modum nobis innaſcitur. Adam & Eua non ex aliis parentibus ſicuti nos poſteri, ſed ex LIMO TERRÆ ſeu magno mundo, vt modo dictum, producebantur, quoad Corpus Mortale, quod eſt viſibile, & Inuiſibile Tota enim mundi machina collecta & redacta eſt in Microcoſmũ, ita vt nil in toto mundo reperiatur, quod idem etiã non ſit in vno

*Tam ſenſibile quã inſenſibile habet in ſe ſpiritũ ſydereum ſeu corpus ſydereum.*

*Eua eſt transplantatus Adam.*

*Primi Homines è creatione, reliqui ab Enta ſeminis proueniunt.*

*in vno Homine. Corpus Phyſicum Elementare, Viſibile & Tangibile ex Terra: Corpus verò inuiſibile, ſenſibile, Sydereum (quod eſt domiciliū vitæ Spiritus) ex Aſtris Firmamenti accipiebant: Sic Adam duo habebat corpora, Viſibile ſcilicet Elementale, & inuiſibile Sydereū. Iam ex propagatione duo ſemper naſcūtur Homines, Corporeus, Elementalis, Viſibilis, organum & inſtrumentum inuiſibilis, & incorporeus Aſtralicus, qui mouet, gubernat & efficit artificia. Nam Aſtra in Homine per Hominem ſemper nunc in generatione iſta duo producunt: Corpus quidem Viſibile Elementare, ex quatuor Elementis, ex carne & ſanguine in vtero matris: Corpus verò inuiſibile, Sydereum, Philoſophiæ Adeptæ capax, ex Aſtris Firmamenti. Manet enim iſte Homo paruus mundus idem & vnum per omnia cum ſuo parente, qui eſt mundus magnus: Verùm ſicut magnus mundus teſtâ ſuâ diſtinguitur ab Angelico mundo: Ita Homo minor mūdus cute ſua diſtinctus eſt à magno mundo. Hinc ſit, vt Sydereus Internus, Olympicus, Incorporeus Homo ſeu Gabalis idem ſit cum Firmamento Aſtrorum, vt iam ſæpius dictum, quod Rubedo cum vino, Albedo cum niue, vel Solis ſplendor cum aëre: Altera ergo pars Hominis, ſeu hoc ſydereū corpus, vocatur Hominis Genius, quia à Firmamento ori-*

Spiritus vitæ id eſt Spiraculū. Spiritus Limbi id eſt ſydereū Animalis.

Corpus Limbi & ſpiraculi debent eſſe vnum cōiugium, alioquin natio praua & adultera: Nam ſicut cōiugium duorum eſt in omnibus perfectio, ſic adulterīū impedit Lumē Naturæ.

Vide Par. in Philoſophia ſagaci.

Paracelſus dicit Elementū Ignis ſeu Firmamētum etſi ſit ſubtiliſſimum, eſſe tamen

tur, dicitur etiam Penatis, quod penes nos, ſeu nobiſcum naſcatur, vmbra viſibilis corporis, Lar domeſticus, Homo vmbratilis, Familiaris Sophorum Homunculus, Dæmon ſeu Genius bonus, Internus Paracelſi Adech, Spectrum, Natura Lumen, Eueſtrum præſagiens & Propheticum in Homine: Vocatur etiam Imaginatio, quæ in ſe claudit omnia Aſtra, eſtq́; omnia Aſtra, & eundem cum Cœlo retinet curſum, Naturam atque potentiam. Iam Aſtra (non enim loquor de ſeptem Carbonibus Cœli viſibilibus, Aſtrorum ſcilicet corporibus, ſed de inuiſibili & inſenſibili corpore Rerum omnium ſeu Aſtrali Spiritu) nihil aliud ſunt quàm Angelorum virtutes: Angeli verò (ſolo DEI aſpectu ſe cibantes) ſunt ſapientia DEI creata: Hinc fit, vt qui Deum cognoſcit, etiam Aſtra habeat cognita: Cognitis autem Aſtris Mundus non poteſt eſſe ignotus, ſic deinde mũdi proles Homo. Aſtra formant ac producũt ex ſe omnia corporalia, & productis corporalibus ſimul etiam ſeſe multiplicant: vt ſemen Frumenti ſeu Tritici eſt Aſtrũ, corpus videlicet inuiſibile, hoc proiectum in Terram producit ex ſe corpus viſibile, & multa alia Aſtra ex ſeſe progignit: Sic in aliis creſcentibus ac viuentibus fit. Eſt autem Aſtrum nil aliud, quàm corpus inſenſibile, inuiſibile, ſeu Spiritus viuus, ſine Ratione tamen

corpus, quia fructus eius ſunt corpora & abſque corpore tales fructus nõ poſſet procreari.

Sic ventus eſt corpus habens poteſtatem inſtar viſibilis corporis aliud corpus euertendi: viſibilia enim non tantum ſunt corpora, ſed tam viſibilia quàm inuiſibilia à Deo creata ſunt corpora eiuſdem potentia.

Interior Homo Cœlũ Internum Aſcendens, Conſtellatio Particularis.

*in creſcentibus: at in vitam habentibus vt in
Homine, cum Ratione, eſtq́ diuerſus, prout ſunt
diuerſarum Rerum formæ. Corpora autem ni-
hil aliud ſunt, quàm Excrementum Aſtrorum,
ex operatione eorundem producta in eſſe corpo-
reum. Hoc quodlibet Aſtrum poteſt per ſe, vt
imaginando, formando per operationem ex ſeſe
producat aliud Aſtrū corpore concluſum. Nul-
lum enim corpus eſt ſine Aſtro, ſicut è contra
nullum Aſtrū abſq; corpore viſibili. Cùm au-
tē Hominis Imaginatio non vnum ſed omnia
Aſtra ſit, etiā certè non vnam, ſed multas pro-
ducit operationes: Et licet Imaginatio ſit incor-
porea ac inuiſibilis, exaltata tamen & firmiſſi-
ma Fidei Naturali ſeu Ingenitæ, inſtar Mira-
culorū Ianuæ, coniuncta, fons eſt, & initium o-
mnium Magicarum operationū, & abſque A-
ſtralis & ſyderei Spiritus detrimēto aut dimi-
nutione poteſtatem habet gignēdi & producen-
di corpora viſibilia, & quaſcunque operationes
mirabiles præſens, abſens, ſupra Humanæ Ra-
tionis captum proferre poteſt. In corporalibus
Lux naturæ omnia facit viſibilia, ſic in æternis
ſola Fides omnia facit viſibilia: Per Imagina-
tionis impreſſionem fœtus in vtero matris affi-
citur ſigno notabili ſine corporali cōtactu: Quod
corpore facimus viſibiliter, id fide facimus ſpi-
rituum more: Ita Imaginatio efficit peſtem &*

Hic Spiritus eſt vera Aſtronomia Doctor.

Eſus pomi in vigore producit hoc corpus ſydereum Semen, Aſtrum Vulcanus, Archæus idē ſunt, & vnus ſpiritus, ſine Ratione tamen, ac diuerſus prout ſunt diuerſæ multarū rerum formæ. Spiritus Aſtralicus in quolibet creſcente eget corporea habitatione.

Interior Homo eſt ipſum Cœlū ſeu omnia Aſtra.

Lege apud Picū quo-

*modo Trithemius aliquando varia Eſeſtra Triplicis mundi alternatim ſibi impoſuerit in variáque figurarum genera ſe transformarit, & hoc pacto ipſi Pico perditi Hominis ad DEI Imaginē creati potentiā abſconditam Reali demōſtrauit Magia: Speculātes trāſformamur in id, circa quod ſpeculatio intentè ſuſcipitur. Intellectus Hominis omnibus aſſimilatur.*

*ſimiles morbos Firmamētales, inducit morbos ac ſanitatem. Peſtis quæ ex timore, terrore & metu prouenit, oritur per Imaginationem ſpiritus minoris mundi ſeu Spiritus ſyderei & Animalis (qui eſt mechanicus Aſtralis) in Homine, vt videmus in grauidis per eundem Spiritum ſydereum notam fœtui in vtero imprimētibus: Hic Spiritus ſydereus ex Aſtris Homini innatus (ideò etiam vnitus manet cum Aſtris) eſt Magnes & magnetica Natura in Homine. Quemadmodum enim Terreſtris Magnes ſuo corpore ſpiritus eſt & ad ſe trahit: ita etiam corpus & ſpiritus in Hominis corpore viſibili attrahunt, & hic eſt Magnes microcoſmi: Sydereum corpus & ſpiritus in Hominis corpore viſibili attrahunt, & hic eſt Magnes microcoſmi: Sydereum corpus & ſpiritus attrahunt ad ſe vires Aſtrorum, vt in Lunaticis videre eſt, vbi manifeſtantur conuenientia, proprietates & affinitates talium virtutum magneticarum, quas Spiritus & corpus ſydereum Hominis cum Aſtris habent. Hæc Quarta ſpecies Magiæ Naturalis Gamahæos dicta, adiumēto artis, omnia inuiſibiliter & ſpiritualiter facit, quæ alioquin natura, abſque eiuſmodi arte adhibita viſibiliter & corporaliter facere potis eſt. Domus eſt quaſi mortua, ſed Incola, putà ſpiritus motus perpetui Naturæ inuiſibilis,*

Anima-

*Animæve mũdi ſcintillula magnetica viuit, & efficaciter operatur. In Aſtris Firmamenti latet omnis ſapientia animalis, opificia, artes, ſciẽtia, omniumq́ rerũ cognitio. Nihil eſt ita occultum in mundo, quod non ſit præfiguratum in Aſtris, imò omnia Aſtra Firmamenti, quæ ſunt Tinctura ſpeculationis animi noſtri, poſſunt imaginando ex ſuâ vi ingenitâ res corporales & viſibiles ex non apparenti producere, vt iam ſereno Cœlo mox producitur nubes magna, & ex ea fit pluuia, lacus, nix, ros, tonitru, grãdo, quæ licet ante productionem Nihil ſunt, tamen ex inuiſibilibus productæ ſunt magna corpora. Hoc exemplo innoteſcit nobis omnia in prima Creatione producta fuiſſe ex NIHILO DIVINO ſeu Inuiſibili Puncto Cabaliſtico in aliquid, quod in momento Deus fecit, quia opera eius non patiuntur moram temporis: nam ex inuiſibilibus Tenebris omnia proceſſerunt & euocata fuerunt (VERBO dicente & Spiritu fouente) ad viſibilem Lucem. Cùm autem Homo ex Aſtris Firmamenti ſuum ſydereum cor-*

Imaginationis Impreſſio ex Timore Terrore, Mœrore eſt morborũ & mortis origo: ſicuti ſplẽdor Solis per vitrũ, ita Aſtra peſtem per cutem immittunt. Sapientia eſt principiũ incantationis, & ea ſ[illegible]ciũt Aſtra qua cupit ſapientia humana. Ratióne corporis elementati eſt Spiritus, & perficit etiam Spiritua-les operationes. Cœlo omnia notiſſima ſunt, omnes actiones, & euentus hominum in Aſtris depicta ſunt. Quodlibet Animal ſuum in Cœlo habet ſignum Aſcendens, ſic etiam Homo Brutalis. Corpus Omne ex Spiritu viſibili & incomprehenſibili ſubſiſtente producitur. Triplex NIHIL. Diuinum, Priuatiuum, Negatiuum. Hoc eſt Organum Luminis Naturæ ſeu Aſtrorum. Cœlum totum nihil aliud eſt quàm Imaginatio. Operatur in Homine peſtes, febres ſine inſtrumento corporéo.

*pus accipiat, & Hominis Imaginatio tota ab Aſtris Firmamenti pendeat, imò eadẽ ſit & vna maneat cum ipſis, neceſſe eſt Firmamentum quoque habere Imaginationem ſed ſine Ratione, ſicuti Homo, proles mundi cũ Ratione. Homo ictu, iactu alterum lædit, idq; cum Ratione: vrtica & Ignis vrunt & lædunt ſine Ratione. Præterea cùm Homo ſit maioris mundi Quintum eſſe, ſequitur etiam Hominem non ſolum imitari poſſe cœlum, ſed illud quoque regere ſuo nutu, atque eidẽ dominari ſi vult. Omnes res habent naturalem obedientiam ad animam, & de neceſſitate habent motũ & efficaciam ad id quod deſiderat Anima forti deſiderio, & omnes virtutes operationesq; Rerum Naturalium obediunt illi quando fertur in magnum exceſſum ſui deſiderij: vniuerſas mundi virtutes in noſtrum miniſterium cogit, attractâ virtute ab ipſo Archetypo operum noſtrorum virtute, ad quem cum aſcendimus, neceſſe eſt omnẽ Creaturam nobis obedire, totusq; nos ſequitur Cæleſtium chorus. Per Fidem Naturalẽ Ingenitã, quâ ipſis ſpiritibus parificamur, omnes magicæ operationes atque omnia mirabilia efficiuntur Imaginatione accedente. Imaginatio operatur in Homine inſtar Solis: vt enim Sol corporeus ſine inſtrumento operatur in ſubiectum, redigendo illud in carbones, cineres, ita Hominis*

*Fide poſſumus operari bona & mala concedente Deo.*

*Cogi-*

*Cogitatio incorporea, tãtùm ſpiritu ceu inſtrumento viſibili operatur in ſubiectum: Quod corpus viſibile facit etiam corpus inuiſibile, ſeu Homo ſydereus alteri damnum inferendo; Imaginatio Hominis eſt magnes attrahens vltra mille milliaria: Imò quicquid vult in Exaltatione ſua, ex quatuor Elementis ace ſe attrahit. Efficax autem non eſt Imaginatio, niſi prius rem conceptam attrahat per vim Imaginationis attractiuam, vt ex ſe quaſi ſpiritum natiuum Imaginationis Architectum procreet: poſtea Imaginatio quaſi ingrauidata imprimit, quæ licet non ſit tangibilis, inſtar venti tamen eſt corporea. Hinc Verus Magus ſeu ſapiens, Aſtrorum operationem attrahere poteſt in imaginem, lapides, metalla, vt eandem cum Aſtris exerceant vim atque potentiam: Exemplum ſit Speculum incenſorium per quod radij Solis cum calore ad nos deriuantur. Quicquid oculis videmus in maiori mundo: hoc idem Imaginatio poteſt quoq; producere: ſic omnes herbæ, omnia creſcentia, omnia metalla, per imaginationem & veram Gabaliam poſſunt produci. Hæc autẽ eſt pars Magiæ Gabaliſticæ dicta, quæ tribus columnis innititur: Primo* VETIS Precibus *in Spiritu & Veritate factis, vbi in Sancto Sanctorum fit vnio* DEI *& Spiritus Creati, vbi Deus interno ſpiritu, non vi voca-*

Hæc eſt ars Gabaliſtica.

Magia ſeu Fides montes transplãtans imperium habet in omnes Spiritus & aſcendẽtes.

bulorum, ſed in Silẽtio ſacro, abſque oris apertione & anhelitu compellatur: Secundò FIDE NATVRALI ſeu Sapientia in creatione omnibus Hominibus æqualiter ceu peculio & patrimonio communi à Deo Patre communicata & ingenita: Tertio Imaginatione fortiter exaltata, cuius quãta & quam mira vis ſit, Naturæ lumen, tam in baculis Iacobi à Moyſe cõmemoratis, quam in prægnãtibus fœtui rei deſideratæ notam imprimẽtibus, vt ſupradictum, manifeſtè oſtendit. Imaginatio ſeu Fantaſia Hominis eſt inſtar Magnetis in ſuâ Naturâ, attrahens aliorũ hominum Fantaſias, vt videmus in oſcitantibus. Vehemens imaginatio, non ſolum corpus proprium, ſed etiam alienum interdum tranſmutat, per modum imitationis, Virtute ſcilicet quadam, quam habet ſimilitudo Rei ad tranſmutandam Rem, quam vehemens Imaginatio mouet, ſicuti apparet in ſtupore & dentium ſtridore aut attritione ferri in ferrum &c. quæ dentibus ſtuporem ingenerat: ſimili modo oſcitatio ad oſcitandum promouet. Plures ſua Imaginatione triſti nec nõ diffidentia cauſam præbuerunt, vt à Spiritu immundo tentarentur, vel prorſus regerentur ab eodem. Plures etiam ſuâ imaginatione intentâ, demtâ impotentiæ ſuſpicione, conſtanti & firmiſſima fide ad Deum, altiſſima mẽte eleuata,

Gen. 30. cap. circa finem.

Fides vera eſt cura falſa Imaginationis.

Multi per fidẽ imaginationis infirmantur & conualeſcunt.

*ſpe infallibili, precibus aſsiduis & ardentibus effecerunt, vt ſubitò facti ſunt Templum* DEI *viuentis. Totũ ſitum eſt, vt Deus religioſè colatur à nobis, probitate ac ſanctitudine, vt ſciũt ſecretiores* Θεόσοφοι: *ſiquidem per ardẽtem deuotamq́; cum Timore & Tremore inuocantis intentionem, Intellectus ſeu Mens religioſo amore flagrãs, iungitur intelligentiis ſeparatis. Oratio enim Interna ex pia mente orta nimio affectu, ardentiq́; deſiderio continuata, vnit mentem cum Deo, & omnia diſcit ac cognoſcit ex Deo. Quidnam poſsit Mentis ex vera fide diſpoſitio, pauci ſunt qui intelligunt, & longe pauciores, qui ex ea ritè norunt operari, ſupernaturali influentia, quæ corpus regit atq; gubernat: quanquam multi reperiuntur, qui diſpoſitionis huius cognitionem habent, verũ ob mundanas curas & ſollicitudines quibus obruũtur, nil operari poſſunt, quod Veram Sapientiam redoleat. Verùm de his hactenus: Spinoſiores videbuntur eiuſmodi ex remotiori Antiquitate petitæ contemplationes rudioribus: ſunt enim paucis lectæ, paucioribus intellectæ, & fuſiorem narrationem requirunt, quàm vt hîc aſcribi conueniat. Igitur ad propoſitum noſtrũ reuertamur. Maximoperè intereſt, vt hoc verum occultæ Medicinæ Philoſophicæ Fundamentum Chymiæ ſtudioſis innoteſcat, propter Harmoni-*

*Mens purificata fluminis inſtar penetralia verum attingit, ſeparatis vmbris.*

*cam concordantiam & conſpirationem ſuperiorum & inferiorum, maioris & minoris mundi, in quo manifeſtando, poſt Paracelſum* Petrus Seuerinus *Danus, unà cum* Pratenſi *fideli Achate, meritò in numerum Antiquorum ſapientum referendus, perpetuam ſui nominis gloriam aſſecutus eſt, quod in ſua Idæa Paracelſica Medicina inuictiſſimum hoc ſolida & inconcuſſa veritate ſtabilitum Fundamentum Filiis artis & veritatis patefecerit, fruſtrà ringentibus aduerſariis, à præſtantiſſimis noſtri ſæculi Hermeticis Medicis* Ioſepho Quercetano *Regis Galliarum conſiliario ac medico digniſſimo, amico honorando:* Th. Bouio *Italo Veronenſi*, Th. Muffeto *Angelo, in aureis ipſorum nulli obliuioni obnoxiis ſcriptis, ſatis ſuperq; in perpetuum refutatis.*

## II. VBINAM ILLA VERA Medicina lateat.

*Triticum non creſcit ſine loco nec farina ſine furfure habetur: ita mel ſine aculeo non reperitur.*

*OMne quod Deus creauit Bonum in Extremis perfectũ eſt & incorruptibile ut Cœlum: ſed quicquid in hiſce inferioribus continetur ſublunaribus duplici præditum eſt Naturâ, Perfecta ſcilicet & Imperfecta, id eſt, Quinta Eſſentia & fæcibus à ſe inuicem Vulcani beneficio ſeparandis. Cum igitur Vera Me-*

*dicina*

*dicina corticibus, matricibus, receptaculis, ſiliquis, veſtimentis & domiciliis concludatur, ſicuti amygdala & omnes nuclei cortice & pelliculis teguntur (Natura enim Caſtanea nucleum non niſi cortice & aſpero tegumento offert) neceſſum eſt, vt illa artificioſâ Chymicorum Anatomiâ ab impuris Elementis ſeparetur, quò habeatur Medicina pura: Artis enim beneficio & induſtriâ vincula earum tollantur, & remediorum facultates è latebris ad faſtigium excitantur. In ſingulis ergo Rerum ordinibus, quæ Elementorum ſinu fouentur, videlicet in illis Tribus Naturæ Familiis* Vegetabili, Animali & Minerali *(è quibus medicina ſufficientes ad tuendam ſanitatem, & morbos corporales profligandos peti ſolent) Vera illa & ſpecifica morborum materialium Medicina latet, quæ vt iam dictum eſt, non conſiſtit in externis, nudis, ſuperficiariis & Relollaceis (vt doctè diſſerit Theophraſtus) quatuor qualitatibus, ſed eſt virtus quædam ſpecifica, αὐτοφυὴς, in ipſis ſeminibus deliteſcens, cuique rei creſcenti à Creatore ſummo rerum Opifice, in prima ſtatim creatione inſita, vi* Verbi *illius omnipotentis, quo omnia è tenebris in lucem vocata ſunt: Ergo facultas & virtus ipſis corporibus mixtis (à radice Creationis inſtar animæ in corpore humano) indita, non ex-*

*Talia Arcana vege- [illegible] ſine omni complexione qualitatum.*

*Ideo Cœlũ eſt faber externorum ædificiorũ, non Arcanorum, magnaliũ & myſteriorũ quæ externam domum inhabitãt.*

*trinſecus accedit, nec à ſtellarum momentaneo poſitu infunditur, nec ex Atomorum fortuito cõgreſſu integratur, non procedit à corpore nec à mixtione corporis ſeu à forma viſibili, alioquin ſine corporis & Formæ deſtructione & corruptione ſeparari nõ poſſet, vt in Cinamomo & Pipere videmus, virtutibus illorum aut artificio extractis, aut vetuſtate & ſenio ſponte euaneſcentibus. Quemadmodum autem omnes actiones Naturales à Spiritibus ſpiritualibuſq́ue Tincturis proficiſcuntur in quibus mechanicæ ſcientiæ Trium principiorum vigẽt: ita Remediorũ actiones è Spiritibus, vitalibuſq́ue ſpirituum Tincturis procedunt, non è corporibus vel mortuis Relollaceiſq́ue qualitatibus. Et cùm apud Occultioris Naturæ Interpretes in confeſſo ſit, nil in toto vniuerſo eſſe, cuius nõ ſit etiam particula in Homine (vt ſupra dictũ) ipſo videlicet microcoſmo: imò omnium rerum ſemina in ipſo latere, Aſtrorum, Meteororum, Mineralium, Vegetabilium, Animalium, Spirituum etiam vel Dæmonum, ratione Spiritus Hominis: conſideratâ diligenter hac ſymmetricâ concordantia; & anagoge phyſicâ, Virorum etiam medicorum officiũ erat, inquirere, ſi laboraret exempli gratiâ. Cor internum microcoſmi, id eſt Hominis, vt remedia mutuarentur confortantia à parente ſuo ſeu Corde macrocoſmi externo*

*terno ipſi planè (ſi non figurâ & formâ externâ, tamen internâ) ſimili & analogicè repræſentata, qualia è Tribus illis Remediorum officinis multifariam depromi poterant. Creauit enim Deus inexhauſtam Remediorum ſupellectilem, & cuiuis Regioni ſuam diſtribuit ſufficientiã: Ita reperirent inter mineralia Aurum (quod etiam per ſe ſpiritus omnes exhilarat, cum quis in crumena eo abundauerit) Antimonium & ſimilia, quæ ex Elemẽto Aquæ producuntur, ſicuti Margaritæ ex aquæ ſtillicidiis, in conchis generatæ, item Oſtrearum, Conchyliorum, Concharumq́ omnia corpora, vi ſpecifica & Harmonica reſpicere & mederi Cordi &c. ſicuti inter Mineralia Characteres Magici & Hieroglyphici non temerè aut oſcitanter à prudenti Antiquitate, ipſis attributi ſatis ſuperq́ Intelligentiæ Lumine præditis innuunt, & Magice Philoſophos ſecretiores de ſua latente virtute admonitos alloquuntur. Quamuis potiora ex illis à Natura exquiſitiſſimè & operosè præparata, iuſto Naturæ decreto, benignum ſuũ & vitale Elementum poſſeſſoribus denegant: Et multi vniuerſas Naturæ leges confundunt, vt alimento tam exquiſitè præparato, tandem potiantur: Nec dubium vllum eſt, quin Aurum compedibus liberatum, vt ſuas vires exercere poſſit, & in actũ ex potentia Naturali ac debi-*

Tota Natura inferior in tres diuiditur partes principales, ſc. Vegetabilem, Animalē & Mineralem.

*ta Reſolutione (eadem enim Reſolutionis Rerum, qua Cõpoſitionis via, quia Ars filia Naturæ matri, & Natura Arti conſentit) reductum, actiones oſtendet Diuinas, ſed pauci tanto donantur munere Diuûm: Aurum vt compactum ſoluant potabile in Aurum. Inter Vegetabilia habuiſſent Crocum, Rutam, Scordium, Meliſſam, Chelidoniam, Macerem, Ocymum, & ſexcenta eiuſmodi. Inter Animalia Cornu Cerui, Monocerotis, Os de corde Cerui, & id genus alia: Quæ omnia debitè præparata, & facta Spiritualia (quæcunque enim ad curationẽ requiruntur, omnia in Spirituum poteſtate cõtinentur, qui morborum diuerſoria ſoli ſciunt, terra ſiquidèm omnis eſt mortua, cortices & ſiliquæ non gignunt, ſed ſoli Spiritus Rerum in corporibus agunt) adhibita etiam methodo legitimâ, medentur afflicto Cordi, non externis illis & ſuperficiariis, vt dictũ eſt qualitatibus, ſed vi interna, propria, ſpecifica, Harmonica, ſimili: Forma in medicina ſeu Aſtra medicamentorum, per Alchymiam à Corporibus ſeparata, ſunt vera directoria: Aſtrum enim ſeu Cælum ſaltem Arcanum dirigit non corpus: nouit enim equus præſepe ſuum, aues nidum, aquilæ cadauer: & quodlibet medicamentum innata vi magnetica (quæ meritò ἰδιότης ἄῤῥητος dici poteſt) petit locum ſuum, & tendit ad membrum*

*Ars imitatur Naturæ defectumq́; eius ſupplet, corrigit, caſtigat, iuuat & promouet, imò etiam Naturam ſuperat.*

*brum ſibi conformatum, conſentanea conſentaneis, domeſtica domeſticis naturali deſiderio ſe applicant, quemadmodum à veris Philoſophicis medicis diligentiſſimè fuit obſeruatum, longa Experientia omnium indubitatiſſima Regula. Ideò Celſus Romanus medicus conſentit ad Curandi rationem nil magis conferre, quàm Experientiam omnium artium matrem, qua conſtat doctiſſimos medicos non rarò à ruſtica vetula victos. Idem de aliis ſex principalibus membris & partibus corporis Humani audiendum: Externum Macrocoſmicum Cerebrum eſt Oleum argenti, Liquor Sapphiri, Smaragdi, Muſci Vitrioli &c. Internum microcoſmicum confortans. Pulmonum & totius pectoris Balſamus, ſunt flores CHIBVR ſeu Sulphuris.*

Experimentum (vt & vulgò dictum) ſine Scientia fallax, difficile & ad ſortem eſt, ſeu cũ Scientia certum & verum.

*Hoc pacto non ad leues ſaltem morbos auxilia ſeu Remedia craſſa Minerua parata, reperta fuiſſent, ſed etiam ad Chronicos illos Aſtrales & Fixos, qui ob radices tam altas multorum iudicio deſperati, & à medicorum vulgo loca, ſemina, natiuitates, radices ac morborum centra non intelligente æſtimantur incurabiles. Nullus enim morbus eſt, quatenus morbus, qui non ſuam habeat medicinam, niſi occulta prædeſtinatione mortalibus incomprehenſa, peculiari Numinis ira genitus (qui medicis*

Remediorum nulla vſquam penuria, ſed noſtra eorum plerunq; turpis ignorantia.

Sicuti duo ſunt genera Medicorum, vnum quod

miraculo- rō ſanat, alterum naturali- ter per medicamenta: Ita eu- iuſlibet morbi duæ ſunt origines, vna Naturalis, altera Cœleſtis: Verbū Domini ſanat Cœleſte, Naturale medijs naturalibus reſtituitur.

non commendatus eſt, ſed Apoſtolis per fidem veram in Chriſtum omnes morbos ſanātibus) incurabilis euadat: aut cum Plinio Naturā in ſuis viribus vt iniuſtam Nouercam velimus inſimulare mendacij, cùm tamen illa benigna Rerum Parens, prouidens & ſagax Natura, dederit egentibus brutis animantibus naturali inſtinctu Remediorum cognitionē: Fatui ergo prorſus, & ſtolidi iudicij foret, maximū illum Rerum cōditorem Hominibus hæc occulta fore voluiſſe: nam fruſtra creaſſet, præſertim cum animantibus intellectu carentibus hæc fecerit manifeſtiſſima. Ciconia in ſerpentum paſtu Origano ſibi ſalutem quærit: Sues à ſerpentibus læſæ Cancrorum paſtu ſibi medentur: Apri Hederâ: Grues Iunco: Teſtudo quando impetitur à ſerpente, comedit Origanum & confortatur per illud: Bufo quādo alieno morſu & veneno vulneratur, ſolet adire Rutā vel Saluiam vel Plātaginem, aut locum vulneris affricare, & ſic à periculo veneni ſe liberare: ideo Saluia nō tota cū periculo in paſtu vtimur. Muſtela pugnatura contra Regulum comedit Rutam. Pica cùm ægrotat, Lauri folium in nidū immittit, & ita conualeſcit: vpupa vua paſta læſa, Adianto ſibi medetur: vrſi à Mādragora læſi deuoratis Formicis euadunt. Anſeres, Anates, cæteræq; aquaticæ aues medentur ſibi herba Helxine: Columba Ver-

*ba Verbena: Hirundines Chelidonia: Accipitres Hieracio: Et alia denique Animalia alias innumeras inuenere Herbas. Nemo ergo ſanæ mentis eſt, qui ambigat, Cæleſtem Patrem (vt pium ac ſacrum rerum omnium Parentem decet) filios ad Imaginem ſuam Creatos, & quorum gratia omnia condita ſunt, hac in parte à præterire, ac brutis poſtponere voluiſſe: Qui enim nobis ſuum filium dedit, & pro Spiritu ſancto ſuo orare nos iuſſit; quanto magis totam Creaturam, viſibilia & inuiſibilia, ſubijciet? Creauit enim Altiſſimus autor Naturæ Medicinam non mancam, ſed perfectam de Terra, iuſſit medicos pia aſſiduitate illam inquirere, & fide debita præparatam cuiuis pathemati conuenienter adhibere. Diligenter etiam notandum eſt, quod omnia medicamenta quæ corporibus humanis applicantur, non ſui ratione, ſed* DEI *munere ſunt efficacia, ac ſalubrem ſortiuntur effectum. Niſi enim Deus affuerit, vireſq́ infuderit Herbis, Quid rogo Dictamnus, quid Panacæa iuuent?* Siracid. cap.38. ſect.4.

*Habent enim hæc inferiora, dico Animalia, Herbæ, Lapides, Metalla ſuã vim ſubminiſtratam à Cælo, Cælum verò ab intelligentiis, hæ autem ab Opifice, in quo omnia virtute maxima præexiſtunt. Vita Naturalis ex fonte Vitæ eſt vniuerſalis, Deo videlicet. Viuũt enim Ele-*

ingenita ex Firmamento, hæc autem ex Intelligibili Mundo, & iſte ſolum ex Deo, ſiue ex æterno eius Verbo. Eſt igitur omnis omnium vnica vita in omnibus, iuxta ſubiectum nihilominus in quod influit, vario modo gliſcens, Itaque ſi quid herbarum præſidio perficere ſtatuimus, non tam herbis quàm Deo fidendum: Sic enim in propulſandis morbis res optatum feliceméq; ſucceſſum eſt habitura: alias conatus omnis in diuerſum rapitur, vbi nulla ſubit Opificis, à quo omnia effectum ſortiuntur, cogitatio, aut abeſt erga illum fiducia. Ita Aſa mortuus, qui plus medicis, quàm Deo fidebat. Sola Medicina Cœleſtis ſiue Verbum DEI (quod eſt Fermentum medicinarum, ſine quo nulla medicina eſt efficax) ſanat omnia, & per Verbi efficaciam (in quo latet, & à quo procedit omnis vis, omnes etiam naturales actiones ſuperans) medicamenta demum fiunt virtuoſa: Et ſicuti Cortex non eſt nucleus, ſic herbæ non ſunt medicina, ſed ſignum ſaltem huius ſignati Verbi. Duplex eſt Medicina in Terra, Viſibilis à Patre creata (quæ in corpus non debet adminiſtrari niſi per ſeparationem puri ab impuro ſit prius præparata) Inuiſibilis à Filio per Verbum, & eſt vna medicina: medicus per Herbas ſanat, Herbæ ſunt media, in quibus medicina eſt, Herba non eſt medi-

In omnibus igitur Dei Natura Domini voluntati expetenda, non Naturæ.

2.Chr. 17 ſect. 12. Pſal. 31. Sirach. 38. ſect. 9 10. 11. 12.

medicina, quæ inuiſibiliter in ipſo à Deo eſt abſcondita.

His prudenter, rectóq; iudicio conſideratis mirari ceſſabimus, quod Deus omnipotens per PROPHETAS & Veros Cabaliſtas ſolo prolato Verbo Hominem ſanet: Viuus ſiquidem eſt Deus, & viui DEI viuum quoque Nomen, & viui Nominis viua quoque Litera: Viuit Deus propter ſe, viuit Nomen eius propter ipſum, viuunt Literæ propter Nomen: & ſicuti vitam habet Deus in ſeipſo, ſic etiam Nomini ſuo dedit vitam habere in ſe ipſo, & Nomen porrò Literis. Act.3. ſeu.6.

Per MAGOS Veros, Naturæ accuratiſſimos Exploratores (non loquor de Nicromanticis) Verbo Scripto ſeu Characteribus & Sigillis, certo tempore ſecundùm Cœli virtutem fabrefactis, procul omni, quam ſola Ignorantia parit, Superſtitione, citra Numinis Diuini prophanationem & offenſam, vllámve Fidei & Religionis iniuriam: alioquin melius eſſet nos ſemper ægrotare, quam cum DEI contumelia ſanos eſſe: Characteres ſiquidem ſeu Nomina conſtellata ſecundum Agrippam non habent vires ratione Figuræ vel Pronuntiationis, ſed ratione Virtutis ſeu Officij à Deo vel Naturâ ad tale Nomen vel Characterem ordinanti: Nulla enim eſt virtus vel in Cœlo vel in Talia Nomina ſunt Numina.

*Terra, quæ non deſcendat à Deo, quo non fa-uente, nihil quod habet dare & in actum tra-ducere poteſt. Medicamenta ſunt corpora viſi-bilia, Verba ſunt corpora inuiſibilia, ſiue Herba ſiue* Verbum *ſanet, facit Naturalis Virtus Deus, id eſt Spiritus* DEI *Natura coadunatus, per Verbum ſuum FIAT. De Cura Characte-riſtica, quæ verbis prolatis, ſcriptis, ſculptis & de collo appenſis Naturales operationes perfi-cit, per Cæleſtes proprietates ſyderum mirabili Influentiâ cum noſtris corporibus concordan-tium, legatur Rogerius Bachon de mirabili po-teſtate Artis & Naturæ.*

Characteres dicit Paracel. ſeu eſſe Spirituum Compoſita & Syrupos.

Per Medicos *autem* Verbo Creato *ſeu Miſericordia ſeu Incarnata: cùm hæc omnia ſaltem* Triunus & Solius Verbi Diuini, *om-nia ſanantis & conſeruantis, efficaciâ fiant ſicu-ti videmus in miraculis Saluatoris noſtri, qui dum ſurdum & mutum reſtituit (cui omnes Of-ficinæ totius mundi ſuis pilulis & ſyrupis non potuiſſent ſuccurrere) non ſanat per Naturam, ſed per ſeipſum facit hoc* Vno *ſcilicet* Verbo, *& ipſe eſt illud* Verbum *(videlicet Miſeri-cordia* DEI *Increata) per quod omnia creata ſunt, à quo ſimplicia promanant omnia, quodq́ue cum Patre quotidie adhuc omnia in omnibus operatur. Quicquid enim operationis & vir-tutis eſt in Creaturis, tam in magno, quàm in*

Non à ſolo pane. Matth. 4. ſect. 4. Deut. 8. cap. 3. Luc. 4. ſect. 4. Luc. 11. ſect. 14. Gratia enim meritò ſuperat Naturam, & ſignatũ ſignum. Ioh. 1. ſect. 3.

paruo

*paruo mundo, id totum à Deo Incarnato in ſuo explicato & manifeſtato fieri certiſsimum eſt vnius Spiritus implentis omnia vinculo, in vnum inſeparabiliter colligata, qui Spiritus idcirco plenitudo mundi totius vna eſt, & meritò vocatur Plenitudo. Nam extra Deum nihil fit, in ipſo omnia mouentur, viuunt & ſubſiſtunt: Hoc* Verbum DEI, *Primogenitus omnis Creaturæ vere Panis eſt noſter* ἐπιούσιος, *quem Saluator petere iuſsit, Mumia ſupercæleſtis, Balſamum ſupernaturale, plus quàm propria Hominis Mumia aut Balſamum Naturale, mortales ſuſtentans: Virtus in Pane eſt* DEI *benedictio, imo Deus ipſe: Verbum in Cibo Terreno eſt verus Panis, bonis & malis datus: Non ex ſolo Pane, ſed ex eo quod in Pane viuit Homo: ita Cibus & Vita non ſunt à Terra, ſed à Deo per ſuum Verbum: Si Verbum non eſſet, & per ſe eſſet ſolus panis, tunc Terra eſſet noſter Deus: ſed nequaquam, non è Terra, ſed ex Deo per ſuum verbum: Hoc igitur* Verbum *Vera eſt medicina ſanans omnia, non omnibus innotuit, nec cuiuſuis in puluere ſcholaſtico ſubmerſo datum eſt de illo libare aut ſcribere, amicus* θεῖα φράζων. *Paracelſus, Moſaica & Viuentis Philoſophiæ diſcipulus, de Secretis Naturæ, & miraculis DEI ſcripſit, hoc eſt de* VERBO DEI INCARNATO *in creaturis reperiendo,*

Eccleſ. 14. ſect. 8. 9. 10.

Hâc benedictione, ſublato baculus panis fractus eſt, ſicuti apud Prophetas minatur Deus populo ſuo.

Ex mera Miſericordia & Bonitate non iuſtitia habemus Panẽ duplicem, alimentarium & ſanitatis.

Ioh. 1. ſect. 10. Heb. 11. ſect. 1.

*Pſ.107. ſect.10. Deut.32. ſect.47.*

*quod Medicina & Vita noſtra Baculus eſt : per hoc enim* VERBVM, FIAT, *totius mundi ſemen, Cælum & Terra creata ſunt, illudq́ in omnibus Creaturis efficax eſt, & cui meritò Creatura tanquam animæ ſuæ ſubiecta ſunt.*

*Explicatio vulgaris dicti, in Herbis, Lapidibus & Verbis magnas eſſe virtutes.*

*Quicquid ergo* Medicus NATVRALITER *ſeu* HERBIS *per moram Temporis ſucceſſiue operantibus efficit : illud* MAGVS *ſeu Medicus Cæleſtis* Characteribus & Lapidibus *Gamaæa ſcilicet Influentialis Coniugij Terreſtri ſigno, per combinationem matrimonialem Superiorum & Inferiorum* ASTRALITER, *validiſſima impreſſione, ſubito & longè citius perficit : Ea enim eſt Natura mutua colligantia & continuitas, ut omnis Virtus Superior per ſingula Inferiora longa & continua ſerie radios ſuos diſpertiendo, vſque ad vltima inſtar funiculi tenſi fluat : & Inferiora vice verſa, per ſingula ſua Superiora perueniant, quia vna eſt Virtus opifex, & ſpecierum participatio per omnia diffunditur : Matrimonium Diuinum : Hinc Rerum Naturalium Inferiorum cum Superioribus, mira colligantia, continuitas, influentia & ſympathia : Intercedente hoc matrimonio mundi, multa in magiâ & Cabalâ effici poſſunt.*

*Et Verus* CABALISTA ( *quem Paracelſus vocat Naturalem Diuinum, qui Prophetis*

*æquiparatur, & cuius mens vnita & coæquata* DEO *facit omnia quæ vult, vult autem quæ ipſe Deus*) DEALITER *ſupra Naturam, fiducia firma, & fide mirifica miraculorum* IANVA *Vnico Diuiniſſimo Nomine* IHSVH, *in quo recapitulantur & continentur omnia, id eſt in* VERBO MIRIFICO, *per Mentem, Fidem & Orationem, preces ſcilicet in Spiritu & Veritate factas in momento exequitur. Renaſcentia eſt Ager Medicinæ Cœleſtis, quæ vno verbo curat ſine medio Externo: vna illa operatio contingit ratione DEI, tanquam Artificis, & ratione Hominis tanquam Inſtrumenti: Hominibus enim innocentibus, & in lege Domini doctis, pro voto fidei ſeruit omnis Creatura, & exaudiuntur ad omnia, quæcunq; petierint, teſte Elia, Eliſæo. Per preces enim, id eſt petendo, quærendo & pulſando, in Fide omnia impetramus: per fidelem Orationem recta & certiſſima via conſcenditur ad ſummam Diuinarum atque Humanarum Rerum Sapientiam: Nam in his Tribus Punctis Principalibus, conſiſtit etiam totum Fundamentum Magicæ & Cabaliſticæ Artis, vt videre eſt apud Paracelſum de Signatura Rerum lib. 3.*

*Ideò etiam ſoli Creatori omnia in omnibus operanti, debetur Honor, Laus & Gloria ob deſideratum Medicamenti ſeu Verbi ſui*

omnis Creatura timet: & veneratur Nomen illius, qui facit eam.

Lege libros Regũ.

1. Reg. 3. ſect. 1. cap. 7.

Corporis ſanitas Deo [illegible], non Medicis.

exhibiti conſecutum finem. Medico autem DEI & Naturæ obtemperanti miniſtro, manu ſeu inſtrumento, ne ſibi quæ ſolius DEI ſunt, vſurpet, fidelis ſaltem Laboris ac Charitatis debetur præmiū, quod miſeris & egētibus mortalibus poteſtatem à Deo acceptam legitimè adminiſtrarit. Nihil enim ſuum ibi eſt præter artem & legitimam adminiſtrationem, cuius gratiam refert non auxilij: Deus enim ſolus ſuper omnia laudãdus & benedicendus in omnibus, Honorem ſuum alteri non dat, & quia totum dedit, totum etiam rehabere & retrahere vult. Nihilominus tamen iubente ſacra Scriptura, Honorari debet Medicus verax & ſyncerus, qui inter omnes artes & facultates Deo acceptiſſimus eſt, primò quia Deus per ipſum vtpote ſuū miniſtrum etiam neſcientē & dormientem operatur, ac ſuam voluntatem exequitur, ſuppeditando Medicinam de Terra & Verbum ſuum supernè, ſine quo nulla Efficacia in medēdo præſtari poteſt, ſine me enim, ait Saluator, nihil poteſtis facere: Secundo, quia iuxta infirmam curationem (ſiquidem Sanitas maximum Hominibus Bonum) omnes etiam mortales in Natura eiusq; Luminis inueſtigatione ac cognitione (quem Homerus non ſine cauſa iubet eſſe ἐπιστάμενον περὶ πάντων, omni ſcilicet cognitione refertiſſimum) meritò anteire

Notato medici, qui more Ethnicorum, poſt habito & in conſulto Deo, qui ſolus ſanat languores, neglecto item Termino prædeſtinato iuxta voluntatem Diuinam, temeraria arrogātia certum ſpondetis & definitum, ſoli Diuino beneplacito committendum conualeſcentiæ Tempus.

*ſcire debebant: Tertiò, quia ipſe ſolus, mirabilia* DEI *opera, tam in magno quàm in paruo mundo omnibus manifeſtat, ita vt non tantum per detecta arcana ſua & myſteria, verum etiam per ſanationem infirmorum* DEI *laus & gloria mediante medico ſummoperè euehatur & extollatur: Ideò etiam inter omnes ſcientias & facultates præſtantiſſima meritò iudicatur Medicina, in quò magnalia* DEI *ſumma miraculosè conſpiciuntur, quæ ex Theologia ſeu Lumine Gratiæ, ſumit initium, & in Lumine Naturæ perficitur.*

Eſ. 48. Eccl. 11. Sir. ca. 30. Sir. 38. Eccl. 4. 15. 16. 17.

## III. QVOMODO ILLA corticibus tecta, beneficio Vulcani eruenda & debite præparanda ſit:

*PErfectè omnia creata ſunt, quoad primam materiam, ſed Chymicus per Vulcanum vltimam materiam perficit, quia nulla res in hoc inferiori mundo generationi & corruptioni obnoxio adeò nobilis eſt, quæ non in ſe & reſpectu alterius Venenum habeat; iuxta Eſſentiam ſeu medicinam: In omnibus maximis DEI operibus, vbi malum, ibi etiam Remedium, vbi Virus, ibi Virtus. Ideo nil fruſtrà*

Medicus per Vulcanum Creaturã Dei perficit.

Sir. 39. ſect. 16.

creatum, ſed omnia in aliquem vſum: Nam ita à Natura comparatum eſt, vt ſemper Bonum & Malum in aſſiduam Timoris DEI recordationem coniuncta ſint in omnibus rebus; quæ producunt Elementa ſublunaria. Quamprimum, ait Firmianus, Homini Virtutem omnipotens indidit, confeſtim & Hoſtem adiecit, ne Virtus otio torpens Naturam ſuam amitteret. Adeò nil ex omni parte beatum dixit Poëta, vt Homo Diuinæ Naturæ particeps omnium animãtium dominus, ſuos patiatur manes, & quibus exagitetur furias habeat.

Rigida DEI iuſtitia eſt morbus & venenum in omnibus rebus: E contra Miſericordia DEI in Natura & in omnibus rebus eſt medicina.

Rogerius Bachõ Philoſophus Anglus dicit, Deum Tenebras & Lucem facientem, vbi pro ſua MISERICORDIA magnam Medicinam poſuit, ibidem etiam poteſtate Iuſtitiæ ſuæ incomprehenſibilis Venenum pro cuſtode, Tribulos videlicet & Roſarum ſpinas, præuaricationum comites indiuiduos ac vindices adiũxiſſe. Bonũ ſine malo cognoſci non poteſt, & cognito hoſte vitari poteſt damnum.

Sap. 18. ſect. 15. 16. Sir. 39. ſect. 36. Ecclef. 33. ſect. 15. 16.

Sic etiam Sacer Hermes antiquiſſimus Theologus, vnà cum Eccleſiaſtico ſcribit in claue, ex contrapoſitione & contrarietate omnia ſublunaria oportere conſtare: & hoc propter generationem & corruptionem rerum aliter fieri eſſe τῶν ἀδυνάτων. Omnia enim cùm non habeant quæ timeant, contra leges agunt: neque aliter Homo poteſt

ad

*ad ſummum faſtigium venire, niſi manu ſemper agitata ſe ad ſalutē ſuam dimicandi tenore fundauerit. Deus enim per ſuam ſapientiam* Eccleſ.3.
*ita ordinauit, vt æque bene ſit ἀντιπάθεια ſicu-* ſect.14.7.
*ti eſt συμπάθεια, quo ſpectaculo Natura mor-* ſect.15. Sir.42.
*tales ad eius ſecreta contemplanda & eruenda* ſect.25.
*voluit promouere, vt ſi alter alterum perhor-* Cauſa ſympathia
*reat, Inuiſus Inuidentis defectus reſarcire vel* & anti-
*mederi poſſit: Quapropter Heraclitus Natu-* pathia.
*ram è Bello genitam, & Homerus Contentionem vocat: Homo eſt ſui ipſius hoſtis, Cauſa diſſolutionis & mortis eſt Regnum hoc noſtrum in ſe ipſo diuiſum, inteſtinum videlicet duellū, ſiquidem in corpore microcoſmico, propter coniunctionem rerum aduerſarum perpetua lucta, ac conſeruator & deſtructor ſanitatis latet, quo nomine Sancti, mortale corpus vocarunt Infernum ac Purgatorium, in quo ſemper belligerandum eſt. Ideò cùm in vita Republica,* Sir.38.
*Mortis Anatomia Hoſpitium inuenit, Natura* ſect.15.
*medicos miniſtros eſſe præcepit, ac ſeparatores, non magiſtros vel compoſitores. Remedia enim præparationes, ſeparationes, & exaltationes requirunt, antequam latentes & ligatas virtutes explicare poſſint. Quemadmodum autem omnia Igne probantur, ita etiam Examen ſcientiæ medicinæ in igne debet fieri. Medicina & Chymia non poſſunt ſeparari: Manifeſtat*

*enim Chymia, (non illa qua impoſtores ad ſuas Dealbationes & Rubefactiones vtuntur,) non ſolùm vera ſimplicia, magnalia, Arcana, myſteria, Virtutes, Vires, ſanationem concernentes, verumetiam ad imitationem Archai Ventriculi ſeu Chymici Naturalis Innati docet ſegregare quodlibet myſterium in ſuũ reſeruaculũ, & medicamenta infelicibus veſtimentis obducta debitâ ſeparatione ab impuritatibus & corruptibili ac fœda ſuperficialium & externorũ Elementorum commixtione expedire, vt pura illa Cryſtallinaq; materia, ſeu Natura ſimplex exhibeatur corporibus: Sed hanc à carceribus & captiuitate expedire. Hoc opus, hic labor eſt. Digna prouincia in quâ omnes medici ſeneſcant, & plena exercitationis, ſine ſiquidem Philoſophia Chymica omnis Medicina mortua eſt: Abſque Alchymiæ cognitione neq; Theoricà neque Practica Medicina eſſe poteſt. Qui illam difficultate perterritus recuſauerit, fruſtrà morborũ loca inquirit. Non ergo imitãdi ſunt hac in parte Vulgares noſtri medici, qui ex aliorũ vigiliis, & laborũ inuentis ſuæ ignauiæ patrocinia quærunt; & præparationem medicamentorum Pharmacopæis maximâ ex parte negligentibus & auaris (de conſcientioſis & ſua fideli diligentiâ Reipublicæ tanquam Alchymiæ Vulcani inſeruientibus hic non loquor)*

*maximè*

maximo ægrotantium incommodo committere ſolent. Per hanc enim artificioſam corporum reſolutionem in conſpectum venient proprietates, quæ antea compoſitionis virtute occultabantur. Per illam inſuper tanquam artificialẽ quandam cynoſuram, Chymiatri vela, non modo ad omnes Naturæ oras, ſed etiam ad ipſum totius Creaturæ, ſingularum etiam eiuſdem abſtruſiſſimarum virtutum, admirationem, contemplationem, perceptionemq́; fecerunt, & inſignem in plurimis ſunt aſſecuti ſcientiam: nec immeritò. In hac ergo vera corporum Analyſi, & vitali Anatomia, oportet medicũ eſſe exercitatum (vt ſupra dictum) quia nulla eſt conſtans proprietas vllius corporis, quæ non vel in Sale, vel Mercurio, vel Sulphure eiuſdem corporis deprehendatur. Primo autem Corpora omnia compoſita inferioris globi in tres ordines vel choros diſtribuenda ſunt, in Animalia, Vegetabilia & Mineralia: indiuidua deinde horũ omnium diligenter examinãda, & indiuiduorum partes: Ita inueniemus in ſingulis ordinibus illuſtres trium primarum differentias: Eſt enim in officina Rerum Sal animale, vegetabile minerale: animale, vegetabile, minerale Sulphur: Mercurius item vegetabilis, animalis, mineralis. Prima Rerum facies fuit pura, integra, perfecta ſine corruptione & morte, Summus

Vegetabilia cõprehendunt plantas, arbores Zoophyta: Animalia, bruta per ordinẽ Reptilia, Natatilia, Volatilia, Quadrupedia.

[library stamp]

*enim & omnium opifex Deus, ſua voluntate propter infinitam gloriam ſuam creauit omnia bona, vt omnia eum glorificarent, & ſanctè incorrupteq́ ſecundum præſcriptum ordinem viuerent. Homo primò ſanus creatus eſt, (morbi enim primam originem non ex viro, ſed ex muliere ducunt) verùm ingreſſus in mundum, peperit aditum ad mortẽ, quia apparuerunt duo contraria, externum corruptibile & internum integrum, ſine corruptione ſubſequente diu non potuerunt in vno ſtare. Poſt præuaricationem igitur & defectionem ab vnitate ad alteritatem, maledictione Diuinâ nouæ ſuperuenerũt*

Syrac. cap. 38. ſect. 15.

*Tincturæ (ἰδιαὶ τῶν κακῶν) quarum mixtione in calamitoſam ſortem, vna cum calamitoſo mundi ſocio, tranſplantata eſt totius Creaturæ pulchritudo: Impuritas puris radicibus adiuncta, eaq́ fuit morborum prædeſtinatio. Morborum enim radices in certis indiuiduis vel ſpeciebus ſeorſim non cõſiſtunt, ſed implantata & permixta puris primiſq́ rerum ſeminibus: Nutrimenta verò rerum Naturalium fructus ſunt ſeminum, in quatuor matricibus vel Elemẽtis vigentium. Natura igitur vt iam eſt, nihil in hoc ambitu ſublunari nobis puri dedit, ſed omnia permultis miſcuit impuritatibus, vt iſtam nobis Chymicã ſcientiã ab infantia noſcendam eſſe, ceu quodã neceſſitatis ſtimulo inculcaret,*

Morborũ calamitate & ſuperuentu Tranſplãtatio Creaturæ facta: poſt defectionẽ tam ratione creationis, quàm propagationis hoſtẽ in ſinu ſuo gerũt mortales, mor-

vs dum è Paradiſo in huius mundi ſuburbium expulſi, in vtriuſq; Limi Viſibilis & Inuiſibilis admiratione, inueſtigatione, & cognitione, TERRAM, id eſt totam mundi machinam coleremus, & in parando victu, aliisq; ad ſuſtentandã hanc præſentem vitã neceſſariis, tanquã Naturæ operarij non in vmbrâ ſed in ſudore à vultus occuparemur, hoc pacto induſtriam noſtram in hac TERRA LABORIS, per impoſitionem Crucis patienter ferendæ, ad conſequendos Terrenæ & Cœleſtis Sapientiæ fructus excitaret, ne ſocordes inerti ac turpiſſimo tabeſceremus otio, aut nil agendo (ad omnia vitia & peccata procliuiores) malè agere diſceremus.

Eos à mortem ſiam au natâ contrarietate ac corruptione cauſantem.

Et hic eſt verus Creationis Hominis Finis, vt in DEI Timore & amore proximi, amiſſa recuperãda Terrã laboret, non vt otietur, ſed vt in Lumine Naturæ, nõ ſecundũ ſuã, ſed ſecundũ Creatoris voluntatẽ ambulando, inſtrumentũ, Habitatio, ac Tabernaculũ DEI maneat, & ad euitandas malas & otioſas cogitationes, in Via Domini ambulet, hoc eſt in ſuis operationibus per obſeruationum Temporalium & Cœleſtiũ conſiderationẽ, miracula DEI per Naturã inueſtiget, inuiſibilia DEI opera manifeſtet, celebrans admirando infinitã Creatoris Sapientiã, Potentiam, & indeſinentẽ erga genus Humanũ, in operum ſuorum mirabilium, magnalium &

Qui diſcit Deum & ſe ipſum cognoſcere, ille bene Terrã coluit: Nimiâ licentiâ homines deteriores fiunt quàm brutis ſimiles: Labore autẽ pellitur Otium Sathanæ puluinar.

myſteriorum indagandorum pateſactione, Bonitatem. Sed relictis iam alimentis ad medicamenta veniendum eſt, in quibus nemo tam ſtolidæ ceruicis (niſi frugibus inuentis malit adhuc ad modum prioris hirſutioris æui glandibus ſeu putaminibus cum nucleis veſci) qui hanc artẽ improbabit Separatoriam, quæ Bonum à Malo, Vtile ab Inutili, Narcoticum ab Igne, Spiritũ mineralem ab Anthos, Homogenea ab Heterogeneis, Venena à Medicinis & Balſamis ſalutaribus, Lucem à Tenebris, Vitam à Morte, Diem à nocte, Viſibile ab Inuiſibili, Cæleſte Purum, Nucleum, Medullã, à Terreſtri Impuro, Corticibus, Membranis, Inuolucris, Teſtis, Siliquis & fæcibus, Veſtimenta & Domicilia medicamentorum corporibus humanis aduerſa, ab Incola, Anima, myſterio Superelementali, Quinta Eſſentia planè corporum noſtrorum Balſamo Interno, conueniente, amica & correſpondente vite ſecernere & ſeparare docet, vt colligatur eſſentia illa viuifica ſaltẽ, cuius facultas ſolutis vinculis exurgens altius & promptius ſe promit, & vires multò quàm antea maiores profert, & corporibus ſanandis efficaciores. Venenata enim omnia Balſamum habent Humanæ Naturæ conſentaneum, & nullam Venenatum eſt Animal, quod Veneni ſui Antipharmacum in ſe non contineat, & in ſuo genere bonum ſit, & dum

Sola Purificationes ſunt vera Correctiua omniũ Remediorum.

Sicut mors ſeparat æternæ & caduca: ita Vulcanus bonũ à malo.

Quintam eſſentiam à corpore. Sir. 39. ſect. 39. 40.

*& dum Homini eſt Venenum, alteri animali ſæpe eſt familiare alimentum: Ita araneæ gallinis ac paſſeribus proſunt, bufones ſerpentibus, ſerpentes ceruis & ciconiis: Formæ autem hæ medicamentorum extractæ plus operantur, quàm cùm ſunt in materiam immerſa, quæ potentiam & operationem Arcani impedire & infringere ſolet: Imò Anima ſeu forma uniuſcuiuſque Rei ſpecifica, multo & plures & præſtantiores virtutes operationesq́; habet, quam vel ipſum corpus, vel eiuſdem Rei materia: ſiquidem omnis Res habet eſſe à Forma, quanto ergo magis de Forma, tanto magis de Entitate: Id quod Chymiæ oſores propriâ cõſcientiâ coacti, & oculari demonſtratione conuicti, inficias ire nequeunt. Et hinc commoda plura ſequuntur: quod ratione minoris quantitatis medicamẽti facilius & liberius multo ægri ipſum capiant, cùm plurimi ſæpe ita ſint difficiles, vt vitam potius cum morte cõmutare velint, quàm illarum craſſarum & turbidarum potionum, complexionem humani corporis corrumpentium, plenos haurire calices, quas etiam ipſe Medicus præſcribens, & Apothecarius miſcens in caſu ſimili bibere exhorreſcendo recuſaret: Secundo quod horum vſu etiam reiterando nõ lædatur ventriculus, cùm nil obſtet, quo minus actionem ſuam præſtent (ſeparata enim in na-*

Rationes cur Spagyrica medicamenta debitè præparata multis officinarum mixturis Heteroclitis ſint præferenda.

prieculo naturali impetu ad nociora feruntur ſine impedimento diuerſoria) & citiſſime corpus afficiant, & ab ipſo afficiuntur: ac ita aſpera ac terreſtres ipſorum partes interioribus adhærêres ulcerare; nec ſæpius urentes (ſicuti per frequentem vulgarium uſum) valetudinarios facere poſſint. Tertiò quod ex iis eſſentiis omnis nociua qualitas (ſi tota prima præparatione auferre non poſſit) aliarum tamen exquiſitiſſimarum permixtione omnino adimatur, vel ſaltem facilius obtundatur. Et quod diſſiteri non poſſumus, Ars hæc Spagyrica adeò neceſſaria eſt, vt ſine magno diſcrimine illa carere medici non poſſint: Nam in re vna ſimplici, ſæpe ſubſtantiæ ſunt diſſimiles, ſæpe contrariis proprietatibus inſignitæ, quarum vna noxia, reliquæ ſalutares, vt in opio, melle apparet, quæ ſine ſubſtantiarum ſeparatione huius artis adminiculo perficienda dignoſci nequaquam poſſunt. Galeniſtæ etiam ſolo huius artis beneficio tueri poſſunt ſuas Maximas, affirmantes omnia amara calida eſſe, cùm tamen Opium quamuis ſummè amarum ſtupefaciendi virtute excellat: Roſa item & Cichorea licet amara, nihilominus ad refrigerandum adhiberi ſolent. Reſponſi huius nodus Cultri Anatomici Ignis videlicet beneficio diſſecandus eſt, & ſic ſubſtantiarū facta ſeparatione dignoſcemus Simpliciū

tem-

temperaturam, & reperiemus in Opio Sulphur dulce Narcoticum, Sal amarum calidum, ſubtili reſolutione penetrando ſudores mouens, ſine vlla vi ſtupefactiua. Et quod meritò admirandum (prout ſolertes medici norunt qui ex incommodis ſciunt elicere commoda & vtilitates) Venena metallica licet pernitioſiſſima, huius artis miniſterio & Ignis iudicio, eatenus poſſe corrigi & emendari, vt ſine noxa tuto poſſint corpori ingeri, ſicut Arſenici, effrenatæ malignitatis exemplum per ſalem petræ artificioſè Vulcani beneficio fixati manifeſtam fidem facit. Mineralia enim, quorum ſpiritus ſubtilitate noſtros vincunt, & lapides pretioſi à medicamentorum numero excludi non debent: Rite præparata Vegetabilibus longe præſtant in curandis morbis. Primò, quod molliori materiæ, qualis eſt Plãtarum & Animantium, tanta virtus, forteſq; operationes imprimi non potuerint, quandoquidem difficulter eas retinere poſſe videntur: Fieri etiam non poſſet, vt Vegetabilia corruptioni obnoxia corpus Humanum à corruptione vindicarent, ſicuti perfectorum metallorum ſpiritus, nullis corruptionibus obnoxij, faciunt.

Venenum redactum in Arcanum non eſt Venenum, ſed præſtans medicina: ſic Planetæ Terreſtres liberantur à ſua Lepra & ingratiſſimi fœtores per digeſtionẽ in ſuauem vertuntur odorem.

Secundo, manifeſtum eſt, mineralia & imperfecta metalla, magnis virtutibus medicinalibus dotata eſſe, vt in Chirurgicis medicamen-

*tis apparet, vbi vix vllum vnguẽtum præpara-
tur, in quo non imperfectum metallum vel mi-
nerale admiſceatur: Ergo abſq; dubio perfecta
longe maiores vires ab Omnipotente accepe-
runt. Tertiò quod Natura Animantia & Plan-
tas non vni alicui actioni, ſed multis virtuti-
bus functionibusq́; aptas gignere cupienti, mi-
nimè licuerit ita contemperare mixtionem illo-
rum corporum, vt vires illas admirabiles cõſe-
querentur, & ſolidam ſtabilemq́; Balſami Na-
turam admitterent. Quartò, quod lapidum ge-
neratio temporis interuallo abſoluitur maiori,
breuiori autem abſoluit perfectorum corporũ:
Natura igitur longitudine temporis adiuta,
maiore agẽdi facultate lapides pretioſos, aliaq́;
metallaria corpora exornare potuit: Varietate
enim officiorum ſenſibilium & mobilium non
diſtrahuntur. Adde quod lapides pretioſi meri-
tò cæteris cõmendabiles ſint, propter ſummam
ipſorum temperiem & ſplendorem, qui in Gra-
nato Bohemico vix vllo ignis ardore domari
aut corrumpi poteſt: idq́; propter ſolã ſpirituum
fixationem, quæ in ipſo ſatis percipi poteſt: quæ
ratione etiam Auri vires in curatione morbo-
rum æmulatur, & Rubino Orientali, ſuſtinenti
Ignis examen vix tot horis, quot alter menſi-
bus, meritò in vſu medico præferri debet. Hoc
etiam hic obiter notandum eſt, quod Gemma*

*ſuum*

ſuum colorem, Formam & Tincturam, per A‑ſtrorum formationem à metallis accipiant, ſecundum intenſionem aut remiſſionem colorũ, ſunt enim metalla tranſplantata. Nam Ruvini & Granati, auri habent Tincturam, Sapphiri & Turcoides argenti, Smaragdi & Chryſolithi cupri, Hiacynthi & Topaſi ferri, Adamantes ſtanni, Saturnus glutinamentum cum pondere ſubminiſtrat, ſicuti è factitiis illis & ementitiis gemmis è minij & ſilicum alborũ puluere proportionabiliter mixto, additâ formâ metallicâ, per Ignis artificium ad oculum demõſtrari poteſt. Et quamuis Naturalibus ac genuinis colorum pulchritudine non cedant, pondere tamen & mollitie fucus & adulteratio ab intelligentibus Lithotomis facile deprehenditur. Si forte qui ſint, qui ex ſimplicitate dicant, Metallorum ſiue Mineralium vſum in medicinâ nullum eſſe, ſaltem in ciuili vita, quamuis ſint Elementorum fructus æque bene vt Animalia & Vegetabilia, non ad Hominis nutrimentum, ſed medicinam creata in Hominis gratiã neque illorum perfectorũ præcipue vllam eſſe cum corpore humano conuenientiam ac ſimilitudinem, licet illorum trium primorum etiam Homo particeps ſit, ſciant Animale Vegetabile, & Minerale ſperma vnum habere ortum, differre ſaltem Loci & Receptaculi Qualitate. Animalia, Vegetabilia, & Mine‑

Gemmæ ſunt ſtellæ Elementorum.

Lege mo‑nuolo Theophraſti.

Mineralia Hominis ſanitati conducũt. Dum enim corpus humanum accipit ſuam medicinã è mundo, quia mũdus eſt, inde ſequitur omnia mineralia

*homini educere, quo .q; applicatum ad ſuum minerale in corpor. phyſico contentum.*

*ralia principia, una eadémque per omnia ſunt, ſed varia Receptacula. Aliud enim eſt Vegetabiliũ, aliud Mineralium, ſiquidem omnia hæc deſcendunt ab vno genere principali principaliſſimo. & generaliſſimo (quod eſt generale ſemen omnium rerum ſeu primæ materiæ ſubiectum. poſtea in tria principalia genera diuidendum, Animale, Vegetabile & Minerale) à quo Natura recipit Argenti viui Naturam ad creandum omne aliud compoſitum. Omnia ſunt ab vno principio, & tendunt ad vnum: In nocte Orphei & Hippocratis Orco, omnia ſunt vnum, teſtante etiam πανσπερμίᾳ Anaxagorica, male ab Ariſtotele intellecta & inique incuſata: Sed poſtquam vnica illa Natura Eſſentia & materia Rerum omnium in hanc mundanam progreditur ſcenam, ſecundum DEI voluntatem, quæ eſt Specificum omnis Creaturæ, varia & multiplicis diſtinctionis mirabilia in itinere inducit corpora, iuxta Loci & Receptaculi diſpoſitionem & varietatem: ſecundum ſpiritus etiam vniuerſalis agitationem & operationem: hic creſcunt Vegetabilia, illic Mineralia proueniunt, iſthic generantur Animalia, & vnum cedit ſemper in Nutrimẽtum alterius. Hic enim ordo ſublunari Oeconomiæ præſcriptus eſt, vt Mineralia Vegetabilibus, hæc brutis, brutaq; hominibus alimentum ſuppedi-*

*Sic etiam Spiritus vita vnicus eſt per totum corpus humanum, ſed quo ad corporis partes, quibus ineſt, varius.*

*ſuppeditent, quod fieri non poſſet, niſi natura vnius eſſet affinitate participans naturæ alterius, & hoc propinquitate, & vicinitate primi generis, à quo omnia proceſſerunt.*

*Ex vno ergo fonte procedunt omnia, & poſt abſolutum penſum, relicta Vanitatis statione reuertimur ad loca ſua, immutabili quiete beata: Spiritus ille vniuerſalis totam agitans molem (Agrippa vocat ſubiectum omnis mirabilitatis, Ens nullo ſenſu comprehenſibile) qui omnia in omnibus operatur, & orbem Terrarum impleuit, DEI Nomen, totum mundum in ſe complectens. Auicenna vocat Animam mundi diffuſam in omnibus rebus, fretus authoritate Platonis, Arabum & Chaldæorum, abſque omni tamen ſuperſtitione & cultu idololatrico audiendum hoc, habito interim vni DEO honore & gloria ſua quam alteri non dat: Natura inquam media, infima ſupremis Harmonico quodam concentu coniungens (& nunc Animalis nunc Vegetabilis nunc Mineralis pro ſubiecti & receptaculi diuerſitate vocatur) ſtupenda operari ſolet in tribus Naturæ familiis, ſicuti inter cætera, etiam in puero Sileſiaco, noſtro ſæculo memorabili manifeſtatum fuit exemplo, in cuius ore produxit non aureum, ſed auro obductum maxillæ ſiniſtræ inferioris dentem, quem olim Pragæ in aula illu-*

Rom. 8. Vide Apocalypſin Hermetis Paracelſi. Anima mundi eſt vita quædam vnica, omnia replens, colligans & connectens, vt ex tribus generibus Creaturarum, Intellectuali, Cœleſti & corruptibili vnam reddat totius mundi machinam per virtutem quã habet ab Ideis omnia tam naturalia quã artificialia fœ-

ſtriſſimi & laudatiſſimi Principis D. Petri Kr-ſini à Roſis, &c. & vidi contrectaui. Hermeticæ Philoſophiæ ac mirabilium DEI operum Indagatoribus ſolertiſſimis, qui abditarum in ipſa Naturæ majeſtate cauſarum ſecreta rimãtur, nihilq́ quod ſciri poſſit, ignorare velint (ſiquidem ea quæ naturalem ordinem excedunt perſcrutari non ſit vetitum) miraculum hoc ludentis Naturæ minus eſt mirabile, cùm ex occultioris Philoſophiæ penetralibus ſciant, eundem illum Spiritum, & Naturam mineralem quæ in Terræ viſceribus producit Aurum, etiam in Homine eſſe. Ille Spiritus in auro, idẽ eſt cum ſpiritu generante omnium Creaturarum, eſtq́ eadem & vnica generatiua Natura per omnia diffuſa: Hic ſpiritus nũc Naturale corpus aſſumpſit: Primum mouẽs & Naturæ rector in omnibus rebus naturalibus eſt, conſeruat omnia, & ab illo ſunt omnes res, omniaq́ inferiora Harmonico quodam concentu regit: Scribit Albertus Magnus ſuo tẽpore in corporibus & capitibus ſuſpenſorum quorundam fuiſſe repertum Aurum: in libro Mineralium dicit Aurũ vbiq; reperiri: Non eſt res, inquit, ſine quatuor Elementis Elementata, in qua non inueniatur Aurũ Naturaliter in vltima ſubtiliatione: Et ideò affirmant Philoſophi Myſterij ſui materiã vbiq; reperiri, quia in omni re Elemẽtata conſiſtit.

eundat infundendo illis proprietates occultas quas Quintas Eſſentias appellare conſueuimus.

Natura DEI Imago eſt Ignis Inuiſibilis ſeu vigor Igneus quo cuncta res multiplicantur.

Natura ſæpè in ſuo magiſterio ludit & lætatur de ſuo magiſtro, & de ſua arte & viribus.

*ſiſtit. Item probat Albertus, quod maxima virtus mineralis eſt in quolibet Homine, & maxime in capite inter dentes: & ſuo tempore inuẽtum ſcribit in ſepulchris antiquorum mortuorum inter dentes aurum, in granis minutis & oblongis: quod eſſe non poſſet, niſi in Homine eſſet illa virtus mineralis, quæ virtus mineralis eſt in Elixire Philoſophorũ. Sic Morienes præſtãs ille Philoſophus, Chymiologiæ ſciẽtiſſimus & in ea exercitatiſſimus, cum Regi Calid interroganti de Elixiris materia reſpondiſſet: Ex te eſt ô Rex, & tu eius minera es: nequicquam de eadẽ à Raymundo Lullio Magiſterij ſcrutatore haud ſcio an ſolertiori an diligentiori diſcrepauit, cùm materiã ſuam ex re vili & impreciabili ſe traxiſſe dixiſſet. Riplæus in Portis vtrique ſuffragatur: Memento Hominem eſſe nobiliſſimam Creaturam, in quo eſt quatuor Elementorum proportionatorum per Naturam Neutralis Mercurialitas, quæ omnino nil conſtat, producitur per artẽ ex ſua minera. Rhaſin ſubijciamus Riplæo, vt qui ab eo non vſq; quaque diſſentiat: Libro Diuinitatis, inquit, ſcias Res Naturæ ſubtili artificio ita colligatas eſſe, quod in qualibet re, eſt res qualibet potentiâ, quamuis actu nõ videatur. Sed de his curioſius verba facere ſuperſedebo, alioquin congeriem Philoſophorum iſthac confirmantium, non vub-*

In mineralibus.

Lullius fuit diuinus ac cõſummatiſſimus Philoſophus, immeritò à Paracelſo culpatus.

Materia lapidis dicitur eſſe in omnib. rebus ratione primi mouẽtis in rebus naturalibus, qui Spiritus Vegetalis nun-

*cupatur, quæ noſtra materia lapidis præ cæteris abundat, Spiritus hic tã eſt in animalibus, Vegetabilibus, quã mineralibus.*

*garibus argumentis & à ſuperficie rerum ſumptis, ſed rationibus firmiſſimis & ex intimis rerum viſceribus eductis, adducere huc poſſem teſtes videlicet graues, & exceptione quorumuis Sophiſtarum maiores. Sed hæc tranſeunter ſint dicta.*

*Lib. x. c. 19.*

*Lactis tria prima, Serum, Butyrũ, Caſeus coagulatus. omnis enim Terreſtreitas eſt Sal.*

*Porro Subtiliandi, Extrahendi, & Separandi modus Chymicus Galeni tempore deficiens non admodum in vſu erat, (ſiliquas enim & cortices à nucleo non poterant ſeparare,) huic ipſi prorſus incognitus, quem tamen magno deſiderio deſiderauit inſcius, vt ex ipſiſmet verbis intelligere eſt, quando de ſimpliciũ medicamentorũ facultatibus, de aceti partibus calidis & frigidis ſecernẽdis ſe pericula omnia ſubiturum ait, ſi quam machinam inuenire queat, partium contrariarum ſeparationis, ut in lacte ſic in aceto: Qui ſi artis diſtillatoriæ peritus fuiſſet, voti ſui hac in parte compos fieri potuiſſet. Neque verò Hippocrati aut Galeno pro dedecore aut opprobrio imputandum erit, quod hæc ignorauerint: DEVS enim & Natura (quæ Diuinorum operum ordo & ſeries eſt, ac DEI potentiæ illiusq́ verbis & iuſſis obſequitur, ab eoq́ vires mutuatur) nil facientes fruſtrà, non omnia ſimul uno & eodem tempore generi humano profundunt, ſed dona quibuſdam ſæculis particulariæ ſucceſſiue communicant, nec*

*vni omnia largiuntur, ſed vnicuique particulare donum diſtribuunt. Hinc apparet, quam diſsimile fuerit multorum Veterum iudicium, qui, ſi quid ipſi ignorabant, quod ab aliis ſcire etiam in longinquis regionibus audiſſent, illius perdiſcendi gratia, nullius non maris terreq́ periculum ſubierunt: Sine dubio, ſi Galeni ſeculum in Paracelſi tempora incidiſſet, eruditionem eius ſine inuidia veneratus fuiſſet, nec puduiſſet eum Carbonum: & prout erat diſcendi auidus, ipſi Theophraſto, tam pro trium primarum ſeparatione in aceto, quàm pro altiorum Magiſteriorum & Elixirium præparationibus communicandis, aliquot annis gratis ſeruitutem ſeruire, & Ciniflonis, Argillarij, vigiliſve locum ſubire non recuſaſſet: nullam denique non admiſiſſet conditionem, quæ huic tam præſtanti ſcientiæ perdiſcēdæ adminiculo fuiſſet, fruſtra iraſcentibus Cholericis & Melancholicis Philerastis medicis, qui cum in Medicinæ Spagyrica vix fuerint Alphabetarij, neque de Creatione & compoſitione Interni Hominis Aſtralis quicquam ſciuerint, multo minus de Mechanicis morborum Spiritibus, non erubeſcunt tamen, temere, & præſumptuoſe absque conſcientiæ pudoris cancellos data opera tranſiliendo in nunquam ſatis laudatum, & aduerſariis ſuis millies meliorem Paracelſum,*

*Germaniæ immortale decus (qui ſupra quàm credi poteſt, omnium ſcientiarum Diuinarum & Humanarum abſolutam habuit cognitionem) magno conuitiorum numero inſurgere, ſcurram circumforaneum, omnis Philoſophiæ inſcium appellare non verentur, illumq́; non intellectum cum proprio ſuo dedecore, irrito licet conato malitiosè opprimere: Vita ipſius Oeconomiam odio proſecuti ſunt viperino, vitia exaggerantes humana: atque ita magna temeritate in ſemetipſos legem ſtatuunt iniquam: Sine vitiis non viuitur: optimus ille qui minimis vrgetur, non vident mantica, quod à tergo eſt, quaſi ipſi etiam homines ſint, atque in ipſis vitiis, quæ inſectantur, vel maioribus obnoxij ſint, vel aliquando fuerint, vel adhuc obnoxij fieri poſſint, & ſic feſtucis fratrum intenti, noſtras obliuiſcimur trabes.*

*Vtinam illius temporis ambitioſi medici alios ſua laude fruſtrantes (ſecundum illum qui omnium Humanarum actionum & Artis Medicæ Finis eſt, videlicet vt Deum Optimũ Maximum amemus, & proximum quemq́; perinde, ac nos ipſos) in Theophraſti pectore ſerpentis oculum geſtantes, non animaduerſis ſuis defectibus, illum orientem ſolem potuiſſent ferre, ac pro dignitate & merito ipſũ tractaſſent mitius: imperfectiones eius humanas à nemine approbari*

*approbatas pari ſuſtinuiſſent miſericordiæ affectu, quo Galenicæ impietati Moiſis Chriſtique ſcolam irridenti condonarunt: ſine dubio poſteritati gratæ Arcana ſua diuinitus ſibi cōceſſa manifeſtaſſet clarius, minusq́; inuolutè & truncatè de Præparationibus verba feciſſet: nec hodierna Reſpub. Spagyrica impiam quorundam, & maledicam illius temporis ingratitudinem etiamnum ad ſummum doloris experiretur, ſenſum, conſtantiam & tractandi æquabilitatem in Theophraſti ſcriptis requirendo, & in proceſſu mechanico Præparationum veritatem deſiderando. Inde fit, vt pauciſſimi hodie reperiantur, qui veras medicinas ex Theophraſti mente præparatas habent, de quibus in ſuis libris copiosè agit. Requirunt enim vere Philoſophicas ſolutiones, mortificationes, cohibitiones, reſuſcitationes & ſimilia, quæ ſine vera Phyſica, Aſtronomia & Chymia intelligi non poſſunt; nec ſine temporis longitudine & tædio Philoſophiſtis moræ impatientibus moleſtiſſimo abſoluuntur. Et puto hoc ſæculum impium non dignum eſſe huiuſmodi medicamentis. Sæpe enim Deus propter peccata mundi, eiuſque ſummam ingratitudinem ſua μεγαλεῖα Hominibus indignis, iuſto ſuo iudicio ſubtrahere ſolet: Qui etiam nunquam permittet manifeſtationem illorum Secretorum, præci-*

lib. 2. de pulſuum differentiis.

Vide Paracelſum in Paragrano.

Medicus ſit Aſtronomus, alioquin medicinā eius Seductionem & Impoſturā vocat Paracelſus.

Ideo cum Icaro multi in magno mari ſubmerguntur.

*pue in his periculoſis & corruptis Temporibus, in quibus Honor & dedecus, Virtus & vitium, Veritas & mendacium à malitioſo mundo æquiparantur. Omnes etiam ferè Chryſopœiæ ſtudio inflammati, medicamentorum debitam præparationem negligunt, cuius Rei vnica cauſa eſt, quod veram Philoſophiam Paracelſi, eius Metaphyſica non intelligant, libroſq; illos magnos à Theophraſto in Labyrintho medicorum indicatos, non prius diligenter euoluant, antequam ad præparationes, ſeparationes, & Analyſin veram Rerum Naturalium accedant. Video etiam pleroſque Chymicos qui ſe aulis committunt, ſplendore aulicorum negotiorum à veritate abduci, & vanis aulicis adulationibus decipi, vt illa Dei magnalia vel negligant, vel potius ad huiuſmodi ſtupenda Dei miracula reddantur inhabiles, vt iam tot annis animaduerto cœpiſſe plures bene, ſed his nugis deceptos finiſſe male. Ex qua cauſa Spagyria hæc Diuina admiranda & comprobata Ars (licet de ſumma incertitudine peſſimiſq; impoſturis à tot ſæculis ſemper ſuſpecta) ſine cauſa à rudi plebe diffamatur (quod plerunque rebus melioribus contingere ſolitum eſt) ac cũ altioribus ſcientiis etiam apud huic negotio intentos cõtempta iacet, & tanquam non de pane lucrando vilipenditur: Quæ de abuſu, impoſturâ, & malis*

4. Columna Medicina Philoſophia, Alchymia, Aſtronomia, Phyſica, Virtus, ſeu Medicina.

malis artibus dicuntur, non ea ſunt propter quæ res alioquin bona damnari poſſit aut debeat: Quæ enim res, ſi eâ abutaris, in Hominis exitium verti non queat? adeo, vt quò melior, eò exitiabiliores habeat abuſus. Et quis audet ſe Thraſonibus Athenienſibus opponere, qui Lucem Tenebras, & Tenebras Lucem eſſe contendunt? Et habent ſuarum vaniſsimarum vanitatum, vniuerſum ferè immundum mundum defenſorem: ſiquidem mundus non quærit Veritatem, ſed ſuum proprium Honorem: Ideò Deus nos dat in ſenſum reprobum, vt inuicem odio & inuidia nos perſequamur, & imminentis deſtructionis Regni noſtri ipſimet cauſa ſimus. O fons Veritatis & Sapientiæ, aſpice res noſtras, & corda eorum, qui pio deſiderio, ardentibuſq; votis aduerſus imminentem hãc metamorphoſin dies & noctes reluctantur. Sed Altiſsimus dabit his quoq; ſuo Tempore Finem: Et ſpero fauentibus ſuperis, futurũ breui, vt Deus aliqua excitet ingenia, quæ Veritatem in ſcientiis & facultatibus (ſiquidem Inuentio Artium nondum attigit vltimum finem) in lucem proferant, Zizaniam ſcientiarũ eradicent, & deceptiones ac errores ſcholaſticorum refutent nõ verbis, ſed factis, non Syllogiſmis, ſed Re ipſa: quãdo enim Perfectum venerit, appropinquante Renouationis & Regenerationis tẽpore, omne

*Imperfectum neceſſariò cadet: vbi enim Superbia cum Titulo & Gradu ac claro Nomine, ibi nulla Humilitas, nulla vita Chriſti, nullus Spiritus ſanctus, ſicuti in multis manifeſte apparet, qui Veterem Hominem è Spiritu Sydereo dominari permittunt. Deus interea omnes amatores veritatis ſuo Spiritu Sancto illuminet, & è vinculis profundorum Tenebrarum & contentionibus eruditorum Putatitiorum nunquam ceſſaturis clementer eripiat.*

## IV. QVA VIRTVTE, ET quomodo in corpus humanum Medicina agat, & morbos expellat.

*In libro de flatibus.*

QVod medici vulgò digladiantur, num ſecundum Hippocratis oraculum* CONTRARIA CONTRARIORVM, *an vero ſecundū Paracelſum* SIMILIA SIMILIVM *ſint Remedia, obſeruandum eſt horum duorum axiomatum locutiones, quamuis ſpecie diſsimiles repugnare videātur, in Anatomiâ Naturæ admitti. Ita Philoſophorum mentem multi nō aſſequuntur, quod non intelligant, quæ apud illos diſcordia eſſe videtur, bellam eſſe concordiam, ſi tempeſtiua & conſona interpretatione conciliatur diſsidium. Medicina enim nihil*

aliud

aliud eſt, quàm oppoſitio illorum, quæ deſiderãtur, videlicet virium & Balſami refectio, & ablatio eorum quæ redundant, ſcilicet impuritatum morboſarum: Ergo non aduerſatur Paracelſus Hippocrati aſſeueranti famem cibo, ſitim potu, repletionem euacuatione, inanitionem refectione, laborem quiete, quietem labore curari: & in vniuerſum Contraria Cõtrariorum eſſe Remedia: Sed Galeno manifeſte aduerſatur, qui Contrarietatem Hippocraticam ad nudas illas qualitates ab Hippocrate damnatas præcipuè accommodat, primas enim & præcipuas Curationum Ideas ad refrigerationes, Calefactiones, Humectationes, Exſiccationes, harumq́ complices errore infelici refert.

Solæ Remediorum NATVRÆ, vt ſupra dictum, ſeu δυνάμεις Hippocraticæ morborum ſunt medicatrices, medicus verò miniſter. Et hæc eadem Natura, Vita videlicet noſtra & Balſamus ſeu Mumia Balſamica, corpus à corruptione quanuis defendẽns, per medium Salini liquoris id eſt Balſami inferioris, è ſuperiori in inferioribus enati, hæc inquam eadem Natura noſtra (quæ interdum miracula edit, medicorum ope fruſtrà implorata, qui magno Nominis ſui opprobrio & Artis medicæ dedecore nimis tempeſtiuè conclamando ægrotantem ſuis Prognoſticis reliquerãt) corporis Humani proprius

*ſibimet eſt medicus, qui ab extrinſeco medica nil aliud requirit, præter Inſtaurationem, aut, vt vulgo loquuntur, fortificationem, exteriore medicamento repurgatiſſimo, partiq́; peccanti Naturæ ſimili non accidente adhibitam: Atque ſic Balſamũ Medicinale Balſamo Vitæ ſeu radicali & Naturali propter ſympathiã & ſymbolum commune, inſtar coadiutoris & ſymmiſtæ ſuccurrit. Inde labefactatas vires Naturales reaſſumit, quibus recuperatis per ſe potens eſt, tanquam interna & congenita Antidotus, omnes inimicos ſuos à ſua monarchia pellere, virtute ſola Vitalium facultatum: Ægra corpora qualitatibus contrariis curare velle, nihil aliud eſt, præterquàm Naturæ bello inteſtino ſatis labefactatæ, bellum intrinſecum in totalem ſui ruinam mouere: Adde quod contraria ſe mutuo non recipiant: Et ſi mutuo ſe non recipiunt, nec in ſe mutuo agunt, nec à ſe mutuo patiuntur aliquid: vbi igitur actio & paſſio vera non eſt, ibi etiam effectus Naturalis verus non ſequitur. Ergo medicamenta non poſſunt eſſe contraria loco affecto, ſed oportet vt illi ſint cognatiſſima, & eandem habeant (ob Harmoniam macro & microcoſmi.) Naturam Externam, quam locus iſte affectus habet Internam, vt Natura Internà iſtius deficiens & conforteur & iuuetur ſuperabundãtia Na-*

Natura ſimilibus curat.

tura

*turæ illius Externæ: Ideo vocatur Microcoſmus, quia totus mundus hominem conſeruat, nutrit, & curat: Dum enim fructus Terræ, Aëris, Aquæ, Ignis Microcoſmi ægrotant, oportet vt ſui ſimilibus fructibus Macrocoſmi reſtituantur: Et ſic Natura Naturam ſuam confortat & iuuat; Natura autem à Natura ſua cõfortata & adiuta, expellit fortiter omnem inimicum ſuum, cùm Naturaliter omnis Naturæ conſeruatiua ſui maximè eſt: Atque ita Naturam habemus non modò ſociam, ſed amicam & officioſam adiutricem, ſiquidem illa ſola eſt genuina medicatrix omnium morborum, teſte etiam Galeno in libro ſuo decimo tertio method. Primum mouens omnis curationis, quippe abſque cuius robore vel vigore omnis medicina inutilis eſt, atque fruſtranea, Natura conſeruata in ſui Temperatura in ſe ipſa eſt medicina, & ſuis infirmitatibus ipſa medetur, per innatā Mumiam: & vbi ipſa Interna Naturæ recuſat eſſe medicina, ibi omnes morbi ſunt lethales. Scitum enim nimis hoc eſt, Rem omnem Naturali quodam inſtinctu cupere perfici & conſeruari: Ex aduerſo à deſtructione ſui vehementiſſimè abhorrere, eamq́; quantum poteſt auerſari: Corporis noſtri partes gladio aut alio quouis modo offenſæ, hoc nobis quotidiano probant experimento: Læſi enim Naturæ veluti*

*accurrentis opem ſentiunt præſentaneam, & adeo indefeſſam, vt nō prius quietura ſit, quam profligato vulnere deformi, læſas partes priſtinæ reſtituerit integritati. Quod autē aliqui dicunt, Contraria contrariis curari, bene dicunt ſi non reſpicientes ad qualitates, ſeu virtutes contrariæ Naturæ hoc dicunt. Tot enim ſunt virtutes Naturæ aduerſæ vel malæ, quot ſunt virtutes ſalubres ſiue bonæ: Et harum bonitas ſemper in conſeruatione Naturæ, ſicuti illarum malitia ſemper in deſtructione Naturæ occupatur, & conſiſtit: Si ergo illæ volūt deſtruere, hæ in ſubſidium datæ ſunt Naturæ laborāti, vt bonitate ſua duplicem Naturæ bonitatem conſeruent, expellant autem & vincant malitiam illarum: Sic rectè aduerſæ vel contrariæ virtutes Naturæ malæ aduerſis & contrariis virtutibus Naturæ bonis expelluntur & vincuntur: Sed qualitates contrariæ, qualitatibus contrariis non tolluntur, verum magis ambæ irritantur, & ad pugnam prouocantur: Ex qua pugnâ maior ſequitur Naturæ Infirmatio, quàm Confirmatio, quoniam Natura non Qualitas eſt, ſed Virtus, Virtutibus etiam non Qualitatibus iuuari vult, ſi cōtra inimicum malum ſuum præualere & pugnare feliciter debet: Non enim medicus eſt, qui morbum profligat, ſed Natura ipſa (quæ eſt Interna Mumia ſeu Balſamū Internum*

*ternum) manum ſibi ipſi aduerſum omne expellit ſi deficientibus propriis viribus eius Internis, Externis viribus illi ſubueniatur à medico ſuo miniſtro: Quamuis ſæpe optimum medicamentum ſit, nullum adhibere medicamentum, & operationẽ ſoli Archæo ſeu Arti Naturæ cõmittere, Interni enim corporis Natura plures morbos pellit, quam medicus cũ ſua medicina. Quare ſi in peſtilentia ardente, opio frigidiſſimo cura perficitur aliquando, non propter opij frigiditatem perficitur illa, ſed propter virtutem venenatam ſpecificam opij, quæ maior eſt in gradu veneni quam venenata vis peſtis illius occulta. Atq; ſic Natura Venenum Veneno interficit, malum minus per malum fortius cogit: Et ita tam bonis quàm nociuis armis cõtra hoſtem pugnat, vt ſua ſalua retineat, illumq́ quocunque modo è ſuo peculio profligat: Sicut enim hyems æſtatem nõ tollit, & æſtas hyemem non pellit, ſed vnum alteri ſuccedit tantum, ſic qualitas qualitatem nunquam tollit: Sine virtute enim qualitas mortua eſt, & accidentalis tota, & per conſequens, vitam & ſubſtantiam præſtare nullam poteſt, quod tamen medicinam aliquam facere neceſſe eſt, ſi Naturam iuuare debet. Et hîc etiam obſeruatu dignum, Radices morborum in corpore Humano neq; calidas eſſe neq; frigidas, ſed cùm nihil eſſe poſſit ſine calore,*

Ceſſante Naturali medico, incipit Internus medicus.

*ita etiam morbus calidus aut frigidus eſſe dicitur, licet illa accidentia & excrementa ſint ſaltem morbi ſigna, non morbus ipſe. Morbi enim pernitioſiſſimi corporis proditores, non è materia corporis, ſeu quatuor humoribus oriuntur, ſed è natura ſeminis ſeu à Trium principiorum Aſtris & mechanicis Spiritibus Inuiſibilibus, qui ſpiritus cochleis & conchyliis ſuam etiam domum & habitationem externam fabricat. Fabricatores morborum ac Inuiſibilia hæc Aſtra veteribus fuerunt incognita: Medicina eſt ſpiritus (non corpus) ſoli mago viſibilis: Ideo in ſimplicibus corpus ſeu Terra relinquenda, & virtus, Cælum, ſeu Aſtrum accipiendum: Nam in microcoſmo & medicina ſepoſito corpore impuro, neceſſe eſt, vt vita pura in vitam agat, ſpiritus in ſpiritum, ſicuti ſol intangibilis niuem liquefaciendo euaneſcere facit: Ea ſiquidem omnium Arcanorum Natura, vt ſine materia & corpore operationes perficiant, quandoquidem morbi etiam non ſunt corpora: Et hæc eſt vera & viua Anatomia. Hic Mechanicus & Fabricator morborum in ſua Radice & Origine debet ſuperari & tolli, ſicuti in Semine tota arbor poteſt deſtrui, non in Ramo: ſic Faber Mechanicus ſeu principium generationis pyri ſuam habet in Radice habitationem, non in Ramo: Ita iniuſſa gramina dum vireſcunt,*

*Par in Tinctura phyſicorũ.*

*impe-*

*impediũtur quo minus creſcant.per Terræ corruptionem non euulſionem: vbi Centrum, Radix,& Semen morborum euelluntur & ſanantur,tunc omnia ſunt bene peracta: Non ſumus ab igne exortus, ſed ignis ipſe extinguendus; Medicus enim,qui ex complexione medetur,ſimilis eſt illi qui ignis flammam innocuam cupit extinguere, relictâ pruna ſeu carbone ignito:Illud quod ex ſemine naſcitur,non pro morbo iudicãdum eſt,ſed radix ſeminis vires complectens in curatione aggredienda. Paracelſus autem dum ſimilia ſimilibus conſeruari & cõtrariis deſtrui affirmat,nõ reſpicit primas nec ſecundas qualitates, quas ſemper Relollaceas ſeu inualidas vocat, ſed ſubſtantiam ſaltem* CHERIONIVM, *δυνάμεις Hippocraticas & Virtutum, vt videre eſt 18. cap. Tract. primi ſecundæ partis Chirurg. magnæ & aliis in locis. Similia dicuntur morborum Remedia, quia ex eâdem anatomiâ Naturæ dicũtur,quia Signaturas, Proprietates & Radices ſimiles cõtinent: Contraria verò, quia defectus & deſideria reſarciunt,quia amica ſaturitate ſpiritus & impuritates conſentaneas deliniũt,reſolutiones, conſumptiones & tacitas ablationes moliuntur. Similia autem ſimilibus conſeruari hoc pacto intelligit, Saltẽ videlicet Sulphur & Mercurium microcoſmi per Salem Sulphur &*

In primo Tractatu ſecundi libri Chirurgiæ magnæ.

Gradus & Complexiones in morbis non conſiderantur.

In libello de Antiqua medicina.

Quilibet enim morbus ſuo propriaſo proprio curari debet.

*Mercurium macrocoſmi analogicè conuenientē: Et ſicuti in microcoſmo varia ſunt Sulphura ( aliud enim capitis, aliud cordis &c.) Mercurij item varij, & varij Sales, ſic etiam in magno mundo his correſpondēs apparebit varietas Sulphuris, Salis & Mercurij in herbis & mineralibus: Ignis miniſterium illorum conuenientiam, repugnantiam, & differentiam manifeſtare ſolet: Et quia omnes materiales morbos diſtribuit, ſecundum tres illas ſubſtantias, è quibus corpora noſtra ſunt compoſita, & ſecundum ſuperfluitates excrementitias à cibo & potu prouenientes: Morbos à Sulphure accenſo ortos (ſiquidem Sulphur viis quatuor deſtruitur & exaltatur, videlicet à quatuor Elementis) in corpore Humano vocat Sulphureos, vt ſunt omnes Inflammationes & Febres: A liquore prouenientes vocat Mercuriales: Mercurius enim ſeu calore digeſtiuæ Virtutis accidentalis, vel calore Exercitationis, vel calore ex Aſtris exorto exaltatur ſupra Naturalem gradū tribus viis: Calore namq; digeſtionis deſtillatur, & facit apoplexiam cum ſuis ſpeciebus: Calore Exercitationis ſublimatur, & facit Maniam & Phreneſin: Calore Aſtrorum præcipitatur, & facit ex eſculentis & poculentis Tartaro abundātibus Podagram, Chiragram Arthcticā. A Sale excitatos vocat Salinos & Nitroſos. Sal*

*namq;*

*namq; per exaltationem via quadruplici lædit ſanitatem & graues morbos producit, Reſolutione, Calcinatione (per amiſſionē liquidi & humidi Temperamenti) Reuerberatione, Alcalizatione, vt ſunt vlcera, Scabies, Serpigines, Impetigines, Pruritus & eiuſmodi, qui omnes Salis reſoluti morbi ſunt. Cauſa deſtructionis Salis, Crapula digeſtionem deſtruens: Luxuria immodica, cauſa Reſolutionis Salis microcoſmi: Aſtra etiam deturbāt Salem ex ſuo gradu: Sal illud in omnia genera Salium tranſmutari poteſt, & qualis eſt tranſmutatio, talis etiā eſt morbus. Dicit igitur Sulphur accenſum in corpore microcoſmico, Sulphure macrocoſmi Harmonicè conuenienti eſſe curandū, ſed qui finem illius propoſitum reſpicit, tale Remediū morbo erit contrariū, ad extinguēdum enim tale Sulphur in corpore accenſum (febrim puta ſi Ignis ſit vniuerſalis & ſcaturiginis initium in corde habeat) vult, vt ſumatur Sulphur appropriatū (non loquor Mercurialis nec Sal) qualia multa in Naturæ Horto, & Familia Herbarū ac Mineralium reperiuntur, vt Sulphur Vitrioli, Nitri, Salis vulgaris & ſimilium. Similiter docet vlcera (per Sales excitata) debere curari per Sales: ſed ſi ſcopus ipſius animaduertatur, tales Sales ſunt cōtrarij illi, qui malū excitauit, & ipſi malo aduerſātur: Sunt.n. incarnatiui & cōſoli-*

*datiui, vt Thus, Maſtix, Myrrha, Aloës: Indè liquet quod Salem quandoq; etiã nominet omne id quod liqueſcit, & reſoluitur in humiditatem aqueam, & ſiccando indureſcit caloris beneficio, vt ſunt Arborum & Herbarum ſuccè inſpiſſati: vt ergo tria ſunt, è quibus medicina omnis oritur, Mercurius, Sulphur, Sal: ita etiã tria morborũ genera, Mercuriales, Sulphurei, Salini. Quicquid vlceratur, curatur per Mercurium incarnantẽ. Quicquid in viſco ſtat, per Salem. Quicquid in igne, per Sulphur. Hoc ergo ſubductis rationibus ratum ſit: Medicamenta, vtut morbo ſint contraria, oportere tamen neceſſario illa Naturæ eſſe planè amica: Pacem enim illa quærit ab omni controuerſia liberam, idq; ſolum amicorũ ope & Auxilio, quæ ſi ſuccubuit, Medicorum opera fruſtra implorari ſolet. E contra ſalua ipſa incredibilia facit miracula, ſicuti Anno 1602. Pragæ vidimus in Nouâ vrbe in quodam Bohemo ruſtico nomine Matthæo, circiter 36. annos nato: qui dum per biennium mirâ & inaudita quadam gutturis dexteritate multoties apud bibulos iuſtæ magnitudinis ferreum cultrum, in guttur ſuum ſatis amplum ceu vaginam, corneo manubrio prius intrudendo inſtar præſtigiatoris dedita opera occultaret, ſuperbibendo bonum hoc nomine, impetratum ceruiſia hauſtum, & poſtea eundẽ iterum*

Omnis Terreſtreitas eſt Sal. Paracelſ.

Salis corroſionem ſanat Cõſolida.

Sulphuris diſſolutionẽ reſtaurãt Crocus.

Mercurij nimiam ſublimationem ingreſſat aurum.

Natura noſtra morbis medetur remotis impedimentis: Contra hæc impedimenta ægritudinem cauſantia Naturam iuuamus.

Stupenda & vera Hiſtoria.

*iterum pro libitu (ſingulari arte) cuſpide retraheret, neſcio qua ſua infelici & dementi temeritate poſtridie Paſchatos eiuſdem anni, eundem eatenus deglutierit, vt planè in ſtomachũ deſcenderet, & ab ipſo nullo amplius artificio retrahi poſſet: & poſtquam ex apprehenſione indubitata mortis ſubſecuturæ quaſi ſemimortuus dictum cultrum ſeptem integras ſeptimanas & duos dies in ſuo vētriculo hoſpitatus eſſet, vſu & adiumento Emplaſtrorum Attractiuorum è Magnete & aliis, cuſpis eiuſdem naturali impulſu, iuxta orificium ſtomachi exitum moliri cœpit, quo deprehenſo inſtanter petitum fuit à patiente (multis tamen propter imminens vitæ periculum factum diſſuadentibus) vt incidendo extraheretur. quod tandem precibus in omnis fortunæ & valetudinis dubiæ tamen euentum à primario Regni & vrbis Chirurgo Floriano Matthis Brandeburgēſi die iouis poſt feſtum Pentecoſtès hora ſeptima matutina impetratum, & feliciter DEI nutu præſtitũ fuit. Color exciſi cultri pollices tranſuerſos nouem longi, nũc inter rariora Cæſaris repoſiti, (compluribus hominibus tam in aula Imperatoris quàm in vrbe incredibilis miraculi inſtar cõmõſtrati) ita fuit immutatus in ſtomacho, ac ſi per illud tēpus in igne iacuiſſet. Ruſticus a ſpatio paucarũ ſeptimanarũ adhibitis legitimis ab*

*experto Chirurgo remediis ſine vlla vlteriori ægritudine & moleſtia ſemper bene comedens, bibens, & dormiens, vt mihi aliquoties referebat, DEI auxilio, & multorum erga egenū liberalitate, contra determinatam Aphoriſmorum medicorum aſſertionem, priſtinam ſanitatem integram gratis recuperauit, & paulo poſt nuptias celebrauit. Similiter anno 1606. Quidam Sileſius Pragæ accepta pecunia in præſentia multorum hominum deglutiit albos ſilices ad ripam collectos, numero quadraginta ſex pendentes ferè tres libras medicinales, quorum minimus magnitudinem oui columbini æquabat, ac omnes vix à me quatuor manipulis comprehendi poterant: Hoc temerario auſu per aliquot annos ſine valetudinis incommodo quæſtum hinc inde in vrbe fecit, &c.*

## V. MEDICI NATVRÆ Miniſtri Officium.

*SIcuti Philoſophiæ vulgaris Terminus non in Ariſtotelem collocatus eſt, vt ſolidè mōſtrauit P. Ramus: ſic nec totius Naturæ Lumen, teſte Paracelſo, in ſolo Galeno eſt exhauſtum. Libertatem humani ingenij, Naturæ Lumen, diſcernendi iudicandiq́ facultatem, homines hominibus eripere non debent, deſiit enim Monarchia Græcorum. Ideo qui in arte medica excellere*

*tellere cupit (ſiquidem nemo poteſt veraciter doctus euadere, qui in vnius duntaxat facultatis rudimenta iurat) ab omni ſectæ genere debet eſſe alienus, nec iurare in alicuius autoris ſententiam, ſed nudam tantum Veritatem ſectari, eiq́; ſubſcribere, ſemper memor illius Horatiani;*

*Quo me cunque rapit tempeſtas, deferor hoſpes.*

*Nullius addictus iurare in verba magiſtri. Nec aliorum inuenta, vni ſectæ adhærendo, in vniuerſum reijcienda ſunt, ſed omnes ſectæ, quotquot ſunt, familiariter ſunt agnoſcendæ; cum ſecundum nobiliſſimum ac ſapientiſſimũ Philoſophorum phœnicem Picum Mirandulanum, profundiſſimi ingenij, & multiplicis eruditionis inimitabile exemplar, in vnaquaque familia ſit aliquid inſigne, quod non ſit ei commune cum cæteris: Nullus liber tam malus & abiectus qui non aliquid boni ſæpè à præſtantiſſimis autoribus neglectum in ſe contineat: Ætas poſterior, ait Fabius, priori amplius erudiendæ laborauit; & dum ipſæ ſcientia cum ingeniis creſcunt, multos Ethnicorum turpiſſimos errores, Poſtea ſapientior proles, tanquam ſecunda ſpongia abſterſit: Neque dubium plura adhuc delitеſcere in Sapientiæ & Naturæ Theſauris occluſa (Temporibus &*

*Omnia occulta ex ordinatione diuina debent fieri manifeſta.*

*Nationibus in ſæculi conſumptionem immutabili lege deſtinata ) ſagacium hominum conatibus eruenda, quàm quæ noſtris ſenſibus ſunt peruia. Natura ſiquidem, cum ſit circularis, difficulter ab vllo mortalium ob vitæ breuitatem integraliter comprehendi poterit. Hæc cum ita ſint neutrorum ſiue veterũ ſiue Theophraſti Medicina in totum reijcienda: neq; ſic amplectenda, vt ſi qua alia inuenta fuerit melior, huic quoque locum relinquamus, quia dies diem docet, & ſecũda prioris magiſter eſt, ambæ ſimul ſunt conferendæ, & quicquid melius in vtraque fuerit retinendum. Homines cum ſint, humana quoque patiuntur, alicubi errant, alicubi contraria & pugnantia ſcribunt, nonnunquam à ſe ipſis diſſentiunt, in multis hallucinantur, nec omnes omnia vident. Solus Spiritus ſanctus plenariam omnium ſcientiam habet, qui diſtribuit omnibus ſecundum certam menſuram, & ſpirans vbi vult, multa ſibi reſeruat, vt ſemper nos habeat ſui diſcipulos. Sit autem verus* Medicus, *Naturæ miniſter, non Magiſter & Hippocratis ac Galeni ſententia Philoſophus medendi peritus: Et quia dum Philoſophantium genera, quidã naturas rerum Elemẽtares ſub ſphæra Lunæ, vulgari modo inquirunt, quidam longè ſplendidiores & veriori nomine Philoſophi Arcana &*

*Experientia quotidiana, quæ ſuum finem nondum aſſecuta eſt, multa veterum errata detegit.*

*Natura*

*Naturæ ſecretiora veſtigāt, hi Naturæ penitiora adyta & ſanctuarium eius ingrediuntur, ac veram habent cognitionem & experientiam Luminis Naturæ, unde veri Medici oriuntur: Nam innata vis Naturalis creſcentium Terræ, per Chymiam copulata cum conſtellatione Firmamenti, mediante dexteritate medici, ab Influētia cœleſti cauſata, hæc tria demum genuinum pariunt medicum: At ſecundum Paracelſum primò ſit legitimus* NATVRÆ INTERPRES, *cuius Oeconomiam ſolus ſcrutatur, eiuſq́; vniuerſam latitudinem, omnes omnium Creaturarum ſpecies & genera per ſe cognita, tandem in Homine etiam intuetur. Philoſophia docet vires & proprietates Terræ & Aquæ, ſicuti Aſtronomia Firmamenti & Aëris: Philoſophia & Aſtronomia faciunt perfectum Philoſophum, non ſolum in macrocoſmo, verum etiam in microcoſmo. Medicus habeat cognitionem Philoſophiæ & Aſtronomiæ: Chyromantia enim, Pyromantia, Geomantia, ſunt Elementa Aſtronomiæ & Philoſophiæ: Theophraſti enim Naturæ opificium, per vniuerſæ Creaturæ ingentem hanc machinam contemplantur, admirantur: qui Cœlorum corporumq́; ardentium qualitates, affectiones, motus, curſus, recurſus: tum eorum etiam ortus, occaſus, anteceſſiones, conſecutiones, progreſſus,*

B. in Chirurgia magna.

Philoſophus verus originem habet ex cognitione Cœli & Terra, & illorū Naturam & proprietatem exactè nouit. Ex admirari cœptum eſt philoſophari.

*digreſſus, moras, impetus: qui ſemina denique & principia, dimenſiones, ac inſtinctus corporum ſublunarium omnium, magnis obſeruationibus nec minori diligentiâ, cautè examinare, ſagaciterq́; perquirere ſtudent: Ex qua quidem ſolertiâ, & perpetuâ meditationis & cogitationis illa, quâ laborant ſiti, votiśq; deinde ſcandunt, ut Naturæ myſteria & ſecreta maxima, non modò intellectu capere, ſed & re ipſa imitari, & quod ſummum eſt etiam præſtare norunt. Philoſophus vbi deſinit in Naturali Lumine Macrocoſmi, ibi incipit Medicus in Naturalis Luminis Microcoſmi Analogicâ Concordantia cum priori.*

*Per han meditationẽ, quæ frequẽs eſt cogitatio, modus causa & ratio vniuscuiusque Rei inueſtigatur.*

*Philoſophus à medico, & medicus à Philoſopho oritur, vterque alterius radix, vterque vnum omniũ cocus Spagyrus.*

*Secundo ſit etiam SPAGYRVS qui Rei medicæ habeat ſcientiam, purum ab impuro ſeparare, ægrotumq́; ſanitati per præparationem Alchymicam reſtituere ſapientem: Sicuti enim Aurum ſepties in igne probatur, ita etiam Medicus per Vulcanum bonum à malo ſeparantem probari debet: inſuper etiam è ſua Experiẽtia naturalium operum diligenti inſpectione confirmata aliquid habeat. Nam Philoſophia eſt Medicina Practica, porrigẽs medicis in manus omnem medicinam, & verus ille demum Medicus è Lumine Naturæ natus, cui Natura ſuã Experiẽtiam communicat. Nullus autem mortalium (adſit veriuerbio venia) in vniuerſa*

*Philoſophia eſt mater medicorũ & explicatrix morborum & remediorum.*

Philo-

*Philoſophia, & Medicina indubitato cœli fauore tã ardua & abdita arcana ſciuit, ac in publicum protulit, ſicuti THEOPHRASTVS ille PARACELSVS, vir & Philoſophus omni æternitatis memoria & honore digniſſimus, cuius peritiam nemo adhuc inuentus qui attingere, nedum ſuperare potuerit, verus medicinæ monarcha, & primus Microcoſmi medicus, qui de Interno Aſtrali Homine, eiuſq́ officio à Deo creato, item de magnorum morborum incurabilium origine tam Naturali quàm Metaphyſica à temporibus Noë ſolus ſcripſit, quod è ſuperiorum ætatum medicis ne per ſomnium vlli in mentem venit: multò minus noſtris Philoſophiæ Ethnicæ ſectatoribus, à qua Gentili Philoſophia, omnis error promanauit, quod vt ſupra dictum duplex Creaturarum corpus incognitum ſilentio præterierit, Corporeum videlicet Mortale, Elementatum, Phyſicum & Viſibile ex Elementis: Aſtrale Sydereum & inuiſibile à Firmamento & ſtellis. Intellectualis Anima Hominis, Lux Diuina ſpiraculo DEI & Diuinis fontibus emanans ad Inuiſibilem pertinet Philoſophiam, cuius Fundamentum CHRISTVS eſt: Chriſtianè ergo debebamus Philoſophari, non Ethnicè in linguis & artibus caducis & temporaneis, mortale & caducum æterno præferẽdo: Neq; ſolum Natura tota externè &*

*E fundamento fidei & Nouæ Regenerationis ſeu Cœleſti Tranſplantatione perfectè addiſcuntur omnes ſcientiæ.*

*internè nobis cognoſcenda eſt, verùm etiam danda vnica opera, vt iuxta Fundamentalem eiuſmodi cognitionem ſuperno* Luminis Gratiæ *beneficio, vnà cum Chriſto & omnibus Electis poßideamus Vitam Æternam ad quam à DEO creati ſumus, quæ vera Philoſophia Theologica eſt: Ideò Renaſcentia primùm quærenda, ſic reliqua Naturalia nobis nullo negotio adijcientur. Sed ad Theophraſtum reuertamur. Artis* Chymicæ *fuit inſigniter peritus, illius tamen author non eſt: Magnus Philoſophorum ingenio & memoria pro libris vtentium numerus eſt, qui ante natum Theophraſtum per illum claruerunt, & à quibus Paracelſus multa tacitè mutuatus eſt: Fuit enim inclyta Ars ab illa Pyronomica antiquißima, ab ignorantibus immeritò diffamata, ſolis potiſſimum Regibus, Principibus, & paucis quibuſdam Philoſophiæ Naturalis Indagatoribus ſolertißimis quondam cognitißima, non minimum tamen per ipſum Paracelſum Arcanorum Monarcham cepit incrementum: Et quia Antiquitatis doctrinam, fatali quadam temporum hominumq́; deprauatione & negligentia, multis annis deperditam, & obliteratam, Veram videlicet & Philoſophicam Medicinam ſuo tempore à nemine hactenus reſtituere tentatam, ſingulari DEI prouidentia & impulſu è.*

*Homo non poteſt habere maiorem Philoſophiã, quã è Deo in noua generatione.*

*Apud nullas nõ gentes effloruit hæc Philoſophia.*

*ſus è tenebris in lucem eruare, reſtaurare, ampliare, eiusq́ obſcuritatem magnam euoluere & illuſtrare, & à fucato dolo impoſturaq́ larua repurgare, imò diuinâ quadā copulatione ex totius circuli ambitu ad vnicum centrum reuocare vniuerſam ſcientiarum ac muſarum conſonantiam conatus eſt: Ecce Diabolus generis humani & Veritatis emergentis perpetuus hoſtis ac indiuiduus malitioſusq́ comes, excitauit etiam ſuos emiſſarios & ſatellites, illóſque adhuc hodie concitat, qui Caninâ quadā Inuidiâ alios à pabulo, quo ipſis frui non licet, arcere ſtudent, & ſingulare illud* bonum *humanis inuident neceſſitatibus: Et neſcio, vtrum maiori impietate, quam blaſphemiâ factum ſit, vt quæ ſingularia* Theophraſti *peculiari influētiâ nati medici dona, in curandis morbis deploratiſſimis ſolitis medicinæ Autori (à quo ceu à Luminum Patre omne bonum & perfectum Donum) cum humili gratiarum actione debitáque reuerentiâ aſcribere debebant, hæc pro animi ſui in Veritatem virulentiâ, more Phariſæorum ipſi Diabolo maligno quaſi effectori (quem Omnipotentis fune ligatum Lumine Gratiæ & Naturæ priuatum Deo benigno & glorioſo potentiorem faciunt) non ſolum impio & ſacrilego auſu, verum etiam nefario & inexpiabili ſcelere attribuerent: Deo ſoli illa ſunt*

Medicus à Deo creatus omnia poteſt.

Iacob. c. 1. ſect. 17.

*Omnis poteſtas à* Domino Deo eſt, ſine quo nihil poteſt omnis Creatura: ſic omnia magnalia, myſteria, Arcana, ſoli Deo, non Diabolo, Creatura aut Aſtris imputanda.

*aſcribenda, ut uniuerſitatis auctori & Naturæ Legiq́ eius, quæ illi Diabolo affingere non verentur, cui tamen in voluntatẽ aut intellectum Hominis nulla eſt conceſſa potentia: Et ſic Dæmones pro Deo colunt, Gloriam, Bonitatem, Omnipotentiamq́ DEI blaſphemantes, eiusq́ Sapientiam ſeu Imaginem in homine latẽtem, malitioſa ignorantia obſcurantes. Germani noſtri medici patriæ ſuæ Germaniæ, non ita debebant eſſe iniurij, & contemnere Naturæ ſuæ cõceſſa diuinitus Arcana: ſolum quæ ſua nõ ſunt, ſed aliena potius expetunt, laudant, ſuaq́ vili quodam animo ſupprimunt, ſicuti etiam cum deplorando iuuentutis in ſtudiorum progreſſu impedimento P. Ramo ab inuidis ſuis popularibus in Philoſophia ſimplici, communi & corruptibili contigit. Quemadmodum enim Ariſtotelici in hunc immeritò inſurrexerunt, ſic etiã medici promiſcui in Theophraſtũ Paracelſum, cuius eruditionem meritò admirantur & obſtupeſcũt * nationes Externæ. Nec hac ſua medica contenti prouincia, falcem ſuam in alienam meſſem mittentes, ipſius Theologica, nec viſa, nec lecta, nec ob ingenij ſui paupertatem intellecta (cùm tamen ſolus Intellectus diuinæ Sapientiæ afflatu correptus Veritatem indicet) cauillari non ſunt veriti, in quibus coniunctum* Theologicæ & Philoſophicæ *Veritatis Pietatisq́*

* Sic enim ſcripſit, ut nobis ſpem omnẽ imitationis abſtulerit. Vide librũ Paracelſi de Fundamẽto Sapientiæ. Item Surſum corda. Percipiet qui ſcripta eius nõ oſcitanter deguſtauerit, ſed illa medullitus examinarit.

Theologia & Medicina ſemota diuulſione coniungenda ſunt, ſiquidem Corpus Animæ domicilium eſt.

*tatisq́ perfectè è* Libro Gratiæ & Naturæ *deſumptum invictiſſimum Fundamentum ingrato & indigno mundo fruſtra manifeſtare conatus eſt, videlicet vt mens noſtra ad Deum eleuetur, & oculi noſtri ad Veritatem erigantur requirendam, ac per Regenerationem ad Beatitudinis futuræ deſiderium. Sine Philoſophia enim ſummè pium eſſe planè ἀδυνάτον: nec etiam ſummè & Chriſtianè in vtroq; Lumine Philoſophari quis poterit vnquam, qui nō verè pius ſit: Nota enim ſunt duo Lumina, intra quæ Omnia, extra quæ Nihil, & nulla perfecta rerum cognitio* Lumen Gratiæ *Verum Theologum gignit, nō tamen ſine Philoſophia:* Lumen Naturæ (*quæ eſt Gazophylacium Sapientiæ DEI ſacris literis confirmatum*) *Verū Philoſophum efficit, non tamen ſine Theologia, quæ Fundamentum eſt Veræ Sapientiæ. Opera DEI bipartita ſunt: Naturæ opera ſeu viā complectitur Philoſophia: opera ſeu viam Chriſti ipſa Theologia: in his duabus viis Tempus noſtrum caducum impendendum eſt, vt in pace & gaudio moriamur. Hinc patet omnem verum Theologum Philoſophum eſſe, & omnē verum Philoſophum Theologum. Tentarunt poſt Paracelſum eodem hoc recto & compendioſo tramite incedentes beatæ & honoratæ memoriæ ſapientiſſimi & cum innocentia tum doctrina*

*Numē & Lumē hac ſola duo Hominem perfectum reddit, & Lumine Naturæ bene cognito, cognoſcitur Deus ſeu Numen Gratiæ. Meditando ſeu contemplando cognoſcimus, cognoſcendo delectamur, delectando adhæremus, adhærendo poſſidemus, poſſidētes fruimur Veritate quæ eſt pabulū Animæ noſtræ.*

*Lege Diu. Dionyſ. & Picum Mirandulanum.*

*Cant. cantic. cap. ſect. 3.*

*integerrimi viri* Paulus Braun Norinbergenſis, Valentinus Weigelius, & Petrus Winzius (*inſtituti & illuminati non in ſenſuali incipientium, nec in rationali Proficientium, ſed in perfectorum Tertia* MENTALI *ſeu* INTELLECTVALI *Pentecoſtes ſchola, in qua Prophetæ, Apoſtoli, & omnes verè docti in vita & Veſtigiis Chriſti ambulantes ſine labore & tædio didicerunt) qui teſtibus diuinis planè & nullo vnquam æuo intermorituris manuſcriptis ingenij ſui & depictis monumentis poſt ſe relictis (ſuo tempore in lucem Altiſſimi nũ prodituris ni indignitate & ingratitudine mundi deterreantur) toti in eo fuerunt, vt ſecundum Diuinæ volũtatis beneplacitum lectorum Animi diuina cooperante gratia, adhuc in hoc corporis inferno ac miſeriarum iugo hoſpitati, poſt ſeriam lapſus noſtri cognitionẽ & deplorationem, per frequentem & aſſiduam Diuinorum contemplationẽ, & ſui ipſius (per Chriſtum) annihilationem, abnegationem, immolationem & mortificationem, relictis poſt tergum vmbris, ad ſeipſos in Templũ Cordis introuerſi, Talẽtum & Theſaurum ingentem intra ſemet abſconditum & occluſum, aſſiduo Pietatis exercitio eruerent: ne cum miſeris mortalibus, ſeipſos & per conſequens omnia ignorantibus, Deumq́ in ſemetipſis oſcitanter negligentibus,*

Dum aliena auidius ſcrutamur, nosipſos diſcimus ignorare, &

fruſtra

*fruſtra ex cæcitate & ignorantia (abeuntes retro poſt veſtigia gregum ſuorum) quærerẽt extra ſe, per multos libros, per mortales præceptores, per lõginqua itinera proficiſcentes, ſummo & diuturno labore, ſtudio & defatigatione, illa, quæ tamen intus apud ſe poßiderent abundanter, ſi videlicet planè ſibi ipſis mortui, & per Sabbathum ac temporaliũ obliuionem toto Animali ſuppreſſo Homine, qui nil niſi TERRA eſt, ingreßi in ſe ipſos cum Dauide Pſal. 40. Expectando expectantes Deũ magiſtrũ in ſancto ſuo Templo, in cordis Abyſſo ſeu in intimis Animæ noſtræ Pſal. 5. habitantem, ſuo ſpiritu in nobis loquentem, & omnia in nobis operari, mẽtemq́ illuminare cupientem non impedirent, quæ eſt Hominis ſalus ſumma & Beatitudo, atq́ ipſe deſtinatus Cabalæ Finis. Sed, proh dolor! malunt in ſe ipſis maximo ſuo damno & exitio ſui iuris manere, infelices, inſipientes & miſeri Homines, quam in Deo, cum Deo, & apud Deũ felices & ſapientes eſſe. Cor Hominis Renati eſt DEI inhabitantis Eden ſeu Voluptatis hortus: Deus enim creauit Mundum & Hominem vt habitaret in eis tanquam in propria domo ſeu Templo, quamuis ob Tenebricoſum quaternarij Punctum nunc non conſpiciatur: at poſt conſummationẽ huius Renouandi ſæculi ex Hominis Ternario, ſecundum Animam, Spiritum, &*

quando omnia percurriſti quid te neglecto profeciſti? Epiſt. 1. Ioh. 2. ſect. 20. 27. Pſal. 95. Habacuc 2. ſect. 19. Pſ. 58. 84. 85. ad Philipp. 3. Zach. 2. ſect. 12. 1. Cor. 3. ſect. 9.

Sopitis ſenſibus tranquilla mẽte Deus expectandus, qui ſuam dat benedictionem ubi vaſa ſua reperit.

Chriſtus in Templo, Cordis inuniẽdus.

*Apocalyp. 21. ſect. 23.*

*Corpus Regeneratio (Noua Hieruſalem quam Vnitrina Eſſentia Dei & ſacroſanctiſſima Triunitas inſeparabiliter inhabitabit) non aliter coruſcabit, quàm radiãs color igneus per Rubini vel Carbunculi pellucidum, immaculatũ ac formoſum corpus relucere ac ſcintillare conſueuit. Terq́; Quaterq́; Beatum, in quo ceu Corporali Angelo ipſe Deus Homo eſt, cuius animus incontaminatus Dei Hoſpitis Templum eſt, vbi Siniſtra Hominis nõ ſcit quid faciat Dei Dextra. In hunc vnicum ſcopum Deum, omnium oculi, reiectis impedimentis in via occurrentibus, tendere debent (ſiquidem in hoc mundo Vanitas Vanitatum, & omnia Vanitas præter amare Deum, illiq́; ſoli inſeruiendo adhærere) & ſic per humilem ſubiectionem uniri cum vero eſſe; ne per inobedientiam, arrogatam voluntatem ac propriam complacentiam, Imaginis Natura & proprietate neglecta, relicto Deo, deuio errere tanquam Proprietarij in nos ipſos aut Creaturas prolabamur in Vanum, & in Malum ſeu noſtrum* Nihilum *recidamus neceſſariò: Anima enim ſi recurrit intra ſe ipsã & conuertitur in* Mentem, *appropinquat Deo, omnia videt, nec opus habet externa diſciplina, Angelorum more, qui omnia ab intra diſcunt, audiunt, vident: Conuerſa in ſenſus elongatur à Deo, & diſcedit à Deo impurum à puro.*

*Creatura iure obligata eſt Creatori ad obedientiam, vt vna maneat cum Deo noſtra voluntas.*

*Geneſ. 6. ſect. 3.*

*Lapſus Hominis & Malũ noſtrum eſt defectus ab vnitate ad alteritatem.*

*Seneca: Quoties inter Homines fui, ſemper minor Homo demum redij.*

*ro. Myſterium hoc ſpiritus Academicus capere non poteſt: Sola enim Pia ac Religioſa Humilitas, virtutum nobiliſſima, Illuminationis capax. Sed cùm Veritas hæc non poſſit comprehendi, niſi Intellectus noſter per* Verbum *Domini incendatur, & Ratio per* Mentem *Lumen Diuinum accipiat, nec de his myſteriis hoc loco incommodo plura in publicum profari fas ſit, à diuerticulo in quod iuſta ratio me abduxerat ad Paracelſum medicum regredior.*

*O quàm difficulter ſtuleſcūt ij, qui ſe in ſapiētiam humanā ſemel immerſerūt.*

*Debebant autem noſtri medici tanta DEI Dona in eo exoſculari, & hominem, (quem μωμεῖσθαι facilius, quàm μιμεῖσθαι) ob artem ingenioſiſſimam potius amare, quàm ob mores & verba non omnibus obuia odiſſe. Barbariem ſcriptorum eius excuſet ſæculum; deplorandam commentariorum obſcuritatem malitioſa hominum ingratitudo, inauditam nominum nouitatem mira Philoſophorum conſuetudo, quę ignauum pecus alienæ induſtriæ arrodēdæ natum, à ſanctiſſimarum ſcientiarum penetralibus ſemper arcuerunt, iuxta illud Platonis,*

*Artes vt lateant, ſua perq́; Ænigmata creſcant.*

*Dominij iura & libertates vbique cōceſſæ ſunt. Quilibet in ſe deſcendat, ſi illa quæ Theophraſtus nouit tenuiſſet, nunquid vellet omnibus hominibus hoc dicere: Faceret contra iuramen-*

*tum Hippocratis, qui etiam medicinam non o-*
*mnes docere voluit. Imò occultandum eſt ſecre-*
*tum, quod Deo ſoli conceditur reuelandum, &*
*quod propalatum aut mortem vel carceres vel*
*ignominiam, aut ad minimum continuum me-*
*tum & ſpontaneum exilium (niſi mentiendo &*
*defraudando maculam perpetuam tegendi ſui*
*cauſa, nomini ſuo inurere velint) procul à pa-*
*tria & ſuis ſecuritatis gratia adferre ſolet, ſicu-*
*ti præter recentiorum exempla, teſtantur ipſius*
*Lullij, Arnoldi, Zachariæ Pariſienſis & alio-*
*rum. Veri Philoſophi Hermetici ſacramentum*
*poſuerunt, ſe patrum & præceptorum veſti-*
*gia imitaturos, nec vlla temeritate ſeruatam*
*à ſæculorum exordiis Naturæ virginitatem*
*prophanaturos: Iuratis tamen ac perpetua gra-*
*titudine & fide obligatis diſcipulis à Natura*
*aut Inſtitutione dignificatis præcepta dede-*
*runt, multo adhuc ſudore enucleanda. Arbi-*
*trantur, qui iudicio parum valent, ſi quid Pa-*
*racelſus in Methodicos Experientiæ, ſi quid in*
*Empiricos Scientiæ expertes inuehatur, nulli*
*medicorum generi eum parcere, ſe ſolum atque*
*vnicum orbis Terrarum medicum profiteri:*
*Damnat ille ſaltem medicorum vulgus tam*
*Theoriæ quàm Practicæ imperitum: nec ſanè*
*illi pro medicis ſunt habendi, qui cum nil me-*
*dendo præſtent, Verboſe tantum & Syllogiſti-*
*cè, de*

*Sine labore, nemo debet artem poſſidere.*

*cè, de rebus medicis digladiantur, quod eſt ſtultæ ambitionis ſignum, ſibiq́; medicinæ methodum vendicant, genus hominum faſtu ſuperbiaq́; tumidum, & ad opprimendam Artis Medicæ veritatem natum. E quibus nonnulli (quandoquidem ſuperbis & inexpertis pœnitentia Reuocationis ſummo opere aduerſatur) erga ipſum Theophraſtum ita ſunt animati, vt vel perire ægrum malint quàm medicamenta ab ipſo præſcripta vſurpare: plurimi etiam eã ob cauſam medicamenta eius contemnunt, ne ſi iſta palàm vſurpentur, eorúmque mirabilis conſpiciatur effectus, de ſua autoritate aliquid ipſis decedat: atque ita, quò meliora, eo contemptibiliora apud ipſos ſunt. Et quamuis Theophraſti cenſores, Methodici fallaces (qui comperendinando remedia, ægritudinem producunt ſuum ad compendium) genuinos Chymicos inſimulent, quod Veram reliquerint methodum, nihil eſt, cum illa, quam Paracelſus ſequitur & Rationi & Experientiæ conſentanea ſit, ſicuti Intelligentiæ Lumine præditis manifeſtum eſt: Neque nos vllius autoritati ita debemus eſſe addicti, vt Veritatem ipſam non anteferamus, cum ſine hâc Auctoritas omnis pernitioſa ſit, nulliuſq́; momenti à prudẽtibus æſtimari debet: Non à quo, ſed quid dicatur attendendum, & nemo tam aliorum iudicio*

*addictus ſit, vt prorſus omni ſpolietur pro-prio.*

*Vera methodus conſiſtit in cognitione Morbi eiusq; Curatione, videlicet quæ victus Ratione Medicamentiſq; conuenientibus morbum pellit, ſanitatémque introducit: Ideò VVimpenæus eruditè diſſerit grauiſſimos morbos hodie à Paracelſiſtis tres ob cauſas ſanari.*

*PRIMO, quod morbi perfectius cognoſcantur. olim enim, cùm omnes ad quatuor humores referrentur, ij non potuerunt curari, quorum cauſa fuit Tartarus alicui membro inhærens, qui ad nullum ex illis quatuor poteſt referri. Dum autem in Tartarum hîc incidimus, eius vberior mentio hoc commodo loco facienda eſt.*

*Omne mẽbrum ſuã digeſtionẽ, ſeparationem in ſe propriam habet, ſuũ item emũctorium, excrementum.*

*Ex vltima cibi materia per Archæum ſtomachi digeſtionem videlicet, ſeparationem & generationem ſeparationis, emergit primum Ens ad Vitam, vnde corpori ſuum nutrimentum & cibus: Reducitur in Sulphur, Mercurium, & Sal, vt apparet in tribus præcipuis emunctoriis: Salis ſiquidem ſuperfluum per vrinam ſeparatur, Sulphuris per inteſtina ſecernendo excernitur, Mercurius ſeu liquor Nutrimenti locum occupat, ſi fortè in eo quid ſuperfluum occurrat per poros pellitur.*

*Digeſtio prima ſtomachi non eſt digeſtio, ſed præparatio, pro digeſtionibus particularium membrorum.*

*Omne quod comedimus & bibimus habet in*

ſe

*ſe mucilaginoſum, luteum, & arenoſum Tartarum ſanitati humanæ nociuum: Natura non accipit niſi quod purum eſt: Stomachus qui eſt inſtrumentum Archæi Hominis, ſeu Internus Chymicus innatus ac à Deo implantatus, ſtatim vbi ad ſe recepit comeſta ac ingeſta, ſeparat impurum fæculentum Tartareum à puro Nutrimento: ſi ſtomachus validus, & maximè vi ſua ſeparatiua, purum tranſit ad mẽbra nutrimenti cauſa, impurum per ſeceſſum exit: ſi ſtomachus debilis, mittitur impurum etiam per venas meſaraicas ad hepar, ibi ſecunda fit digeſtio & ſeparatio: Hepar ergò ex duobus illis ſeparat viciſſim purum ab impuro; videlicet Rubinum à Chryſtallo: Rubinus eſt nutrimentum omnium membrorum, cordis, cerebri, &c. Chryſtallum ſeu quod non eſt nutrimentum expellit ad renes; & eſt vrina, quæ nil aliud eſt quam Sal expreſſum à Mercurialibus per violentiam ſeparationis in reſolutionem coactum, quod reſoluitur per hepar in Aquam & expellitur: Si hepar ex debilitate non rectè ſeparat, mittit mucilaginoſum & calculoſum ad renes, ibi in defectu bonæ ſeparationis, ex potentia prædeſtinationis * mediante ſpiritu Salis coagulatur in Arenam ſeu Tartarum aut Bolare aut Mucilaginoſum. Tartarus ergo eſt Excrementum cibi & potus, qui in homine per ſpiri-*

* quando videlicet ſpiritus Salis, carnis ſcilicet & vrinæ vniuntur.

Prima ſeparatio Tartari vſneã dat quæ Hepatis eſt: ſecunda Grandinẽ quæ Stomachi: Tertia Lapillum, qui Renũ & Veſicæ eſt. Quilibet Homo habet vſneam, & grandinẽ, lapidem vero non.

*uum Salis coagulatur, niſi vi propria expulſiua immiſceatur excrementis, & ſimul egeratur, unde alioquin quatuor ſpecies Tartari, Calculus ſeu lapillus veſica, Arena renum, Bolus ut & Viſcus ſeu Lutoſum ſtomachi, item varij morbi veteribus incogniti oriuntur. Paracelſus inſuper Tartarum diſtinguit in Peregrinum ſcilicet ex cibo & potu ac Innatum (ex ſanguinis hæreditate) cruoris ſcilicet, quæ Tartarea innata diſpoſitio medico Naturam cogere neſcienti manet incurabilis, niſi beneficio Quintæ Eſſentiæ auri, quæ totum corpus renouat.*

*Tartarus ergò ſeu Naturalis ſuperfluitas (quæ mucilago Salis eſt) omniũ coagulatorum corporũ ferè mater eſt omniũ morborum. Omnia enim alimenta habent iuxta medicinam etiam Venenum ſeu Tartaream Mucilaginoſam Impuritatem, ex ordinatione Diuina. Sunt autem quatuor genera Tartari, è quadruplicibus Elementorum fructibus nos nutrientibus originem ducentia. Primum genus oritur ex uſu creſcentium* TERRÆ, *Leguminum, Herbarum, quibus veſcimur. Secundum prouenit ex illo noſtro Nutrimento, quod ex Aqua ſumimus, ut ſunt Piſces, Conchylia. Tertium eſt in Carne Quadrupedum & Volatilium. Quartum è Firmamento, cui Spiritus vini ſua ſubti-*

*Paracelſus dicit Materiã morborũ, Tartarum videlicet, duplicem eſſe, Bolarem qualẽ habent lacticinia, carnes, piſces & Viſcoſum.*

*ſubtilitate eſt ſimillimus, quod eſt validiſsima impreſsionis, dum videlicet Aër è vaporibus Terræ & Aquæ ac Firmamenti infectus; nos poſtea etiam inficit, vt videmus in acutis illis & pernitioſis morbis Aſtralibus, Pleureſi, Peſte, Prunella, quos morbos ex ſtellarum impreſſionibus ortos vniuerſalis medicina potenter expellit.*

Bituminoſum, Muſcilaginoſum cuiuſmodi excremētum in ſe habent legumina, caules, radices, frumenta.

*Quatuor illa Tartari genera, in vrina ſe manifeſtant, & adiudicantur per artem ſeparationis: Inde liquet, ex quo genere Tartari morbus ſit. Qui ergo cognouit, quibus alimentis quis vſus fuerit, morbum quoque cognoſcet: aut qui morbum cognouerit, alimenta non ignorabit: Ex quo Elemento morbus, ex eodem quoque curatio. Si Galenus cum ſuis aſſeclis horum Excrementorum cibi & potus maximam morborum partem in nobis parientium (quæ Paracelſus ſub nomine Veneni & Tartari comprehendit) habuiſſet legitimam cognitionem, Cholera & Melancholia ex Agro medico, iam dudum radicitus euanuiſſent. Qui neſcit hanc Tartaream morborum materiam è cibi & potus ſuperfluitatibus excrementitiis procedentem, fieri non poteſt, vt ſciat, quo medio fabricator morborum nos affligat, machinam minoris mundi deſtruendo & vitā expellendo: & ignorato Tartaro neſcitur quid ſit id, quod ſpiritū*

Reſolutiō Tartari Microcoſmici Tartarum à Nutrimēto ſeparās eſt maximum Arcanum, ſine quo claudicat morborum Tartareorum curatio vera.

*coagulationis infringat, & Tartarum à Nutrimento ſeparet, videlicet Calor noſter Naturalis, ſeu calor Solis & Lunæ microcoſmicus in nobis exiſtens, quo inſtar Ignis lignum conſumentis, digeritur Nutrimentũ, & ex illo bonus ſanguis generatur, niſi per ægritudinem & debilitationem ſeparatiuæ virtutis ſtomachi, hepatis, renum impediatur, & tunc confortandus eſt ſuo ſimili, id eſt Calore Solis & Lunæ macrocoſmico; ſi haberi poſſit, videlicet materiâ ſimplicißima generata à Deo Optimo Maximo ex ſpiritu mundi (cum ſpiritu corporis noſtri vno & eodẽ) ad reſtaurationem & conſeruationem Humanæ Naturæ, vel cum iis rebus, in quibus Sol & Luna potẽtia eſt, per artificium in actũ deducta, videlicet conuerſa in talem ſimplicem ſpiritum, qualis eſt ſpiritus vitæ noſtræ, quod fit per reſolutionem & coniunctionem cũ Nutrimento: Si verò Archæus noſtri purum ab impuro ſeparantis ſtomachi, hepatis, vel renum inficiatur, aut per externa accidentia vis eorum ſeparatiua impediatur, tunc cũ chylo manent Excrementa, & fiunt præter morbos renũm, & inteſtinorum Morbi Stomachici in ſtomacho, Iecorales in iecore, Arthritici in glutine, neruis, artubus & iuncturis: vnde podagra, Chiragra, Gonagra, ex congelatione videlicet glutinis per ſpiritum Salis. Ideo Tartarus Elemen-*

*Spiritus vitalis in Homine & Elementalis eſt vt ſpiritus.*

*Tartarus differt ſecundũ loca meatuum, oris, ſtomachi, fundi ſtomachi in-*

*mentorum ab Archæo ſtomachi debet deſtrui, ne fiat Tartarus Hominis, ſiquidem ſpiritus Salis, qui eſt heros & Dominus coagulationis in variis ſubiectis, offendens materiam reſolutam ſeu ſeparatam à nutrimento & excremento, generat Calculum. Tantum de Tartaro.* teſtinorũ, hepatis, venum veſi.æ, carnis, ſanguinis, medullæ.

SECVNDO, *quod perfectiora medicamenta nunc, quam olim habemus, vtpote ex Mineralibus, eorumq́; præparationes & debitæ adminiſtrationes Nigellis Cadmi filiis exercitatis innotuerint: Malo nodo malus cuneus applicandus: Ideo ad morbum ferreum Paracelſus adhibere iubet medicamentum conueniens chalybeum, ſiquidem extremi morbi extrema poſcant remedia.*

TERTIO, *quia hoc tempore Harmonia maioris mundi cum minori patefacta eſt cognitáque, ita vt ſciatur, quodnam medicamentum ex præſtãtiſſimis huic vel illi mẽbro familiare ſit & amicum, vt Cerebro Argentum, Sapphirus, Vitriolum, Smaragdus. Cordi Aurum, Margarita, Crocus. Pulmoni Sulphur, & ſic conſequenter.*

*Porro quod Paracelſus Galenum offendit, fecit Galenus idem aliis. Hippocrates etiam multa ſcripſit, quæ hodie à pleriſque Galenicis reiiciuntur. Imò nec vulgaris medicinæ antiſtites*

inter ſe conueniunt. Quam multa ſunt de morbis particularibus inter ipſos ſuis pugnaciſſimis opinionibus diſcrepātes, morborumq́ mechanicos & fabros ignorantes controuerſa & indeciſa diſcordia digladiata? Sicuti inter Schekium & Fuchſium de Cauſa morborum continente: inter Argenterium & Fernelium de Febribus: inter Galenum & Rondeletiū de Paralyſi, Epilepſia & Calculo: inter Francaneianum, Rondeletium & Fallopium de morbo Gallico: inter Altomarum & Fernelium de Podagra. Quot millia ſecundum horum diſcrepantem methodum morientur adhuc, antequā in comitiis medicis de Cauſa genuina dictorū morborum poſt rixoſas diſputationes decernatur, & medicorum Familia in vnum conueniat? Botanicos ſæpenumero de Lanâ plantarum indeciſo negotio rixantes, quæſtionibus, nominibusq́ otioſis, ſe ambitioſa contentione fatigantes, nunc breuitatis cauſa libenter omitto. Otioſum enim eſſet, iſtas infinitas & nunquam ceſſaturas cōtentiones ac digladiationes hîc recenſere. Ideo hortor & ſuadeo omnibus medicinæ Hippocraticæ & Galenicæ ſtudioſis (in quibus Philoſophica vena calet, quiq́ erga medicamentorū præparationem non ſunt proterue animati, & ſciunt maiorum inuenta induſtriæ noſtræ non debere præcludere viam, quaſi

Plures opinionum pugnas inuenies apud Agrippam de vanitate ſcientiarū cap. de medicina.

*quaſi in nobis effœta ſit vis naturæ) vt omiſsis veterum delictis, & aliorum erratis, de mutãdo ſuo malè inſtituto conſilio commonefacti, vel prudentia eruditi, pedem errore cognito in tempore reducant, & in huius quoq; noui Philoſophi ac Medici operibus, non quidem ſuperficialiter & perfunctoriè, ſed ſummâ mentis attentione legendis occupentur: Nam in hoc ſtudiorum genere apum experientia & induſtria ſequenda, quæ ſua de fragrãtiſsimo florum ſucco mella ſtipant & colligunt, optima quaque à prauis ſegregantes ac vtilia tantum tractãtes: Idq; non eò me eis perſuadere velim, quod omnia quæ ſunt Paracelſi (ſicuti è ſuis ſcriptis præcocibus quædam ipſemet retractat) tanquam Euangelica oracula venerari debeant, ſicuti alios in Ethnicorum placitis adorandis facere videmus, ſed quia ad Hippocratis ſcripta intimius & rectius intelligenda nõ paruum nobis præſtare beneficium, & lucem maiorẽ adferre poteſt diligens & accurata eius lectio. Illi enim laudandi nõ ſunt, qui ſine iudicio omnia damnant, quæ Paracelſus habet, cùm tamen ne paragraphum legerunt, vel ſi aliquid eorum perlegiſſent, tamen ne tertium quidem totaliter intellexiſſent. Audite Philoſophaſtri, qui ſpreto nucleo, cortici philoſophorum ſaltem inſiſtitis, & à Deo non è Chartaceis libris Spiritum*

*Intelligendi literam mortuam Theophraſti & Philoſophorum petite, Scripta eius promotione ac impenſis Sereniſſimi ac Reuerendiſſimi ERNESTI Principis Electoris Colonienſis bono publico communicata, aduerſariis anſam pronunciandi porrexerunt quod diſſenſu implicentur euidẽtiſſimo, quia Expertus ſtylo ſcripſit magico, non vulgo, ſed ſibi & intelligentibus in ſcholâ magicâ educatis, Sapientiæ filiis, non Sophiſticis & auri fame faſcinatis Alchymiſtis, iuſtâ motus inuidiâ erga quoſdam ſui temporis iniquiſſimos ac inhumanos Medicos & Pharmacopæos, ipſi veneno multoties cum abbreuiatione vitæ inſidiantes. Si manifeſtius ſcripſiſſet, tunc circumforanei & vulgares illi Alchymiſtæ medicos omnes ſuperaſſent, ac artem proſtituiſſent magna Naturæ iniuria. Myſteria ſua ſub vulgaribus & variis nominibus occultauit: ideo ſimilitudines pro ipſa veritate nõ ſunt ſumẽdæ: Medicinæ enim Arcana id eſt Vim DEI latentem, ſeu VERBA Magica in Paracelſo pauci intelligunt: Ideo natatore Delio & ingenio acerrimo opus habent & magicum etiam requirunt Intellectum, Mentis videlicet oculũ purificatum, qui eorum ſententias, & latitantia perſcrutetur myſteria. Magiam vbique intelligo Veram ac licitam (non infamem & profanam γοητείαν Vulcano dignam, quam deplo-*

rati

rati ingenij & nefariæ curioſitatis ſtudioſi Homines ſectantur ) totius nobiliſſimæ Philoſophiæ abſolutam conſummationem, maximam operum DEI Sapientiam, plenariamq́ occultæ Naturæ notitiam, quæ obſeruato rerum cõſenſu & diſſenſu conueniente applicatione agentium & patientium incredibilia, communemq́ Naturæ ordinem excedentia perficere ſolet. Animaduertent autem intelligentes Lectores Paracelſum ad Magni Hippocratis imitationẽ & exemplar, vtriuſque Medicinæ tã Phyſicæ quã Chirurgicæ exercitationem coniunxiſſe: Medicinam enim duplicem ſtatuit, Phyſicã, videlicet omnium morborum cognitionem, & Chirurgicam, quæ eſt eorundem ſanatio, quæ inſtar carpentarij opera, ſine manibus præſtari non poteſt: Neutra enim niſi frequentiſſimo ægrorum damno & periculo ſine altera tuto cõſiſtere & exerceri poteſt: Ideoq́ omnem Chirurgum neceſſariò Phyſicum eſſe debere, & vice verſa, vt nimirum Integræ ſponſæ, ſit ſponſus Integer: Conſuluiſſe inſuper conſtanter Remediorum delectus, eorumq́ præparationes & cõpoſitiones ipſis medicis faciendas, non aliis temerè committendas. Is enim vere genuinus eſt medicus, qui medicamenta debite cognita non Ratione vt Rationales Medici faciunt, ſed propria ſua manu præparare, & à veneno & fæcu-

*lentiis ſuis ſeparare, repurgare, & ad purā ſimplicitatē reducere didicit, eaq́; imperito nō cōmittere coco: Sūt enim bona mixta malis, neq; ſaccharum fæculenta impuritate, nec mel venenata amaritudine deſtituitur: præparata poſtea fide debita acri iudicio humanis neceßitatibus legitime accommodat, ut ſemen morbi euellatur, & hoc pacto omnium ægrotorum querelis fideli celeritate occurratur. Ergo Theoria & Practica, ſcire & præparare in medico debent concurrere, quia iudicium ſine Practica omnino ſterile: Laboribus manuum & Practica operatrice diſcitur medicina, vbi Vulcanus indies noua oſtendit & ſuauißima Remedia, quæ quotidie Natura melius meliusq; à ſuperfluitatibus purgat, operatori ſuo Oeconomo tradit: Sed noſtri temporis Magni Doctores, qui in vulgari arte medica conſenuerunt, nolunt eſſe diſcipuli & tyrones, fodere erubeſcunt: Et quia annoſa arbor difficulter tranſplantatur, ac veteres canes loris & venationi aſſueſcere difficile eſt, malūt apertè veritati contradicere, eamq́; obſtinata canina voce allatrare & mordere, quam errores ſuos laborādo emendare, ne non ſatis ſapuiſſe, aut ab aliis aliquid melius didiciſſe videantur: Quamuis autē clamēt, Chymicum nō eſſe medicum etiamſi peritißimus fuerit, ſed qui iudicio Rationeq́; ( poſtpoſitâ Chymiâ )*

*miâ) ſingula morbis Remedia vſurpare didicerit, tamen illi Rationales medici ad lectum ægrotantis ſtantes, quò ſe vertant neſciunt, obſtupeſcunt ſæpe & magnorum morborum, quia non curatores, ſaltem adulatores fiunt. ſiquidem Ratione non Manu medicamenta præparare didicerũt. Nolo tamen hîc vllo modo patrocinium eorum ſuſcipere qui Hippocratis & veterum ſcripta ſine iudicio & intellectu reÿcientes, Paracelſi quidem diſcipulos ſe gloriãtur, ſed neq; in illius Theoriâ mentem autoris agnoſcunt, neque in artis operibus quippiam laude dignum exequuntur. Sunt etiam quidã Pſeudo-Theophraſtai, auaritiâ & temeritate ſua, Diuinam prophanantes medicinam (quæ hodie multorum ſe ſine honore ſuſtentare conantiũ cogitur eſſe aratrum) ad fallendũ efficaciſſimâ frontis impudẽtiâ qui fucatis nominibus Theophraſti Remedia ſe vſurpare iactitãt, tam Philoſophicæ quàm Vulgaris medicinæ prorſus ignari, quiq; contemptis veterum ſcriptis illotis manibus medicinam arripiunt, neſcio quibus Arcanis & Experiẽtiis confiſi, ſtultâ confidentiâ quoſlibet ſine Ratione & iudicio morbos ſtatim curandos ſuſcipiunt. Imò cùm vix Ignem fornaci rectè ſubÿcere didicerunt, grauiſſimorum morborum curationes aggredi non dubitãt: Et dum auaro oculo & Thraſonica*

His Receptis fortuna amiſſis, tota ab illis euaneſcit ſapientia: Experientia (abſque matre Experientia Philoſophia) incerta eſt.

Tales diſcunt periculis hominum, & experimenta per mortes agunt, ſuaque imperitia pecuniam lucrãtur.

*iactantia, omnes morbos perſanere ſe poſſe oſtẽtant, & gloriantur, magnaq́ audacia mentiri non erubeſcunt, ægrotantes, blandiſſimis deſideratiſſimisq́ promiſſis & pretio ampliſſimo accepto, grato quidem, ſed falſiſſimo valetudinis præſagio fouentes decipiunt, ægrisq́ deſertis ſæpe aufugiũt, aut morbum ſimul cum ægro è medio tollunt. Quamuis autem videamus in magnis & difficillimis morbis, vbi omnes ſenſuum ſubtilitates obſtupeſcunt, deſperata eſſe omnia Remedia tam Arabum quàm Græcorum, adeoq́ morborum ludibria: vanas item Indicationes & Analogiſmos omnes, ita vt Vetularum & Empiricorum abſurdis Remediis non ſine magna Medicorũ ignominiâ & dedecore frequenter cedãt: & multos Galenicos in multis magnis & periculoſis morbis ab his circumforaneis & adulterinis Theophraſteis ſuis etiam illegitimè præparatis Remediis ſuperatos eſſe conſtet: Tamen incertam illorum, audacem, temerariam, periculoſam, impiam medicandi operam, quæq́ dubio experimento ægrotantes mortis periculo exponunt, nullus vir conſcientioſus approbauit vnquam. Huic malo, vt deinceps obuiã eatur, & iniuſta medicorum macula ob proclamatam artis ſuæ incertitudinem deleatur, conſultum operæq́ pretium facient Medicinæ ſtudioſi, qui Muſarum ſacerdotes & miniſtri facti ſunt, &*

*Nullo medicorum turba in ciuitate numeroſior.*

*Otiũ puluinar Satana fugiendum eſt cùm ſit mater nugarum, & nouerca*

*Muſam*

*Muſam ſuam pro coniugio ſibi copularunt, in quibus ſuperbia & inuidia nondũ radices egerunt, quiq́; laborem & ſudorem (quibus Dij omnia vendere perhibentur) optatiſſimo cuiq; otio anteferunt, quia perplexitate & obſcuritatibus quibuſdam nõ omnibus obuiis Chymicæ medicinæ Theoria Paracelſica, adhuc eſt obuoluta, vt neglecta manuum denigratione, ipſa Remedia, eorumq́; præparandi modũ à Paracelſo & Chymiatris, Curandi verò methodum Indicationibus & Inuentionibus ſuis conſtantem ab Hippocrate & recentioribus mutuentur: Hac enim via duæ hæ, Veteris & Nouæ medicinæ ſcholæ, ſine contradictione combinari, & in medico ſine errore ſcandaloq́; notabili rectè cõſiſtere poterunt, antiquata prius damnabili noſtri temporis cõſuetudine inoleta, qua bonum cum malo indifferẽter repudiari ac reijci ſolet. Hoc inſuper animaduertendum, ſi ſepoſita ſuperbia & auaritia probus & eruditus medicus (in quo præter Fiducialem DEI Timorem & proximi ægrotantis Amorem Conſcientia & Experientia inſignis requiritur) medicamentum exhibet, illud DEI manum eſſe, ſin verò improbus & indoctus, venenum. Licet verò bona medicorum pars vitam noſtrã alienis bonis fraudãs, pro ſua humana inuidia indignanter ferre ſoleat Medicinã cum ſuis preparationibus deſcri-*

virtutũ, ac ſemper pro cõmodo proximi negotiandum.

Paulatim à minorib. incipientes & ad maiora proficientes.

In hoc ſcientiarum contemptus Bonum omittitur & Malum eligitur.

Summum medicinæ Fũdamentũ eſt Fides in Deũ firma & Amor proximi, quo deficiente deficit omnis Ars.

Paracelſus non vult medicinam obſcurandam eſſe.

ptam promiſcuè cum hominum vulgo communicari, metuens, ne ex illa manifeſtatione publica, ſeu vt loquuntur profanatione, de ſuo lucro aliquid decedat, quia ſecũdum ſtolidam veſani per omnia vulgi opinionẽ, publicata ſecretà vires ſuas amittere creduntur: murmurare tamen & pro gratia mihi Oedipi imprecationes reddere deſinent illi lucripetæ, vbi perpenderint, non quemuis, nec à Deo nec à Natura ad medicinam vocatum, illam licet notam ſecundum artem requiſitam, & methodicum ac ordinatum DOSEOS applicandi modum, ſiquidem vnum ephippium omnibus equis non quadret, nec infirmus enſem inſtar exercitati pugilis tractare valeat (vt taceã reliquas in piè docto medico requiſitas circumſtantias) ægrotanti legitimè adminiſtrare poſſe: Quod ſolius ſynceri, veracis & experti medici officium eſt proprium, qui religioſus, ſanctusq́ eruditus in exhibitione medicamentorum piæ ac venerandæ Antiquitatis veſtigia, & Medicorũ Hermeticorum Benedictionis verba ſemper adhibere ſolitorum morem ſequentur maximè laudabilem & religioſum, neq́ ſe in pietate ab illis ne modicũ quoduis opus abſq́ Diuina Inuocatione aggredi ſolitis patientur ſuperari. Quicunq́ omiſſa Benedictione aliqua creaturarum fungitur, hanc veluti furto & rapina à Deo creditur

Non quilibet ad medicinã aptus, nec cuiuis donum Medicina datum, & quamuis omnia Experientia ſint arcana, imperiti tamen Doſin & ſufficientiam verã in qua vis Medicina conſiſtit, neſciũt: Crocus enim & Theriacã ſi in maiore iuſto copia exhibeantur in venenum abeunt, mi-

*tur vſurpaſſe. Nos CHRISTVM profeſſi in Mirifico Nòmine IHSVH offerre debemus: ſic enim ad Coloſſ.* præcipit Doctor Gentium inquiens: Quæcunque feceritis in verbo aut opere, omnia in Nomine Domini IHSVH Chriſti facite, gratias illi agentes & Deo per ipſum. Benedictio igitur DEI per preces impetranda, Inuoca me in die tribulationis tuæ, & eripiam te, & glorificabis me, ait Creator noſter: Ante omnem igitur medicinam Deus Opt. Max. exorandus vt medicina ab ipſo ordinata tanquã medium Diuinos ac ſalutares effectus producat, vt glorificetur Nomen eius: Secundò poſt omnem meliorationem ac ſanationem nũquam omittatur gratiarum actio deuota, ratione gratitudinis per ſe, & poſtea ad euitandam iram DEI contra ingratos: Hæc duo puncta ab omnibus ferè medicis prætermiſſa ſunt, vnde ipſorum infortunia potiſſimùm acciderunt, ac poſtea culpa in artem eſt tranſlata.*

nore vero inertes ignaua iacent. Et ſic Experientia ſolius medici euit.

* Cap. 3. ſect. 17. 1. Cor. 10. ſect. 31.

*Notandum etiam, quod quamuis Catharticum exempli gratia medicamentum æquè efficaciter operetur in improbo ſicut in probo (quod Deus propter ſuam laudem & gloriam ac demonſtrandæ ſuæ miſericordiæ ergo permittit) finis tamen in vtroque longe diuerſus ſit & diſpar, huic ſalutaris, illi nociuus: Cedit enim in maiorem certo ſubſecuturi grauioris morbi*

Sir. c.39. ſect.30.

*incommodum infideli, impœnitenti, medicamentum qualecunque ſine imploratione gratiæ Diuinæ exhibitum & aſſumptum.*

*Hoc loco etiam obſeruetur, quandoque ægrum optimis & conuenientiſſimis medicamentis adhibitis non ſanari propter has octo cauſas, quarum*

Par. lib. de reſuſcitatione naturaliũ fol.295.

PRIMA *eſt; Quod Terminus Vitæ inſtet; qui nullo ingenio humano; vel quocunque eius ſubſidio pertranſiri poteſt. Nullum enim Remedium corpus corruptibile, à morte, peccatorum pœnâ & ſtipendio, vindicare poteſt: ſed eſt res vna, quæ corruptionem aufert, iuuentutẽ renouat, & breuem vitam vt in Patriarchis prolongat. Quamuis autem, vt infra referemus, abbreuiari & prolongari poſſit vita, tamẽ ob peccatorum pœnam, æternæ legis immutabili decreto, neceſſario tandem moriendum eſt; (coniunctio enim rerum diuerſarũ adfert neceſſariam ſecum diſſolutionem) ne regreſſum in ætatibus (vt eſt apud Platonem) conſtituamus: Et in hoc caſu etiã vniuerſalis ac ſummæ medicinæ vſus irritus eſſet, quia coniugium vitæ & mortis, ſeparatione neceſſitate immutabili deſtinatum, nulla artificũ vel Naturæ induſtria perpetuum efficere poteſt: Leges enim Naturæ inuiolabiles ſunt: Non ergo petendum, multo minus inueniendum auxilium, vltra Terminum*

Cauſa mortis eſt domeſticus inimicus, quem nobiſcum gerimus.

Morte tollitur maledictio in Creaturis.

Sir. 10. ſect. 11. c. 14. ſect. 18. c. 41. ſect. 5.

*num illum vltimum à Deo nobis impoſitum.*

SECVNDA, *Quòd imperitorum medicorum ignorantia, medicamentisq́ pernitioſis eò deductus ſit æger, vt bonorum medicamentorum vſu, quòd corruptum, pernitioſum & immedicabile malum eſt, reſarciri & ſanari nequeat: Et hîc plerunque vocari ſolent Chymici, qui ſemper Trophili medici apud Plutarchum recordabuntur, affirmantis hunc perfectum eſſe medicum ὁ τὰ δυνατὰ, καὶ τὰ μὴ δυνατὰ, δυνάμενος ἀναγνώσκειν, nec generoſis & immeritis. Remediis glorioſa oſtentatione vnquam vtentur apud Apio indigentes ad infamiam; οὐ γὰρ μετανοεῖν, ἀλλὰ προνοεῖν χρὴ τὸν ἄνδρα τὸν σοφὸν, Caueant etiam ſua medicamina aliorum venenis admiſcere, ne aut pernicies bonis, aut ſalus nocentibus adſcribatur; quia dolendum eſt tam execrabilem eſſe quorundam medicorum inuidiam, vt antequam honorem & laudem alteri expertiori permittant, ad tuendam exiſtimationem vacillantem potius decumbentem aliorum arte ſanabilem in extremum exitium præcipitent, ideò etiam à plebe tales meritò Honeſti Carnifices vocantur.*

TERTIA, *Quia medicus ſerò vocatur, videlicet cùm Natura ſuccubuit, & morbus vicit: alioquin ſi in ægrotum agrum, medicina con-*

*ueniens ſemen à ſeminatore medico Tempeſtiuè ſeritur, principiis obſtando procul omni dubio iuxta Dei benedictionem expectatus reſultabit ſanitatis fructus.*

QVARTA, *Quia æger non obtemperat: fit enim ſæpenumero, vt ægrotus in medicamenta vel in medicum ea transferat errata, quæ ipſe contra Auream apud Ælianum Locrenſium legem mala viuendi ratione commiſit.*

QVINTA, *Quia quædam Naturæ ſeu Proprietates hominum peculiares ad ſanationem inidoneæ nec pronæ ſunt, ſicuti videmus etiam nonnulla ligna propter nodorum abundantiam ita ex naturali defectu & corruptela degenerare, ut nullo modo findi poßint: Et multoties Tempus cum Aſtrarum mala inclinatione ſanationi eſt contrarium: Quicquid enim ſanatur ante tempus, recidiuæ obnoxiū eſt, Sola ſiquidē Temporis hora ſeu meßis dat firmā & fixam ſanitatem: Pyrum maturum ſponte cadit, immaturum fruſtranea arboris ſuccußione ad caſum ſollicitatur. Ideò his neglectis, præſertim in cura morborum Aſtralium, omnia ſunt irrita, & fruſtra inſtituitur ſanatio: Medici etiam dent operā, ne plus periculi ſit à medico & medicina, quàm ab ipſo morbo, ideò nūquam conſulant, quæ in pernitiem vergant animarum & corporis, & præcipuum illorum ſit ſtudiū, ne*

*In curatio Tēporis obſeruanda, na aliam hyems, aliā æſtas, atque autumnus exigit.*

noceant

*noceăt vbi prodeſſe non poſſunt. Ita bona cõſeruatur cõſcientia, quæ perpetua eſt cordis lætitia.*

SEXTA, *Quia morbi prædeſtinationis Terminum attigerunt, ibi Naturæ legibus nõ conceditur regreſſus, vt in perfectis, abſolutis & conſummatis, bituminoſis, botaribus, lapideis & arenoſis coagulationibus: In eiuſmodi enim conſummatis morbis fruſtra eſt omnis cura, ſicuti etiam in cæcitate & ſurditate innata videre eſt. Quod enim Natura ſemel ademit, reparare medicus nullo pacto poteſt, ſicuti corporis ſubſtantia malè conformata & partes ex genitura tranſpoſitæ, mutari nequeunt.*

Quod Natura peccauit, nemo poteſt emẽdare.

SEPTIMA, *Quemadmodum medicos ſordida ægrotantium Tenacitas (ſiquidem nulla pecunia honeſtius acquiritur & ægrius numeratur) in officio indiligentes facit: Ita ſæpe etiam Ægrotantis Hæſitatio, Diffidentia, Incredulitas, erga diligentiſſimum medicum, effectum medicamenti remoratur, aut planè operam medentis impedit, vt taceam illos qui contempto Ordine DEI, nullis medicamentis exigente neceſſitate vti, ſed à Deo ſine* Mediorũ *per quæ operatur (quamuis ſit ipſemet* Medicus*) adminiculo ſanari cupiunt. Ordinationi Diuinæ non repugnandũ: Habemus Medicinã duplicẽ Viſibilem videlicet Creatam, & Inuiſibilem VERBVM DEI; qui ergo Medicinã*

Pauperis & diuitis ſemper à vero medico habẽda eſt ratio; inter cuius virtutes Charitas erga infirmos primò elucere debet.

Sir. 38. ſect. 18.

Medicus & Medicina ſunt vera miſericordia DEI.

*ſanantur, VERBO DEI ſanantur, qui VERBVM ſuum contemnit, contemnit etiam Medicinam,& è cõtra: Dicens enim, Medicina nihil eſt, idem affirmat nullum eſſe Deum. Porro, vt dictum Animus patientis excitatus, confidendo auidius recipit medicinam: Ideo cùm Vita venenum ſit triſtitia, non ſine cauſa Hippocrates in ſuis Aphoriſmis loquitur de Fiducia ægrotantis erga medicũ,& ea quæ offerũtur. Firma credulitas, ſpes indubia, amor & confidentia erga medicum & medicinam ad ſanitatem plurimum conferunt, etiam aliquando vel plus, quam ipſa cum medico medicina. Fides Naturalis ( nõ loquor de Fide Gratiæ ex Christo) ingenita à Deo Patre in prima Creatione, IMAGINATIO videlicet noſtra, ita potens eſt, vt morbos ſanare & excitare valeat, ſicuti manifeſte apparet tempore Peſtis, quando ex ſua propria Imaginatione, ex metu & terrore generat Baſiliſcum Cœli, intoxicantem Firmamentum microcoſmicum è ſua ſuperſtitione prout fides patientis adiuuat. Peſtis Naturalis fit Firmamentalis ac ſupernaturalis dum videlicet Iliaſter ſeu Eueſtrum Solis per peccata hominum ad iram & pœnam irritatum propter ſingularem participationem cum Eueſtro Hominis, mortales ob ſua delicta per influxũ ſtellarum ( Mumiam & Sulphur Hominis microcoſmi,*

**Animus hilaris iuge eſt conuiuium. Sirac. c. 38 ſect. 9. 20. Cap. 30. ſect. 15.**

**Ille medicus plures ſanat, de quo plures confidunt.**

**Imaginatio picis inſtar ſe habet, facile adhæreſcit & ignem leuiter concipit.**

**Stellæ ſunt virgæ Aſtrorum Par. tract. 2. de peſtilitate.**

*coſmi, omnia macrocoſmica venena innata latenter poßidentis ſua venenata malignitate & ſini[illegible] aſpectu incendentium) inficit ac punit, & nulla quam potens etiam medicina ſit, reſiſtere & iuuare poßit. Tanta eſt vis Syderei ſpiritus in corpus, vt quorſum ille imaginatur & ſomniat, ipſum corpus ſimul attollat atq; traducat, vt videmus in Noctambulonibus. Fideli omnia poßibilia, quia Fides omnia incerta certificat: Deus nullo modo poteſt vinci niſi per fidē, qui ergo in Deū credit, ille operatur per Deū, & Deo omnia ſunt poßibilia, quomodo autem id fiat, perſcrutari nō poteſt: Fides eſt ſaltem opus, opus videlicet illius, in quem creditur: Cogitationes ſuperant Aſtrorum & Elemētorum operationes: Dum enim cogitamus, & cogitationibus Fidem habemus, tunc Fides perficit opus, & ſine Fide nil fit. Fides dat Imaginationē, Imaginatio dat Sydus, Sydus (ratione matrimonÿ cū Imaginatione) dat effectū vel opus. Fidem adhibere medicinæ dat ſpiritū medicinæ, ſpiritus dat cognitionem medicinæ, medicina dat ſanitatem: Inde ſequitur medicum ex fide oriri, prout credidit, promouet & adiuuat ipſum ſpiritus, ſpiritus videlicet Naturæ ſeu ſydus medicinæ. Homo per fidē Imaginationis ſæpe facit, quod optimi medici cū ſuis medicamentis idoneis nil poſſunt efficere: multoties*

Voluntas & Imaginatio Hominis eſt mater peſtis: Ideo imaginando poteſt Homo peſte inficere totam regionem.

Lege Paracelſum de morbis inuiſibilibus & de efficacia Fidei Naturæ, quæ ex Deo omnia poteſt Naturaliter.

etiam Fides ſeu Perſuaſio illa plures ſanat, quàm illa efficacia ſeu virtus medicamenti à medico exhibiti, vt ſuperioribus annis in decãtata illa Panacæa Anvvaldina vidimus, & nunc in nouo illo medicinali Fonte in finibus Miſniæ & Bohemiæ hoc anno emerſo, ad quem incredibilis infirmorũ copia ferè in dies cõfluit: Cauſa non poteſt reddi alia, quã conſtans exceſſiuus affectus ipſius ſumentis, quæ poteſtas eſt in ipſa Anima ſumentis Pharmacum, quando excuſſo omni metu aut ſiniſtra Imaginatione fertur in aliquem magnũ ſui deſiderij exceſſum.

Ideò Democritus: Oportet infirmo ſalutem imprimere & promittere, nec velis unquam à ſpe deponere, etiã ſi ipſe deſperet.

Anima enim Rationalis excitata, & vehementi Imaginatione accenſa, ipſam etiam Naturam ſuperat, & per ſuas affectiones fortes, multa renouat in corpore proprio & ſanitatem vel ægritudinem immittit, neq; ſolum in corpore proprio, ſed etiam in corporibus alienis: Qui morſus à cane rabido in rabiem incidit, apparent in vrina eius figuræ canum: Sic prægnantis mulieris cupiditas in corpus alienum agit, quando per ſui obliuionem inſtar croci aquam tingentis inficit fœtum in vtero, rei deſideratæ nota: Sua enim Imaginatione format infantem, non aliter vt figulus argillam. Timor, tremor, & appetitus ſunt præcipua cauſa, vnde phantaſia, æſtimatio, Imaginatio grauidarum oritur: Dum igitur incipit imaginari, tunc

Aſtra

*Aſtra Firmamenti microcoſmici, ſeu Aſtra humani Animi, cum phantaſia, æſtimatione & Imaginatione non aliter mouentur, quàm Externa Aſtra Firmamenti macrocoſmici, vbi ſingulis momentis Aſtra aſcendunt & deſcendunt, donec fiat Impreſſio, in qua Impreſſione Aſtra Imaginationis grauidæ mulieris, Influẽtiam & Impreſſionem fœtui imprimunt, quemadmodum cælatores piſtillo ſculpto, notam ſubiectæ materiæ. Sic manifeſtum eſt* [a] *affectus Animi, quando vehementiſſimi ſunt, poſſe mortem inferre, vt legimus in hiſtoriis: Et hoc apud vulgus palam eſt, gaudio exuperãtiore aut profuſiore triſtitia, nimio ardore vel odio interdũ mori Homines; ſæpe etiã morbis diuturnis ex eiuſmodi paſſionibus leuari, quia teſte* [b] *Auicenna Natura obedit cogitationibus & vehementibus deſideriis Animæ, & affecto ſpiritu afficitur corpus in quo ſpiritus deliteſcit. Porro efficacia ſupradictæ Fidei Naturalis manifeſtauit ſe in* [c] *muliere illa hæmorrhoidica & Centurione.* [d] *Homo ad DEI ſimilitudinem & imaginẽ cæleſtẽ quodãmodo maieſtatẽ redolentẽ creatus, habet magna in ſuis manibus*

Sunt Impreſſiones Inferiorũ Aſtrorum.

[a] Ergo βέλτιον ἐστι σῶμα ἢ ψυχὴν νοσεῖν. Ψυχῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι.

[b] in l. de anima. Anima paſſionibus corpus corrumpitur; & animã à corporis motibus non ſunt impaſſibiles: Fides hæc Naturalis ſeu Sapientia Creatoris, Creatura ad ſimilitudinem ſuam Creata imperita, licet poſſit omnia, ſeruare tamen debet Imaginis proprietatem. Omnia ſunt poſſibilia credenti, & volenti: omnia impoſſibilia incredulo & nolenti, prout vero cogitat, & per fidem imaginatur, ita oportet illam fieri. [c] Matth. 19. ſect. 21. [d] Gen. cap. 32. ſect. 25. 26. &c.

*Fides ſummum & potentiſſimum habet inimicum incredulitatē: nam Imaginatio Fide coniuncta omnia poteſt. Matt.21. Fata etiā faciunt morbos incurabiles, quod deprehendimus ex denegatione auxilij à conuenientibus remediis exhibitis expectati. Matt.9. ſect.2.*

*& poteſtate. Quanta enim poßit conſtans credulitas in Animo imaginando fortiter eleuato ſeu exaltato apud vulgus palam notum eſt, tanta ſiquidem poteſt, vt & miracula operetur in opinionibus & intenſis operationibus falſis. Hæſitatio autem Credulitatis & diffidentia, non ſolum virtutem animi operantis, quæ inter vtrumque extremum medium eſt, diſsipant atque frangunt, ſed etiam omne opus tam in Superſtitione, quàm in vera Religione infirmant, & effectum quæſitum licet fortißimorum Experimentorum eneruant: Et quod hoc loco diligenter notetur, Saluator noſter, vt Pagina ſacra docet, in Capernaum ὐκ ἐδύνατο miracula edere, quia non credebant, & ſua incredulitate ac falſa fide ei reſiſtebant. Sicuti enim Homo nihil poteſt ſine Deo, ſic Deus viciſsim non vult ſine Homine, tanquam ſuo Organo, Deus & Creatura vterque ſimul, neuter ſine alio. Nemo igitur debet velle ſine Deo, quia nemo poteſt eſſe ſine Deo, in quo ſumus, viuimus, & mouemur.*

OCTAVA, *Ne peccata maiora conualeſcens ægrotus in Deum, proximum, & ſe ipſum, cum animæ ſuæ iactura committat, ſiquidem omnis morbus eſt piaculū, vel hac Diuinâ innatâ pœnâ, vindictâ & flagello ad vitæ emendationem in poſterum à iuſto iudice vocatur.*

Vel

*Vel hàc viſitatione Paterna, & impoſita cruce patienter ferendæ ſibi & proximo exemplum ſit, ad ardentiorem DEI Timorem & cultum, quia permittit Deus ſæpius, in multas quoſdã homines & magnas incidere ægritudines, quibus læta ſanitas carnis, cum continuatione peccatorum, maximam, non ſine æternæ ſalutis iactura intuliſſet ægritudinem mentis: Sanitas enim ſine remiſſione peccatorum nil conducit, cùm potius ſit condemnatio. Inſuper peccata debilitant vires Animæ, ita quod impotens eſt ad corporis Regimen Naturale: Ideò debilitantur vires corporis & feſtinant ad mortem. Vel hoc infirmitatis iugo & fræno ceu purgatorio ſalutari in officio ſaltem pietatis contineri ſolet (quamuis pauci ex Infirmitate emendantur) dum amputatur ei peccandi licentia, qua fuerat abuſurus, diutius in firma ſanitate aut vita conſtitutus.* Hiob. 33. ſect. 19.

*Et in his morbis Aſtrali impreſſione reſiſtente & ſuperûm Ira genitis, nulla medicina Corporalis (propter fores Naturæ diuino obice clauſas) prodeſt, ſed Cæleſtis & Spiritualis, videlicet pœnitentia ſeria peccata commiſſa cordialiter deflere, Iram Dei concitatam Emẽdatione vitæ & Reconciliatione cum proximo placare, Deo per Cæleſtem Animarum medicum Saluatorem noſtrum reconciliari, ſuamq́;* In ſedatione iræ Dei, incipit medicus. Hiob. 33. ſect. 26.

*voluntatem iuſtiſſimo voluntatis Diuinæ beneplacito patienter in omnibus deuotè & humiliter, cum firmiſſima Diuinæ Miſericordiæ participatione ſubijcere. Paracelſus vocat morbos Deales ex Ente Dei qui eiuſmodi morbos omnes infligit, & ſolus per bonos & malos operatur, Sanationem ait, Fide fieri, vel finito purgatorio, curationem demum per medicamenta tentandam. Cauſæ morborum Entis DEI ſunt imperſcrutabiles, hic curatio debet in Fide quæri, non in Natura: ſicut etiam in cura morborum Dealium, Entis DEI vel in cura deifica ſeu Fideli obſeruandus eſt Terminus prædeſtinatus iuxta voluntatem Diuinam.*

## VI. DE VNICA ET SVMMA antiquiſſimorum Philoſophorum Medicina.

*Hæc Philoſophia occulta. Minerua & hæc margarita vnica pretioſiſſima omnẽ æſtimationem excedit.*

PORRO, *quod ad ſummam illam ac vniuerſalem Medicinam attinet Philoſophicam, vt auctarij vice etiam hoc addam, nec legitur à Diuina Munificentia maius emanaſſe Donũ Sapientiæ: Nec Anima Rationali excepta, quæ poſt Deum in Cœlo & Terra nil admirabilius perſpiculari poteſt, ſublimius, nobilius ac præſtantius ſub Cœlo datum hominibus, quam hoc ſecretiſſimum ſecretorum Arcanorum Arcanum,*

*num, in quo cùm ad Planetas inferioris Aſtronomiæ, quorum imperfectiones & ſordes fortiſſima ſua impreſſione penetrando euaneſcere facit (omnem enim Sulphureitatem extraneam & immundam Terreſtreitatem à metallicis & Humanis corporibus ſegregat) tum etiam ad ſanitatem laborantem & deperditam Humani corporis, igneo ſuo vigore reſtituendā ac conſeruandam, mira imo omnia fiant, vt nunc præter infinita alia vſum taceam Magicum & ſupercæleſtem poſtquam finita Radiorum Solis & Lunæ Influentia Genetica & quarta ſupra ſuam natiuam Terram reuolutione, omni creata poteſtate Influētiali tam in Elementali mūdo, quàm Cœleſti aut ſupercœleſti abſolutiſſimè dotatū eſt: Mirabiliū omnium mirabiliſſimum, ſiquidē Deus in ſuis operibus Mirabilis, etiā ſua Dona Mirabilia, in Mirabilibus hominibus occultare conſueuit. Omnis Antiquitas, omnis etiam omnium Gentium & Linguarum in doctrina huius traditione Veritas, conſenſus doctiſſimorum omnium illorum, qui in omni ſæculo ſumma cum admiratione multorum & laude vixerunt, hoc ita ſe habere teſtatur: Hoc inſuper præter ocularem multorū ſæculi noſtri inſpectationem ac certificationem ex ſcriptis illorum, tot Hieroglyphicis, Magicis & Mathematicis Velamentis, tanta & tam certa Philo-*

Vide Monadem Ioannis Dee Londinenſi, & Rogerium Bacchonem.

*ſophicæ Veritatis ſerie contextis ſtatuere haud difficile eſt. Quis igitur non admiretur & amplectatur tantum DEI ſummi Donum, pretium ſtudij, operæ & virtutis immortale, quod depulſo ſenio reiuueneſcentiam, perpetuam ſanitatem ac ſine proximi detrimento victum & amictum honeſtum non per vſuram & fraudem, nec falſis mercimoniis, nec per oppreſſionem pauperum (vt iam diuites mundi ditantur) ſed per induſtriam operis & manuum laborem, Piis à Natura & Inſtitutione dignificatis pollicetur Philoſophis? Abſit itaque vt Priſcorum exemplo neglecto, talia DEI magnificienda Magnalia, & ſtupendas Naturæ vires offuſcare, aut negare velim (qui enim ſpernit ſcientiam, ſpernit illum iuxta hanc artem veriſsimam Deus glorioſus & ſublimis) aut quod peius, ſicuti plurimi faciunt, tanquam otioſorum hominum ſpeculationes, aut inania inſanæ delirantisq́ue mentis ſomnia ac commenta calumniari, qui tamen apud ſapientes ſaltem iudicij ſui imbecillitatem produnt, & inſcitiæ ſuæ teſtes publicos aduocant. Calumniantes ergo & ignorãtes, quos & Fatuos Philoſophi vocant, ab hiſce tam diuinis Epulis arcendi vt & delirantes ſuis Phantaſticis ſomniis penitus relinquendi. Nonnulli hîc arrigent aures, num proprio ingenio fretus auſim*

*etiam*

*etiam de huius quoque præparatione hoc loco gloriari, aut oſtentationis ergo (vt Theatrici Philopluti & Philochremati Philoſophiſtæ faciunt) abſolutam huius artis cognitionem ambitioſo mihi arrogare. Verùm cùm paulo ante lectori beneuolo promiſerim, me experta ſaltē traditurum, nollem hoc loco (quod viri prudētis non eſt, ſed impoſtorum proprium) de huius rei explorata certitudine vulgo ſceleratiſſimè ementiri. Sacra namq; ac Diuina hæc non Sophiſtarum, ſed philoſophorum Ars atque Scientia, malè & perperam ab ignaris falſi damnata (ſiquidē inter omnes artes iam Liberales quā Mechanicas nulla tot impoſtoribus ſcateat vt hæc) merito ob admiranda quæ complectitur arcana venerāda eſt, & omnibus aliis ſcientiis terrenis anteferenda, à veris medicis, qui ſpiritu Diuinæ Sapientiæ illuſtrati honeſto victu & amictu contenti & inſtructi (impoſſibile enim eſt indigentem aut non liberum Philoſophari) Deum ad Salomonis exemplum non pro opibus largiendis, ſed pro ſapientia impetrandá (vt aperiatur illis Diuinæ cognitionis armarium) veneratione religioſa precantur: & qui felicitatem ſuam Cælo & DEI omnium bonorum largitoris ſaltem amore metiuntur: quos inſuper amor ſecretorum & Naturæ iuxta Diuinā gratiam promouet & ſtimulat ad perſcrutan-*

Cotis vice fungēs accipi me hic volo veluti Indicem, quē pra foribus ſtans aliis (quibus prodeſſe magis quàm mihi ipſe valeam) iter quod ingrediendum ſit oſtendit.

*dum: & qui deſiderio ſcientiæ conſequēdæ, abſque vana ſpe lucri aut inanis gloriæ affectatione, nullum ſubire manuum laborem, honeſtum, diuturnum & poßibilem in DEI Timore recuſant: & tãtis denique donis abſq; malignitatis intentione neglectoq; aridæ ſitis humanæ fonte, humillime cum metu & tremore uti ad Finē Magiſtro Naturæ debitũ, Laudē ſcilicet & Honorē Dei, & ſuã proximiq; egeni utilitatem conſtanti Taciturnitate, ſine ſuperbia omnium hominũ inuidiã irritante, cupiunt: His inquam deaurata doctrina Filiis (quorũ aurũ eſt Omnipotens Deus) maximum illud & omnibus diuitiis anteponendum Bonum: propter hominum ſanitatem meritò & iure inueſtigãdum eſt, relictâ prouinciâ, metallica illis, qui fame impiâ, & ſitibundo inſaturabiliq; diteſcendi deſiderio, æqui & iniqui neglecto diſcrimine, dies noctéſque horrenda & corporis & animæ ſuæ periculo diuexãtur. Nullius enim Rei auarũ eſſe oportet Philoſophum, præterquam Sapientiæ, quæ eſt circa Res Diuinas; Ideò Verus Philoſophus nunquam diuitias quæſiuit, nec appetiit, ſed potius in Naturæ myſteriis delectatus eſt, ſiquidem adeptus, nō vnius Regni tantum, ſed totius ferè mundi valorē in crumenâ ſua circumferre, & in Deo & cum Deo legitimè ceu totius mundi Dominus omnia poſſidere poſſit,*

Sapientia cor in Conſtantia eſt.

Qui enim Theſaurũ publice portant, & vtuntur, illi deprædari cupiunt. Hiob. 22. ſect. 25.

*totiq́ Creaturæ in Dei timore & ſeruitio imperare. At donum iſtud, neque per iram, nec per vim intentatam, ſed per Altiſsimi inſpirationem vel immediatam, vel per Expertā præceptoris ſapientis in hac arte demonſtrationē acquiritur ocularem. Hoc ita ſe habere extra omnem controuerſiam, nemo nō fatetur rectè Philoſophantium. Sed quotuſquiſque eſt, qui dum certo ſubactoq́ iudicio, mediisq́ debitis cognitionem hanc ipſam quærit, Aſtra ita habeat benigna, vt per Cœlorum veſtibulum & portam ad Apollinis ſacraria intrare poſsit, & alienâ operâ montem Chymiæ aſcendere? * Quis enim alteri manum porrigere auderet, niſi Timore DEI, Sanctimoniâ vitæ, Fide intemerata ac Harpocraticâ iam dudum multis factis periculis eum cognouerit conſpicuum? Qui deſiderat hanc artem, mancipium aliorum arbitrij & pecunia non exiſtat, & ſolus ſit,*

*Præbet amicorum nihil niſi copia damnum.*

*Siquidem ipſa etiā ſocij moroſa inhabilitas, arrogans loquacitas, pertinax incredulitas, inuidia & deteſtanda infidelitas, Epicuræa tandem indignitas in omni operatione effectum impedit, atque diſturbat. Veneranda Antiquitas vno ore fatetur, à primo homine vſque ad vltimum neminem potuiſſe ſecretum iſtius artis Diuinū adinuenire ſuo ingenio Naturali,*

* Sed vbi reperitur Ægyptius ille ales, & laudabimus eiuſmodi Phœnicē. Vide Paracelſ. in frag. medicis ad Tomum quartū referendis fol. 311.

Non datur alicuī aditus niſi per reuelationē Diuinam, aut per vocem viuentis ſeu oſtenſibilē doctrinā. Nulla eſt verū perfectio abſque Diuinitatis auxilio & eius demōſtratione.

*ſecundum Rationem Naturalem ſolam, nec ſecundum Experientiã, cum ipſum ſupra Rationem exiſtat, vt quid Diuinum & occultum, atteſtantibus hoc ipſum perpetuis & moleſtis laboribus illorum præſertim qui hanc Scientiam aſſidua lectione & collatione autorum addiſcere inſudarunt: Sed Deum glorioſum, gratiarũ largitorem optimum ſuis fidelibus ſapientibus; & ipſum timentibus ac honorantibus id aperuiſſe & propalaſſe, vt ſuam omnipotentem bonitatem intelligant, recolant & ament, eumq́; in ſuis mirabilibus glorificando omnibusq́; viribus, ei ſine aliqua ſorditie, vitio aut peccato in Sanctitate & Iuſtitia requiſita inſeruiendo videant, quantum ipſe fecit pro hominibus bonæ voluntatis: Et ſic finaliter qui miſericordia Infinitus eſt, gratiis infinitis, feruentiſſimo Pietatis & Gratitudinis amore accenſi, dignum inueniant, cuius ſanctiſſimum & tremendum nomen ſit benedictum in ſæcula.*

Sir. c. 38.

*His collecta mente perpenſis, nemini videatur mirum, ſi inter tot millia quærentium (poſtpoſito præpoſtero ordine Regni DEI & Lapidis Cœleſtis ſtudio præcipuo) ne vni Naturæ fores ablato retro portam Diuino obice reſerentur, Voluntate proculdubio Omnipotentis DEI reſiſtente, qui hominum ſcrutatur Corda & Renes, ſuaq́; munera & dat & ſubtrahit cui vult.*

Hæc vnica & veris via ad omnia ſecreta eſt, vt ſecundum Saluatoris præceptum ad Deum omnis Boni autorẽ recurramus.

Quo

*Opus enim hoc non in Poſſe volētus, ſed in Velle miſerentis DEI conſiſtit, qui nouit nō expedire omnibus ad ſalutem, habere cum Sanitate Honores & Diuitias. Et quamuis alicui Horti Philoſophici clauis forte contingat (ſicuti ſcio quibuſdam euenisse) attamen propter peſſulatam Ianuam, Gratiæ videlicet & Benedictionis Diuinæ denegationem & reſiſtentiam; nunquam potuerunt aperire, multo minus intrare, & deſideratos Hermeticæ Arboris decerpere fructus, myſteriiq́ huius ſuauiſſimis potiri nucleis. Sic noſtro ſæculo impoſtores quidam Veriſſimum Fermentum Philoſophicum (ab aliis tamen præparatum) illicitis mediis per fas & nefas acquiſitum, propter principij ignorationem vlterius multiplicare non potuerunt; (ſiquidem ſanctiſſima hæc ſcientia tales imperitos Thraſones nunquam in ſua penetralia intromittit. Hoc eſt illud opus, ſub Virginis Philoſophicæ veſtimento reconditum: quod nec frater fratrem docere voluit (Ideo vanus conatus Adeptum Philoſophum promeritis beneficiis, beneuolentiâ, ſeu quocunque excogitando officiorum genere ad communicationem velle incitare) Hoc eſt illud in Mentis Memorieque Theſauris ſecretiſſimis repoſitum & ſepultum Secretum, ſuper quo iura ferunt occultiores ſagaci ingenij ſubtilitate genuini Philo-*

*Deus non vult omnibus ſcientiam manifeſtare, propter euitationẽ ſcandalorum.*

ſophi (qui maledictionẽ DEI Sophorumq́; poſteris relictam execrationem veriti, de induſtria ſunt ſcabri & ſalebroſi, ne quibuſlibet abſtruſiores ſuos ſenſus proderẽt, & nobiliſſimam in huius Scientiæ gemmã porcis & ſuibus projicerent) quod non indicarent in aliquo libro: neque aliquis eorum in ſinu cordis hanc cognitionem ſeruantium patefecit illam, niſi intellectum habentibus allegoricè: Ea ſiquidem facultas Philoſophis conceſſa, vt quia Rerum Domini facti ſunt, etiam Nomina ad arbitriũ diſpenſare poſſint, & ſuos partus pro libitu veſtire: Licet egregiè & ſumma cum ingenuitate Veri Philoſophi ſeſe mutuo vnum eundemque molientes: colentes agrum, perceperũt ſemper, ſicuti in præceptis illorum, tanquam in ſpeculo, ſagacis ingenij viris, à Deo ad eiuſmodi myſteria electis, dignis & in arte iuratis innotuit ſatis: attribuerunt autem illud Deo glorioſo, vt pro ſuo beneplacito inſpiraret cui vellet, & prohiberet à quo vellet: affirmantes nihilominus ſanctè, neminem ad optatum finem (poſthabitis omnibus particularibus virtute tingendi naturaliter prorſus deſtitutis, niſi è primo fonte progrediantur) poſſe peruenire, antequam per circularem Elementorum rotam Artis & Naturæ beneficio ad Hexagoni formam Solis Pinguedo ſeu Sanguis & lunaria Ros in vnum coniun-

*Hoc non creditur, ſed tentatum cum laboris, tædij & damni lucro circa finẽ acta probantẽ certificatur.*

*In hoc ſe totius negotij cardo vertit, vt Aurum Sale Naturæ Animatum præcipuum*

*coniungantur corpus, quod niſi Deus Altiſſimus voluerit, nũquam fiet, qui vnus ſingulare hoc Spiritus Sancti donum, & impretiabile pretium, & cui & quando viſum eſt ex ſpeciali miſericordia benigne impertitur. Et cui non vult aliquid de ſuis Theſauris largiri, is technis quibuſcunque adhibitis, inuito Deo nihil abſtulerit vnquam: Spiritus enim ex gratia procedit, qui quos vult inſpirat. Cùm igitur omnis conatus mortalium ſit irritus, quẽ Deus non promouerit (niſi quis indubitatiſſimæ huius Veritatis iactura, velit negare Deum eſſe vniuerſi moderatorem, & Creatoris ſui contradicendi voluntati, ſe temerario, giganteo ſacrilego opponere auſu, Numinisq́ indignationẽ manifeſto incurrere periculo) mirari ſatis non poſſum quod noſtro ſæculo, multi magni inutiliter tempus & pecuniam conſumentes viri, cum mundo decipi cupienti ſibi ab aureis circumforaneorum, & contra conſcientiam vitioſorum & mendaciſſimorum impoſtorum pollicitationibus patiantur imponi, non reputantes ſecum, ſine artibus liberalibus & præclaris (quibus illi Philoſophiſtæ Impoſtores qui de Fontibus Naturæ ne guttulam guſtauerunt, prorſus deſtituuntur) nullam myſteriorum perfectam vnquam perceptionem eſſe acquirendam: Suis Phantaſticis & Phreneticis inuen-*

ſiat ſubiectũ medicina Philoſophorũ metallica. Lege 1. c. Geneſ. 02 ſect. 27. & 28. Tabulam Hermetis. Morienum Alanum Rodargirum Monadẽ Treuiſanum Lullium. Leuit. cap. 26. ſect. 20. Magni viri committunt magnos errores. Pſal. 25. ſect. 14. Sir. 43. ſect. 37. Prou. 3. ſect. 32. Sap. 1. ſect. 4.

*tionibus, Gymnoſophiſtæ illi, credulorum hominum aures ditant, pecunia inanes vt reddant loculos, pollicentur magna & mentiuntur omnia, & nihil præſtant credentibus incautis aliud, quàm terque quaterque deceptos ſemper nouis præſtigiis, dolis & fraudibus ſubtiliſſimis denuo fallere: à quorum conſortio non aliter eſt fugiẽdum, quàm à ſæuiſſimis inferni cruciatibus. Et quod potiſſimum Sapientiam Domini, cuius myſterium ſaltem apud Timentes eum, in eiuſmodi animas malignas & indignas non ingredi, quæ totum vitæ decurſum in Vanitatum & Fraudium inquiſitionibus tranſegere, & vniuerſum ferè meridiem fruſtratoriis ſuis Dealbationum, Rubefactionum, Incruſtationumq́ operibus, dedita opera malitioſè deceperunt. Atque ita illis Pandoræ fabulam ludentibus, nihil aliud tandem contingit, quàm quod euenturum ipſis Alphidius prædixerat, vt conſumpto per circulationẽ cerebro, pro Tinctura colorẽ, pro Lapide Hermetico ſaxum vel vitrum, & pro Theſauro carbones ac cineres reperirent: Et quis nõ admiretur efficacem hanc Impoſtorum vim tranſmutatoriam, quæ ſapientes in ſtultos, robuſtos in infirmos, diuites in pauperes, & pauperes obæratos in deſperatos ac fugitiuos tandem tranſplantat mendicos? Quemadmodum autem Philoſophorum*

Hæc in lucro perfecto opere ſophiſtico, quia taliũ fumiuendulorum finis eſt Puluis & Cinis.

Pietas eſt clauis ad omniũ Arcanorũ notitiam per neceſſaria.

Vide Rodargiri

*rum Inuidia, erga Artis & Scientiæ filios, non ſua ſed DEI glorioſæ ſtudioſos, & qui vitā ad DEI laudem ac honorem, proximi cōmodum, animaq́ ſuæ ſalutem auxerunt, non extenditur: ſic Adeptus ſeu conſummatus Philoſophus, Arcanorū DEI cuſtos, operiſq́ dignificationem imitatus, poſtquam Hermetis pluſquam viginti annorum labores Nutu Dei feliciter exegit, metuens crimē Diuinæ Majeſtatis læſæ, centies atrociſſimam mortē, omniaque ſupplicia ſubire formidabit minus, quàm maximum & locupletiſſimum hunc Theſaurum Terrenū, Beneficium DEI Perfectum deſcendens à Patre Luminum (non aliter ac Regnum aliquod ſocietatis impatiens) à Rege Regum, ac Domino Dominantium, omniſque iniuſti vindice tremendo & horrendo, ſibi ſoli cuſtodiendū concreditum, per iram aut vim qualemcunque intentatam, impiis, Filiorum Artis & Scientiæ inimicis aut indignis cum totius mundi pernicie abutendum in ſempiternæ maledictionis iudiciū, ulla modo publicare, quia ſcit certiſſimè à Sancta Trinitate & Chriſto cunctorū viuorum & mortuorum iuſto ac ſeuero Iudice ſe grauiſſimè puniendū, cum animæ ſuæ damnatione æternaque ſalutis iactura, niſi villicationis & Talenti cōcrediti rationem ſufficientem reddere poſſit ad formidandum, ante quod om-*

BRITTOSARMATI Carmē in Zodiaco Piſcium, cōtra ſacrilegos milites in ſacrarium Philoſophiæ proterue & minaciter irruentes. Nulli hominū carnali reuelare expedit: quia maledictus erit per tanti ſecreti manifeſtationem. Lullius: Qui publicat Artem mala morietur morte, quia à Deo ſolo donādum & reuelādum ſecretū eſt, qui Naturam creauit & non ab al-

Ipſe nec ſtabimus, & expaueſcendum Tribunal illius Maximi & Æterni iudicis (cuius Terribilis & Ineffabilis Maieſtas iure omnibus mortalibus metuenda) qui tempore magni Iudicij meritorum facturus examen, nullius malefactoris opus iuſtificabit, & nullum benefactorem præmiis priuabit: Quãdo videlicet in die Terroris axes polorũ inhibebit, & motus Elementorum ceſſabunt, tunc omnia corruent, ac calor Centri, cum calore Solis cõiunctus omnem corruptionem Elementorum conflagrabit, vbi omne malum & impurum inſtar plumbi proijcietur cum damnatis in Abyſſum, ibi omnia ſulphure inextinguibili inſtar vitri inconſumptibilis liquidi indeſinenter ardentis in æternum ſine conſumptione torquebũtur: Et omne quod eſt de virtutibus & pura Veritate ac Natura Elementorũ Ignem Cœli non extimeſcentium, inſtar eſſentiæ puræ, claræ, incorruptibilis, & fixæ in Terra ſerena reſplendente Cryſtallina remanebit, & cum ſaluatis felicibus (inſtar Aquilæ vel Fumi ab igne excitati ſurſum ſublatis) in æternum requieſcet: Quando enim Deus voluntate ſua omnia innouando mutabit, ac Cryſtallina reddet, tũc motus Supernæ Naturæ morabitur in illis ſine corruptione, Rom. 8. ſect. 19. vſq; ad 23. Lege Iſaacum Holãdum in opere minerali. Vtinam magnates noſtri temporis

tero: Ipſe enim cui vult & quibus inuereſt reuelari, illis reuelabit, & non aliis, quia eſt Donum DEI & nullius mortalis Hominis. Hiob. 34. ſect. 1. Prouerb. 24. ſect. 12. Apoc. 2. ſect. 23. ite c. 22. ſect. 12. Eſa. 3. ſect. 10. 11. Ierem. 17. ſect. 10. Item c. 32. ſect. 19. Ezech. 33. ſect. 20. Conſummatio ſaeculi per Ignem. Apoc. 20. ſect. 10. Mare vitreum Igni permixtum:

*auro & argento è ſubditorum ſuorum redditibus ſufficienter ditati, partem aliquam ſumptuum in piè & conſcientioſè doctos rerumq; Chymicarum expertos viros erogarent, ac è Tribus illis Naturæ Familiis, Animalium, Vegetabilium & Mineralium, vnicuique idoneo & expetenti vnam ſaltem indagandam diſtribuerent, vt ex iiſdem, in quibus vniuerſa Medicina fundata eſt, Ignis ſeparatione in ſua Tria Prima ſelectiſſima eruerent myſteria medica. Conclaue Philoſophicum cuiuſdam Principis tali Theſauro pretioſiſſimo & ſaluberrimo refertum, etiam cum Pactoli diuitiis contenderet, ſiquidem inſtar Magnetis ſpectantium oculos ad patefactam occultæ Naturæ opulentiam contemplandam prouocaret & paſceret: E cuius iucundæ & inſatiabilis pulchritudinis intuitu, quæ obſecro & oculorum recreatio, & admirabilis animi ad ipſum Creatorem eleuatio? Hic videre ſelectiſſimam Vegetabilium copiam Anatomia Harmonica corporis noſtri correſpondentem membris, veſtimentis detractis mira & gratiſſima varietate in ſua Tria manifeſtatam, & viſibilem factam: illic Animalium: iſthic Mineralium & Metallorum: DIANAM videlicet TRIVNAM nudam, tot varietatis coloribus & Formæ in vnaquaq; claſſe ſemper Triplici MERCVRIALI*

Proprietas Ignis eſt imparitatem Elementorum ſeparare.

Pulchritudo omnis ſiue corporea ſiue incorporea nihil aliud eſt quàm Diuini vultus atque Luminis ſplendor reb⁹ creatis inſitus, per formoſa corpora relucens ac refulgens, & amentes omnes inſtar DEI imaginis ſtupeſcere compellēs. Quantum enim Res in ſe habet Luminis, tantum etiã habet Numinis.

*Limpidiſſima, SVLPHVREA ſeu Oleoſa Coloratiſſima, & SALINA candidiſſima reſplendentẽ, quæ ſe alioquin ab inquinato mortalium intuitu veſtire ſolet, & hominum cœtus in hac mundana ſcena, non niſi tecta ingredi cupit: Opus certè magno Rege & Principe dignum: FRANCISCI Primi Galliarum Regis, Philoſophorũ & literatorum virorum maximi Fautoris, laudabile vnum è Tribus, ſed morte præuentum propoſitum. Et hoc Talento (reſeruato ſibi ad ſuos vſus fonte ſolo, riuulos verò ſuperfluos deriuando foràs) Deo in proximo egeno & ſuis mẽbris benefacere, an non Humanitatis & Liberalitatis opus, ac Eleemoſynarij in hoc magno Hoſpitali Pietatis officium omni laude ac ſempiterna memoria digniſſimum? Et hac via in Timore DEI & Amore proximi progredientibus, ſine vllo dubio Luminũ Pater (à quo ſolo tanquam efficiente Principali & Finali omnium Creaturarum & operationum cauſa, omne bonum Donum poſt vitæ emendationem petendo, quærendo, & pulſando impetrandum eſt) pium & laudabile propoſitũ (Timentium enim eum facit voluntatẽ) longè maioribus & fortè inſperatis cumulatè coaceruaret beneficiis: Hæc enim ſola ſemita, non tantũ ad omnia Naturæ optata Arcana perueniendi eſt Regia, ſed quod omniũ potiſſimum ad ipſum vniuerſi*

Ex DEI Lumine reuelãtur ſecreta & abſcondita patefiunt. Sine eo enim nihil boni & perfecti attingi poteſt. Pſ.145. ſect.19. Prou.10. ſect.24.

vniuerſi opificem, quo *VNO* omnis *BONITATIS* Diuinæ *OCEANO* Infinito per Regenerationem (alteritate per vnitatem abſorpta) in Sabbatho Sabbathorum ſeu Iubilæo Æterno cuius gratia creati ſumus comprehenſo, attigimus ſuffragante Diuina Clementia ſcopum & metam veram, cuius fruitione plenaria olim nō aliter delectabimur: quàm ærumnoſus exul & peregrinus (per varios vitæ caſus, per ſaxa, per ignes, per ſentes & vepres agitatus) legitimæ tandem patriæ reſtitutus: ſiquidem Dulcia non meruit, qui non guſtauit amara: Sine Cruce & morte ad amiſſa bona reditus fieri nullo modo poteſt: nec Deus vult Hominem mortalem à ſe nunc peregrinantem ad immortalem beatitudinem & gloriam delicato peruenire itinere, ſed per Ignem Tentationis & Tribulationis, cum triſti & amara morte, quia Coronatio & lachrymarum abſterſio demum ſuperatorum hoſtium victoriam ſubſequitur, digna enim eſt & maioribus præliis Vita æterna.

Diuina fiducia neminem ad bene agendum deſtituit. Qui nouit Vnum, nouit Omnia, qui diſcit Multa, diſcit Nihil. Sir. c. 34. ſect. 12. 13. 14. Beatitudo conſiſtit in apprehenſione ſummi Boni. Deus eſt immutabilis Quies, ad quam omnes Creaturæ omni conatu anhelant & gemunt. Leuit. c. 25 Tob. 12. ſect. 13.

Quamuis autem, vt ad ſupremam medicinam reuertar, aduerſa fortuna me honeſtæ ſynceriſſimæque Veritatis ſemper ſtudioſiſſimum multoties ad ſupremi illius Philoſophici ſacrarij

Sir. 2. ſect. 5. Prou. 17. ſect. 3.

Sine Certamine & Pugna non peruenitur ad Patientia Victoriam & Coronam, per Anguſta itur ad Auguſta.

*penetralia ( non auri argentiq́ faciendi gratia, ſiquidem poſtpoſita habendi ſatagentiâ pauco contenti ſat diuites ſunt ; ſed ardore quodam medicinæ Veræ conſequendæ & iuſto admirandorum* DEI *operum deſiderio ) fruſtra licet aſpirantem, & anhelantem non ſolum deduxerit, ſed neſcio quo meo ſiniſtro & infeliciſſimo fato etiam factum fuerit, vt quo feruentiori conatu animi, ſecretiſſima illa ſtudia ſectatus fuerim auidius, eò obtrectante maleuolorum Inuidia & Fortunæ fructibus hactenus iactatus fuerim acerbius, æquitatis neceſſitas exigit, quandiu vlterius non datur, ipſa me tantæ Rei cogitatione ſola & recordatione ſaltem conſoler. Quid, cui, quando, & quantum, nouit ipſe Deus, cuius Nomen glorificetur, & in Æternum ſit benedictum: qui ſæpe bonus auertit, poterant quæ forte nocere: nec vitam illorum mi-*
Num. cap. *ſeram expetendam eſſe reor, quibus felicitas*
ſect. 33. *damno ceſſit & nocumentum inde ſuſceperunt,*
Pſal. 78. ſect. 31. *vnde beneficium debebant reportare, & qui*
Pſ. 104. 105. *ſumma in fortuna, vbi iam felicitatem illis Fa-*
Tob 12. *torum indulgentia maiorem tribuere vix vl-*
ſect. 7. *lam potuiſſet, propter compedes iniectas fortunam deſiderant : & quibus Deus quædam largitur ad pœnam iratus, quæ beneficij loco negare ſolet propitius. Attamen cum opera* DEI *ſint annuncianda, & celebranda, & vt hoc*

*monu-*

*monumento relicto conſtet olim, noſtri quoque ſæculi hominibus felicitatem ſuam poſteris non inuidentibus Beneficentiam illam Diuinam non fuiſſe negatam, in Veritatis atteſtationem & ſubſidium, non poſſum hoc loco non meminiſſe ſingularis illius Diuinæ ergà me Clementiæ, quod mihi non ſine manifeſto ſuperum fauore ceu oculato teſti, in peregrinationibus meis iſthæc fortuna, compluribus expetentibus denegata, contigerit, vt illam intueri & guſtare licuerit, apud Magnum aliquem, cui in æternum bene sIt, & Cumprimis egregium Helioc 'Antharum borEaLem, nunc in Chriſto quieſcentem: cuiuSmodi lENtis DenIque conſueVerunt latitare tempOrum currIcVlis. Vnde diu maximo Naturæ per artem miraculo cum ſtupore attonitus, inter varias & multiplices Inferioris Aſtronomiæ metamorphoſes (via Antiquorum Humida nondum tamen intensè ad Baſiliſci oculum exaltata) in frigido factas, mihi hoc vnum prodigium, omnium mirabilium ſeparans admirationem, cum primis ſtupendum & ſpectatu digniſſimum fuit, quod vnica illius Laticis exhibita gutta (in qua tanquam penuario omnium corporum Cæleſtium & Terreſtrium diſperſæ virtutis admirando artificio inuiſibiliter conſeruatæ, imò in qua totus mundus Aſtralicè concentratus erat)*

*Baſiliſcus Philoſophicus inſtar Fulguris repentè & ex improuiſo comburit quodcunque metallũ imperfectum, & ſubito aliam formam nouam producit.*

*Meritò igitur Indagatio illius omnibus Veritatis ſtudioſis deberet eſſe commendatiſſima,*

*hominẽ deplorata valetudinis & morti vicinũ ſua Ignea, Aſtrali & Cœleſti Natura inuiſibili influendo Cordi radiũ Vitæ Naturalis, Vitæq; organa renouando, & defunctam Naturam (per accidentium ægritudinem cauſantium remotionem) reparando, vna nocte ad firmã & perfectam reuocarit incolumitatem: Corpora enim Humana ſubitò & quaſi miraculosè à quibuſcunq; infirmitatibus deſperatis (ſecundũ Deum videlicet, nã multi morbi ſunt innata pœna Diuina, quorum curatio in Natura nõ quærenda) Regalis hæc, & omnium aliarum medicinarum Imperatrix reſurgere facit: ſiquidem totus hic nouus mundus regeneratus, paruum veterem corruptibilem mundũ hoc eſt Hominem virtute Regenerationis ſuæ renouare, quicquid in Humano corpore læſum reſtaurare, ſuperfluum conſumere, defectum reſarcire, & totum microcoſmum in verum Temperamentum reducere, & in illo conſeruare potis eſt, vſque ad præfinitum mortis Terminum, ob peccata mortalibus impoſitum.*

Contra mortem nullus medicus, niſi Chriſtus.

*Eodem Spiritu mundi, eodem Calore Solis & Lunæ, quo humana corpora, ab infirmitatibus & accidentibus mundantur etiam metalla imperfecta & impura, abſque nouo generationis & corruptionis motu, per ſolum alterationis modum, & accidentium, eorum ægritudinem cau-*

*cauſantium remotionem (cum metalla non ſpecie, ſed accidentibus ſaltem differant) Vera Sanitati, quæ eſt aureitas, reſtituuntur.*

*Vulgaribus noſtris, emunctæ licet naris Athenienſibus, has Vulcanicas metamorphoſes, & hanc DEI Virtutem Natura coniunctam neſcientibus, ac medicinæ Ethnicæ admiratoribus, qui excuſandæ inſcitiæ ſuæ cauſa inepte ſatis Prudentum dicta pro fabulis & figmentis habent, non mirum, cum intellectus intelligentium, nullis præceptis aut traditionibus fat[illegible]orum hominum obfuſcatus, vix apprehendere valeat, ſi hoc propter tantorum myſteriorum proclamatam incertitudinem videbitur ut ignorantibus & merito non notificandũ ſecretum incredibile (quamuis vero verius ſit) quia de Calore* SOLIS & LVNÆ *in ſua vita nil audiuerũt vnquam: multo minus quod Magia Mechanica beneficio Elementorum* TERRÆ *ſupra aquam natare poſſit. Hoc ſcire vere Philoſophicum eſt, medico Aſtrali cumprimus neceſſarium, quorũ nullus ad vllam mirabilium effectuum operationem vel cognitionem pertingere, nec niſi huic Scientiæ adhæreat de ſua arte certus eſſe poteſt, præſertim in deſperatarum infirmitatum noſtri corporis cura, quatuor videlicet omnium morborum monarchis, Epilepſia, Podagra, Hydrope, Lepra. Hæc quatuor*

Hæc dubitatio incredula, quia pauci reperiuntur, qui firma conſcientia credunt artem eſſe veram, lucro potius quam damno ve antea maioribus ſic deinceps poſteris omnibus cedit: Ea enim ratione proſpicit Deus vere Philoſophantium ſecuritati.

Exod. 31. ſect. 20.
Hiob. 14. ſect. 19.

*ſumma morborum genera Paracelſus operibus demōſtrans ſe à Deo medicinam edoctum, cum Chriſti non Dæmonis adiutorio mirifica arte ſuſtulit, non obuiis & tritis noſtris Medicinis purgantibus, ſed pauciſsimis conceſsis Reſtaurantibus ſeu regenerātibus, quibus Natura renouata poſtea omnia noxia ſua ſponte expellit, ſicuti Epitaphium ipſius, Salisburgi, poſteritati veraciter, ſatis ſuperq́, teſtatur. Omnes infirmitates prouenientes ex humorum corruptione quātumcunq, graues & deſperatæ curæ hac medicina vniuerſali (inſtar dolabri dedolantis omnis generis ligna) ſanātur, niſi infirmus fuerit in vltimo Termino ſibi à ſupremo Ente cōſtituto: vel morbus præter Naturam à Deo pœnæ loco, & afflictionis ſingularis, immiſſus. Nemo autem hoc peculiare ac cæleſte Donum, vt ſupra dictum, vſurpare poteſt, niſi is, cui Deus ipſe cōtulerit, qui ſolus & obſcuritatē horū myſteriorum illuminat & claritatem offuſcat, vt neq, planiſsima quis intelligat, niſi ab ipſo illuminatus fuerit, neque obſcuriſsima quæq, non conſequatur, ſi ab ipſo illuſtrata fuerint: Tanta enim facultas à ſummi creatoris affluēti & peculiari Gratiâ, venit. Ideo Lullius diuinus ille & perfectiſsimus Philoſophus, meritò cōcludit, oportere inter Artiſtā & Deum cauſam primā, abſque contrarietate cōcordantiam eſſe, vt pri-*

Non eſt Chriſtianum Diabolo maiorem poſſibilitatem & vim aſcribere velle, quā Infinita Diuinæ Sapientiæ & Omnipotentiæ. Verorum medicorū præcipuum Fūdamentum & Scopus, quia non prima ſed ſecunda natiuitas conducit.

*mus*

*mus motor, tãquam Forma principalis moueat Intelligentiam id eſt Artiſtæ Animam, ad veram Intelligentiam, vt pateſiat ſibi id, quod eſt occultum in magiſterio huius artis. Benedictus erit ille, cui Dominus Deus inſpirare volet Dona gratiæ ſuæ: Nam Dominus eſt Cœli, qui ſcit Corillius in quibus Forma & modo vellet vti. Videmus nihilominus peccari interdum non ſolum ingratitudine erga Deum, verum etiam miris & Adepto Philoſopho indignis erga immeritum proximum technis: quibus olim aliquot clariſſimi viri & noſtro ſæculo duo diuerſarum nationũ manifeſtati Philoſophi, dona Dei contra horrendiſſima Philoſophorum Anathemata abutentes, ſibi poſtea (ſiquidem quilibet ſecundum dexteritatem ſuam à ſpiritu ſydereo cauſatam ac excitatam ſuæ fortunæ faber eſt) cum perenni Nominis ſui dedecore, iuxta immeritam Veriſſimæ Artis Philoſophicæ proclamationem, dolendum & commiſerandum attraxerunt exitium, DEI iuſti Vindicis Ira (tam ob arrogantiam, ſuperbiam, loquacitatem pœna & pœnitentia concomitantibus prouocantem, quam ob impoſturarum fraudes ad primi ſilentij Harpocratici, ſecuritatis ſuæ gratia viciſſim tegendam commiſſas) miſerè conſumpti & refrænati.*

> Origo magiſterij Philoſophici.

> Secus faciunt pluſrimi qui de patefactione quãuis imaginaria ſaltem apud alios gloriãtur, & ita ſua credulitate ac perſuaſione

*Antiquiores illi peritioresq́ felici ſydere*

*ſe impediunt, quo minus diſcendo vlterius proficere poſſint. Deus primo ſæculo ſe per Lumen Naturæ manifeſtauit.*

*nati Philoſophi, Hermetis ſcientiæ inuentoris filij, apud quos nil Veritate antiquius, nil turpius Falſitate atque deceptione, & quibus ſemper ſine teſte multitudinis imperitæ tutius operæpretium fuit in* Receptu eſſe, *quàm* Fronte *videri aut haberi: quique ſui memoriam nulla labe contaminatam ad poſteros tranſmittere conati ſunt, non vt multi nimium creduli opinantur, quod imaginationibus ſuis friuolis decepti, alios viciſſim voluerint decipere, quod non cadit in virum probum: Hi inquã Naturæ nõ publici ſed occulti Secretarij, in Naturali Lumine in ipſis vigente, pro viribus ſibi diuinitus conceſſis Rationẽ ducem optimum ſecuti, omnes ſumma, tũ animi, tum corporis, intentione ad Virtutis vnum eundemq́; potius tendẽtes ſcopum, nil maioris eſſe gloriæ ſunt arbitrati, quàm prudenter & Quieto Silentio iuxta DEI Timorẽ & Amorem proximi* Mente *rectè* Sana *in* Corpore Sano *tranquillè gaudere poſſe: Hæc eſt Philoſophia Adepta, quam Paracelſus ex Tinctura Phyſicorum explicat Vitam diuturnam & ſanam abſque omni infirmitate, vſque ad mortem Naturalem, eiuſque vitæ longæ honeſtam ſuſtentationem in hac ſcilicet miſeriarum valle, vt ſcilicet DEO abſque indigentia & proximi detrimento inſeruire poſſimus: Hanc quidem felicitatem, multa licet*

*ſint*

*ſiat animi & diuturna quadam auiditate venati plurimi: eandem tamen nec alio in medio, nec artibus vllis ſe adepturos vnquam, niſi per admirandam abſtruſiſſimamq́; complexionem quandam omnium totius Creaturæ in vnica quadam maſſa confluentium & concurrentium virtutum (Viâ ſaltem Regiâ illa ac Ratione Philoſophica præſtandam) exiſtimarunt: Omnibus his virtutibus ſpiritualibus, actiuiſque qualitatibus, magno ingenij Artisq́; beneficio inſtar mundi minoris in vnam Maſſam (quam Lapidem ſeu Puluerem ſuũ vocare conſueuere) coacervatis & concentratis (vnita ſiquidẽ vis fortior diſperſa) præter* MENTIS *ſuauiſſimam quandam & mirabilem illuſtrationem (eſt enim Lux Naturæ in Tenebris mundi coruſcans) omnium item rerũ Naturalium & Cœleſtium ſecretorum ſcientiam, operationemq́; perfectam, imo iuxta omnium Rerum effluentem Abundantiã, Sanitatis beneficium legitimo huius ſummi & admirãdi Magiſterij vſu ad miraculum vſque conſecuti ſunt: Cuius in ſuis monumẽtis ſcriptis noſtri prædeceſſores Philoſophi, in ſchola Hermetis enutriti, licet in reticendo artis ſecreto, conſtanti Taciturnitate planè elingues (ſcientes videlicet quibus periculis artium arduarum Indagatores & Secretarij Naturæ publici ſint obnoxij, vt ſemper*

*Artis industria Naturæ defectus vt suppleatur neceſſe eſt, cum Natura ad ſui perfectionem ſemper tendat, laboret & anhelet, ipſa ſua indole. P. ou. 5. ſect. 6.*

*Suo Anathematis pœna, non ſunt auſi loqui, niſi in pictura verborum Ænigmaticorum, quia non habebant licentiam à magiſtro Naturæ, ne ſibi ipſis periculum accerſerent, aliiſque maleficij anſam præberent.*

*de ſalute vel quiete deſperabũdi, peruagari coguntur) hanc tamen Rationem tradere ſolent: quod ſumma illa Medicina per artificium Naturæ ſagaci Scientia Magiſtra cooperante, vt iam dictum, præparata, ſit Vita & Lux illuminans & viuificans Balſamum noſtrum, hoc eſt vita ſpiritum ſeu vaporem cœleſtem nõ viſibilem: ſit Vita noſtræ Eſſentia: Quinta Eſſentia ex 4. Elementis cõpoſita, in qua ſunt actualiter omnia Elementa, cum omnibus ſuis actibus, cum concordantia maxima, æquatione vera, ſecundum omnem Naturæ poſſibilitatem æquata, & Catena aurea ligata, abſque aliqua contrarietate: ſed omnia aggregata in tam ſubtili Materia & Forma tam ſubtili, & tam ſimplicitati propinqua reſpectiuo modo, ſicuti in Fulgure & in Baſiliſci oculo, vt per Experientiã patet in curatione morborum & metallorum metamorphoſi: Hæc res ita ſe habet reſpectu quatuor qualitatum corporis, ſicut ſe habet Cœlum incorruptibile reſpectu 4. Elementorum. Hanc Quintam Eſſentiam vitæ radicem creauit Altiſſimus in Natura, ad conſeruationẽ quatuor qualitatum corporis Humani, ſicuti Cœlum ad conſeruationem vniuerſi. Eſt Ignis cœleſtis non vrens, anima & vita Creaturarum omniũ: ſubiectũ in quo præter Elementorũ vires & operationes, omnes Firmamenti,*

etiam

Prou. 10. ſell. 10.

Excitat motum in corporibus, & viuificat Elementa, viuificantur autem Elementa cum in actũ ſuum excitantur: nam Vita Naturalis nil aliud eſt, quam actus Elementorum.

Vita Rerum Naturalium eſt Lucis Idealis vnio, cum Cœlo Terraque pariter Idealibus.

*etiam cæleſtes virtutes tam ſtellarum Fixarum, quàm Planetarum, inuiſibili modo infunduntur & imprimuntur, ſiquidem omniū corporum cæleſtium Influxus; qui ſublunaribus vnicuiq; particulatim communicantur, hi in hoc vno concentrantur: Theatrum ſecretorum Luminis Naturæ totius: Speculum myſteriorum DEI, & Miraculum vniuerſæ Naturæ: Totius mundi machinæ Quinta Eſſentia, & totus mundus Regeneratus, in quo totius Naturæ Theſaurus iacet, Subiectum & Inſtrumentum omnium Virtutum Naturalium & Tranſnaturalium: Filius* SOLIS & LVNÆ, *qui ſuo aſcenſu in Cælum & deſcenſu in Terram omnes vires ſuperiorum & inferiorum adeptus eſt: Habitaculum omnium Formarum metallicarum, mineralium & Vegetabilium, à* DEO *ſub* LVNÆ *globo creatarum: Imo quod ſit verè ſpiritus vitæ penetrans omnes alios ſpiritus, cum ſpiritu corporis noſtri planè vnus & idem: Vinculum inter Corpus & Animam, quo delectatur illud ſupercæleſte, retineturq; ne fugiat à corporeo carcere, vt enim pax fiat inter iſtos inimicos Animam & corpus, Balſamo vitæ medio opus eſt ab Externis petito, quo internū inſtauretur ad retinendum vel ſuſtentandum*

Hac ex arte omnium penè rerum notitia, & hoc in Lapide vniuerſa rerū natura elucet. Tinctura eſt Qu. Eſſentia de microcoſmo ad primum perfectiſſimū eſſe & variorum numerum Cabaliſticū quam proximè accedit. P. vocat Balſamū perfectum, perpetuū, Catholicon Phyſicorū: Defenſiuum ſenectutis: medicamentum vniuerſale, quod inſtar ignis inuiſibilis omnes morbos conſumit. Hanc Q. Eſſentiam Animarum mediam Naturam Veteres illi Rerum conſultiſſimi vocauerunt.

*Ignem Vitæ longæ, ſine quo fomite recedit à corpore non ſecus atq; à lychno flamma, deficiente oleo: Materia ſimpliciſſima generata à Domino Opt. Max. ex ſpiritu Mūdi, ad reſtaurationem & conſeruationem Humanæ Naturæ, cunctis noſtri tēporis medicis prorſus incognita: Non enim in Scholis illorum prouenit, qui Templum Apollinis non per debitum oſtium, ſed per Tectum deuium irruentes, ſedem illius occuparunt, veluti Scribæ olim & Phariſæi ſedem Moyſis: Et dum ſcientiarū claues in captiuitate iniqua detinent; ſuis placitis nihil efficiunt aliud quàm vt ſiniſtrè docentes, ipſi non ingrediantur Naturæ Academiam, & alios rectè diſcendo ingredi cupientes, ſuis dehortationibus pernitioſis in laudabili remorētur curſu, ita vt nunquam ad Veritatis cognitionē perueniant, & vbinam ea lateat, neſcire cogantur: Quia verò omnium morborum corporalium origo vera ſecūdum ſaniores medicos eſt Naturalis proportionis Primorum Trium enormitas (ſeu vt cum medicorum vulgo loquar Immoderatio & intemperies quatuor Elementorum ſeu Humorum) ex quibus corpus Humanum compoſitum ægrotat & bene habet: hæc autem ſupradicta medicina, quæ in ſe ipſa eſt Creationis noſtræ materia, ſit congenea & vniformis ſubſtantiæ, in æqualitate cōſiſtens, Anima ſubtiliſſima,*

*tiliſsima, ſecreta à facibus & veluti ſimplex Elementorum ſubſtantia, Quintum eſſe ſeu Virtus Quinta de puriori Eſſentia quatuor Elemẽtorum reſultans, purificata, incorruptibilis, comparatur cœlo, nec admittit vllũ malignum ſpiritum, ſed fugiunt ab illa: Et quia Temperata corruptioni ſeu putrefactioni minimum obnoxia eſt, ideò quantum per Naturam poſsibile eſt omnem corruptibilitatem accidentalem, è qua infirmitas prouenire poteſt, expellit, ac per omnia membra interiorem inſtaurat vigorem, morboſq́ Trium Principiorum exaltatione factos, reconciliatione iterum curat: Sanitas Hominis in concordantia & vnione Trium ſubſtantiarum Primariũ conſiſtit: vbi verò exaltantur & per Aſtra incenduntur, ſequuntur bella inteſtina: Et quia Tres Primæ ſubſtantiæ morborum volatiles ſunt, Ignis Eſſentiæ morbum conſumentis, & purũ ab impuro ſeparantis cedunt. Inſuper illa Virtus Quinta corporis Humani Elementa ſeu Humores in pace & fœdere Harmonico colligat, & inæquales æquãdo ad verum Temperamentum reducit, caloremq́ inſitum ac humidum ſubſtantificum corroborat, Vitæ oleum & igniculum cœleſti ſuo vigore in æqualitate conſeruat ( quandiu enim Radi-*

Quando Elementa purificata reducũtur ad puram & æqualẽ ſimplicitatem, tũc habetur Medicina prolongandę vitã, quia ſic Elemẽta ſunt æqualia: nã inæqualitas & dominium vnius in alterum generat morbos.

Sanitas conſiſtit in Temperato corpore.

Nemini videatur mirum, quod ad Solis cœleſtis Lutum deſiccãtis & Ceram liquefacientis exemplum, actus ſolus vnius Rei, non quo ad ſe, ſed ſecundum Recipientis Naturam variè diuerſificatur.

*calis Humor, Balſamus Vitalis, & Vitæ noſtræ Nectar pretioſiſſimū, ſiquidē confortatiua vis corporis Humani & Animalium ex ſpiritu Vitæ procedit, manet in ſua quantitate, nō ſentitur morbus) ægrumq́ ſanitati ac temperiei reſtituit, Naturam ſuā ſuo in eſſe retinet, & Nectar Vitæ noſtræ in bono & laudabili conſeruat Temperamento, ſicq́ ad mortē vſque Naturalem (id eſt, ad eum vitæ Terminum: quem Omnipotens Deus Homini propter inobedientiam tam primi parentis, quā cuiuſque propriam inſtituit) morbo tutum atque integrum cum Iuuentutis nitore & tempore conſiſtendi (quæ eſt ætas Pulchritudinis & Fortitudinis Humanæ) conſeruabit prædiſpoſitum Hominem, qui illa prudenter & conuenienter cum pia Nominis Domini inuocatione vſus fuerit, modò corporis conſtitutio & complexio eius ſupra modum non ſit læſa. In hac ergo Qu. Eſſentia & Spirituali Medicina quæ eſt de Natura & Calore Cæli, & non noſtra Mortali & corruptibili, poſſibile eſt, Verum medicinæ Fontem, Conſeruationem vitæ, Reſtitutionem ſanitatis, Renouationem iuuentutis deperditæ, & ſerenæ valetudinis optatum inuenire: ac Naturaliter loquendo, nulla eſt in toto mundo hâc verâ Philoſophorū Theriacâ melior Medicina Balſamica, quæ inſtar Elixiris vitæ ſuperlatiua & vltima corporis*

Humani

*Humani conſolatio eſt, omnes actiuitates cõſeruans in Natura Humana & vires ex Naturæ defectu diminutas reſtaurans: In omni enim genere vnum quid eſt, quod primũ in eo genere gradũ tenet, quia ergo hæc Medicina genita eſt ex incorruptibiliori & efficaciori materia, quæ ſub cœlo ſit, Anima vel Spiritu mũdi, nimirũ omnium Cœleſtium, & Terreſtrium vires in ſe continente, ideo primum teneat gradum in ordine medicinarum, & hac vtens Homo, cum aliorum ciborum moderatione, poterit ad veterum Patrũ ætates accedere. Ex duobus* SOLIS & LVNÆ *fontibus, vt docte differit* Suchtenius, *oritur Spiritus mũdanus Naturalis & Vitalis cuncta permeans Entia, omnibus vitã & conſiſtentiam præbens, per quem vt mediatorem omnis occultæ proprietas, omnis virtus, omnis vita propagatur in inferiora corpora, in herbas, in metalla, in lapides, in animalia: ita vt nihil ſit in toto mũdo quod huius ſpiritus ſcintillâ careat vel carere poſſit. Hic ſpiritus Cœleſtis, cum Naturali noſtro ſpiritu vnus & idem, cùm in noſtro corpore fuerit in debito ſtatu nõ diminutus aut per res extraneas impeditus, eſt Calor iſte noſter Naturalis, quo omnis Res ad ſuſtentationẽ & multiplicationẽ indiuiduorũ digeritur: Digerit enim nutrimentum ab Homine aſſumptum, & generat bonũ ſanguinem*

Calor Naturalis, quo digeritur omnis Res ad ſuſtentationem, & multiplicationem Indiuiduorum eſt Calor Solis & Lunæ. Spiritus eſt Vita & Balſamus omnium Rerum Naturalium. Vita Hominis eſt Aſtralis Balſamꝰ, Impreſſio Balſamica, Cœleſtis & inuiſibilis Ignis, Aër Incluſus, & Tingẽs, Spiritusq; Salis.

*in omnibus membris: Sanguine exiſtente puro, exiſtit, & ſpiritus Cordis vitalis fortis, purus & ſanus, ſicq́; totum corpus rectè & ſanè viuit: Si verò impeditus per ægritudinem fuerit, quo minus hoc ſuum officium faciat, ſequitur mala decoctio nutrimenti: Inde generatio impuri ſanguinis, ex hoc ſpiritus Cordis vitalis debilitatur. Vnde oritur Senectus obliuionis domus, tandem ſequitur plenaria exſtinctio, conſumptio & diſsipatio ſpiritus illius quæ Mors eſt Naturalis: Vt ergo conſumptio & diſsipatio dicti ſpiritus (quatenus per Naturam licet) vitetur, augendus & confortandus erit ſpiritus ac calor iſte in corporibus Humanis exiſtens Naturalis ſic diminutus vel impeditus, quò fortius & melius ſuo officio fungatur.*

*Cùm autem omne agens cùm agere cœperit, non ad inferius ſeipſo mouet, ſed ad ſui par, ſimile & conſentaneum: Confortatio etiam hæc fieri debebit per ſuum ſimile, nempe per Calorem illum Cæleſtem Solis & Lunæ, aliorumq́; Planetarum, vel cum rebus iis, in quibus Virtus* SOLIS & LVNÆ *potentiſsima eſt, plurimumq́; abundat, minuſve cohibetur à materia: Hæ enim res citius & perfectius agunt, promptiusq́; generant ſibi ſimile: Imo quod facilius etiam ex iſtis ſpiritus vel Ignis iſte ſupernus per artificiũ elicitur: cuius propria ſunt Calor, non*

*Spiritus mundi ſeu Cæleſtis & Naturalis ſpiritus noſtri corporis eſt vnus & idem ſpiri-*

vrens

*urens ut Elementalis, ſed omnia fœcundans, & Lux omnibus vitam tribuens. Ignis autem Elementalis & Inferioris propria ſunt Calor ardens, omnia conſumens, & obſcuritas ſterilitate cuncta replens.*

*tus: Ergo Calor Solis & Lunæ generatus ex ipſo iſto ſpiritus, eſt res magis decocta: & per conſequens magis perfecta.*

*Excluditur ergo hic iſte, ſimul etiam cũ eo omnia diuerſa vel cõtraria, qualia ſunt omnia Elementa Inferiora. Hæc enim & alia omnia, quæ in ſe Naturalem compoſitionem includunt (quatenus adhuc craßiori materiæ immerſa nondum ab ea ſeparata ſunt) corruptioni & tranſmutationi ſunt ſubiecta: Conſeruantia verò medicamina & admodum durabilia eße debent, & à corruptione remota: Nã cùm Humanum corpus à corruptione ſeruare debeant, ea inprimis durabilia ſint oportet, ſecus magis corrumperent, quàm ſeruarent. Addo, quod vanum eſſet per rem putridam & corruptibilem, corpus corruptibile velle conſeruare, Infirmum ſanare per rem infirmam, Rem formare per rem deformitati ſubiectam. Omne enim corruptibile infirmum & debile additum ſuo ſimili, coaugmẽtat illud, & ſic corruptibilitas illa augetur, & non diminuitur, uti videmus multos, & quidẽ plurimos noſtræ ætatis medicos craſſis & corporalibus ſuis medicamentorum compoſitionibus Hominem ſanum, & à morbis immunem reddere fruſtrà conari: Altior namq;*

*Vnum ſimile additum ſuo ſimili facit illud magis ſimile.*

hic ſpeculatio requiritur: Morbi enim cùm ſint non corporales, ſed ſpirituales vtpote in ſpiritibus deliteſcentes, medicamina etiam poſcunt ſpiritualia. Volentibus igitur in iuuenibus ſpiritum iſtum vitalem (qui eſt humidum & Calidum Radicale, Mumia innata, & ſedem in medio Hominis corde habet, tãquam ſuſtentaculum omnis vitæ noſtræ) conſeruare, in ſenibus verò languentem reſtaurare, & eos velut ad iuuentutem reducere, quoad vires, ſicq́; vitam Hominis in ſummam ſanitatem adducere, opus erit quærere nõ Elementalem, ſed Calorem illum Cæleſtem Solis & Lunæ, habitantem in incorrùptibiliori ſubſtãtia ſub lunæ globo reperibili, hunc calori vel ſpiritui noſtro ſimilẽ reddere, quod fit, cùm in medicinam & cibũ ſuauiſſimum præparatus fuerit, ita vt per os aſſumptus, ſtatim per humanum corpus penetret, omnem rem, maximè carnem ſibi vnitam teneat incorruptam, virtutem & ſpiritum vitæ nutriat, augeat & reſtauret, omne crudum digerat, omnem exceſſum cuiuſcunque qualitatis amputet, humidum naturale faciat abundare, & calorem vel Ignem Naturalem debilem cõfortari, inflammari & augmentari procuret. Hoc veri medici & ſanioris Philoſophi erit officium: Sic enim corpus noſtrum ſine corruptione ſeruare, ſenectutem retardare, floridam iuuen-

Spiritus Vitalis in Homine & Elemẽtalis eſt vnus ſpiritus.

Calidum Innatũ & Humidũ primigenium microcoſmicum à calore & Humore Solis & Lunæ macrocoſmico ſuſtentantur, tanquam vno, eodémque Cæleſti illo & Naturali noſtro ſpiritu.

Par. Tinctura Balſamum ita mundi-

*iuuentutem in vigore vſque ad extremum vitæ finem retinere, & niſi peccati ſtipendium obſtaret, in æterna ſanitate conſeruare, & ab interitu tueri poſſet. Paracelſus vocat Elementum* IGNIS, *quod inſtar ſolis Terreni ſeu inferioris Firmamẽti in omnibus morbis tollendis, & frigidis demortuis membris refocillandis ſit ſummum Arcanum, operatur enim ille Ignis Eſſentialis in corpore vt Flamma & vrtica extra corpus. Cuius etiam (vt hoc loco ab inuſta ac iniuſta calumnia meritò vindicetur) hæc fuit mens, vbi de perfecti huius Ignis Vitæ viribus agit, vt Balſamus Naturæ, Mumia Balſamica, Vitale Corpus, Liquor vitæ, Humor natiuus ſeu Radicalis, quem Spiritus Vitæ agit, reſtauretur, confortetur, ac conſeruetur quaſi incorruptus vſque ad extremam eius conſumptionem, id eſt, ad vltimum Vitæ ſpiritum abſque vlla ægritudine, dolore & moleſtia, quod ipſum tamen in aliorum deploratis & deſperatis morbis ſanandis ab illo ad miraculum præſtitum, ob* VENENVM *toties ſibi ab inuidis & inhumanis aduerſariis oblatum in ſuo corpore diutius præſtare impeditus fuit, (immatura ſi quidem & violenta hauſti Veneni morte ſublatus Naturalem Terminum Vitæ aſſecutus eſt) non autem vt multi ſuo alieniſſimo commẽto malitioſè cauillãtur, quod præſumptuosè*

ficat, vt etiam proles hæreditaria in decima progenie ſentiat effectum ſanitatis.

Humores vitæ ſpiritum vitæ nutriunt. Vide apud Par. in Tomo quinto inter Fragmenta medica. fol. 62.

Deſinite ergo impoſterũ culpare Paracelſum, quod longitudinem vitæ aliis pollicitus ſit & ipſe vix iuſtã attigerit ætatem.

ſibi ſua hic medicina aditum & viam ad Immortalem corporis ſanitatem cum ſuis Anteceſſoribus demortuis Philoſophis in hoc impio mundo & vera miſeriarum valle ſternere voluerit, quod ipſis vt peregrinis & aduenis huius mundi ne per ſomnium in mentem venit. DEVS omnium Creaturarum Centrum eſt, cui quo quis propinquior, eò beatior & minus variabilis & mutabilis eſt: Quò verò quid magis ab iſto Centro ſeu vno, voluntate ſcilicet DEI immutabili, recedit ad Creaturarum circumferentiam, varietatem & pluralitatem, eò infelicius, imperfectius & mutabilius eſt: In vnitate eſt Beatitudo, non in circūferentia, in Chriſto eſt pax, quies animarum, non in mundo. Qui ergo per immenſam Bonitatem DEI, nos ſine intermiſſione præcurrentem, oblitus omnium Rerum, & relictis ſenſibilibus & Temporalibus in tranſitu ſaltem vtendis, vnitus fuerit iſti vni Centro, iuueneſcit magis, quàm ſeneſcit: Et hæc eſt vera Cabaliſtarū, & Paracelſi Vita lōga, toties votis & ſancta ſpe in ſuis hymnis & ſoliloquiis expetita, Vita Enoch digna: ſicut è contra, qui huic vnitiſſimæ Fontali & vnicæ vnitati per adhæſionem non vnitur, neceſſe eſt perire in æternum, ac per mortem ſecundam

*Eiuſmodi plura commiſcentur & redarguunt è malitioſa ignorantia, quæ nuſquā ſomniauit Paracelſus.*

*Vltra murum Paradiſi ſeu Æternitatis Horizontem videndus eſt Deus, qui eſt proprius locus contemplantium.*

*Qui vnitus cum Deo in Cētro manet inſtar DEI & Angelorū non ſeneſcit.*

*In vanum exurgent Paracelſi cortices exurgere conſueti qui hanc interpretationem clamabunt eſſe coactionem & longius petitam.*

*cundam ſeparari à Luce & Vita, coniÿciq́; in Exteriores Caliginoſi mundi Tenebras, quæ carentia conſpectus DEI, omnium pœnarum acerbiſſima eſt.*

*Omnium rerum cognoſcere opificem ipſum Deum, & in illum tota ſimilitudinis imagine ceu eſſentiali quodam contactu ſine vinculo tranſire, quo ipſe transformeris, efficiariſque Deus, ea demum Vera ſolidaq́; Philoſophia. Igitur Adeptorum Philoſophorum, quorũ ex ſaturitate Vitæ Terrenæ πολίτευμα in cœlo eſt, quibus vnum eſt in omnibus Omnia, & Omnia ſunt in vno vnũ: quiq́; hæc tranſitoria ſemper ſiniſtro, & cœlum dextro intuentur oculo: horum inquam MENS à ſuperiori cauillo longè ſemper remota & aliena fuit. Dum enim relicto poſt tergũ Mundo in maligno poſito, meditatione tranquilla & religioſa, è corporis ſui ſepulchro ſeu è mortuis Tenebrarum operibus Diuina cooperante gratia excitati, potuerunt Lumina Cordis aperire, & per ſeparationẽ Mẽtis à Terrenis obſtaculis in ſe ipſo, in Sabbatho Cordis ad Deum diuerſi, & Beatiſſimo Spectaculo vno videlicet ac ſimplici ab intra intuitu, Eſſentiali quodam Diuinitatis contactu, Omnia videre in vno, & in DEI Lumine tanquam æternitatis ſpeculo contemplari pulchritudinem Summi Boni, Creaturæ Veteri incom-*

Rom.6. ad Col.23.

Myſteriũ Matrimonij Diuinĩ cum Homine.

Huius vaſij ſeu veri lapidis cœleſtis acceſſu omnes ſordes purificantur, tenebra ignorantiæ depelluntur.

Sir.19. ſect.8.

Pſ.90. ſect.10.

Rom.8.

Quicquid Deus non eſt, nihil eſt, & pro nihilo cõputari debet.

prehenſibilem, INFORTVNIVM putarunt; quæ in hac miſeriarum & ignorantiæ valle eſt, moram: Inquietum enim eſt cor noſtrum; donec relicto poſt tergum Nihili pulcherrimo (Tenebrarum ſcilicet & umbræ mortis regione) redeamus ad ENS ENTIVM (à quo peregrinamur) tanquam ad præfixum ſcopum omnis deſiderij & voluntatis, ad quem omnis creatura anhelat & ſuſpirat. Ideò denudati ab omni Creatura & relicti, relinquunt ſe, & à ſe totaliter exeunt, ſpretis omnibus & corporeis; & incorporeis, ab imperfecto ad vnum & perfectum ſuſpirando feſtinant, cuius cognitio & contemplatio (id quod venerãdæ canitiei Hermes ſapientiſſimus ille ac pientiſſimus Philoſophorum Naturaliũ Anteſignanus & Primus Propheta in ſua Monade etiam agnouit) eſt ſacrum Cæleſte & occultum ſilentium, ſenſuum rerumq́; omnium quies, vbi tandem abſoluto miſeriarum, laborũ, & peregrinationum penſo, vnanimi amicitia, omnes animi in vna MENTE, quæ eſt ſuper omnem MENTEM ineffabili quodam modo vnum penitus euadunt. Intima DEI viſio & cognitio DEI Intuitiua, quæ etiã in hoc mundo Animæ ſeparatæ per Lumen Gratiæ contingit, ſi quis modo ſe expedire velit, ac Deo ſubditum reddere. Ita multi ſancti viri virtute Deifici Spiritus in hac

Lactãtius Hermetẽ non tã inter Philoſophos, quam inter Sibyllas & Prophetas, vt verum Orphea commemorat.

Vnico Ieſus præſentiaſi intuentur omnia.

hac vita primitias Reſurrectionis deguſtarunt, & Patriæ Cœleſtis prægustum ſenſerunt. Mors videlicet illa Sanctorum ſpiritualis (quam Hebræi Mortis oſculum vocant) in conſpectu DEI pretioſa, ſi dici mors debeat Vitæ plenitudo: Mori oportet Mundo, Carni, Sanguini, & toti Homini Animali, qui per exceſſum MENTIS velit ad hæc ſecretorum Penetralia ingredi, & in Paradiſum intrare: Homo ſola Mente viuens, vt Angelus euadit, ac toto (vt ſic dixerim) pectore Deum quodammodo concipit. Scopus ad quem omnes dilectiſſimi, ſancti & intimi Amici DEI iuxta Altiſſimi Imaginem ſeu inſpirationem, & non ſecundum Terræ Limum viuentes tendunt, qui ſe ex Amore Diuino in fontem Abyſſi, ſeu Nihilitudinis Pelagus libenter præcipitant, & per Vitam Chriſti Sancta Sanctorum ingrediuntur, vt in Sabbatho viuant in Requie & Beatitudine cum Deo, & ſic Æternitatis Ambroſiano Nectare pereuni potentur. Per Animam ſtantem, ſuam Diuinitatis Imaginem complexam ſeu MENTEM DEO per Chriſtum vnitam actuali potimur Beatitudine.

Exod. 33.
Eſ. 6.
1. Cor. 11.
Pſ. 115.
ſect. 15.

Etſi vero verba producendæ vitæ Vanorum hominum eſſe dicantur, nec Naturæ tamen nec Rationi repugnat Hominem ſibi poſſe ſuam prolongare vitam, vltra communem Homi-

Vlterior longæ vitæ extenſio poſſibilis eſt: Ideo Porta Ge-

*num ætatem, vſq; in magnum tempus, duas ob cauſas: quarum PRIMA eſt, quod nullus certus Terminus in NATVRALIBVS appareat conſtitutus, quo die nobis moriendum ſit, ſed hoc in noſtra manu & poteſtate poſitum ac ſitum eſt, abrumpendi vitam ſi volumus, & ſine DEI offensâ prolongandi ſi modo poſſumus, & ſapientiam habemus: Loquor hîc de Naturali morte Philoſophicè, quæ eſt tantum conſumptio Naturalis Humidi & Caloris, vt demonſtrabile in lychno accenſo, non Theologicè de morte illa Fatali, & vltimo Termino cuilibet à DEO præfixo, quo nō ſolùm Naturæ debitū exoluere, ſed pro peccatis pœnam reddere cogimur. Mors eſt Terminus, qui præteriri non poteſt, non autem dies vel hora, quia viuimus è Gratia DEI Terminum ſine hora. Sicuti enim Deus noſtros capillos numerauit, ita etiam annos ſupputat, relinquendo videlicet illos in noſtra poteſtate: Et quia DEI beneplacitum fuit, vt Homo in ſempiternum viueret, inde facilè percipi poteſt, ipſi quoque propter legitimā generis humani matrimonialē propagationem & augmentationē non diſplicere Hominis etiam in hoc mundo vitam diuturnam ac longæuam, præcipue in Timore & Seruitio Creatoris trāſactam, ſemper tamen citra vltimum ac Fixū* DIVINÆ *mortalibus incognitum.* PRÆDE-

*nethliacorum vitæ metā præfigentium opinionem reijcit, aſfirmando eum, qui infirmitates cauet, & noxia vitat, longiorem vitam ducere poſſe. Par. cap. 7. Labyrinthi medicorum.*

STINATIONIS *Terminum vel punctum deputatum, primis parentibus & hæredibus impoſitum, propter Lapſum ab Originali Iuſtitia, qui præteriri non poteſt.* Quemadmodum *Homo multis modis conſtitutum vitæ Terminum morbis circumuentum non attingere, & ſic vitæ ſpatium abbreuiare poteſt: eodem modo poterit impedimenta hæc remouendo vitam prorogare, vt tandem Naturæ ſuæ conſtitutum vitæ Terminum attingat.* ALTERA *Cauſa eſt, quod Deus ſupra nominatam Medicinam, ad vitæ conſeruationem creauit, quæ poßit corpus noſtrum tàm à corruptione parētum, quam à defectu proprij regiminis conſeruare, infirmum curare, & deperditum reſtaurare: imò omnes morbos naturalem mortem cauſantes à nobis abigere, donec veniat Terribilium omnium Terribilißimum vltimata mors (quæ eſt Mumiæ Interitus) ab altißimo Creatore Deo in peccatorum ſtipendium ordinata. Ideò Paracelſus dixit, mortem ex Iliadi reſolutione, per induſtriam medici impediri poſſe, at illam quæ ex Ente minime: Sicuti autem Ignis aliquis poteſt à nobis conſeruari adiectis lignis: ita quoque vita noſtra prolongari poteſt adhibitis Remediis & arcanis, ex fonte donorum DEI deriuatis; quibus Radicalis Humidi & Innati Caloris debilitatio ceu Ignis Ligno ali-*

Vide Par. de vita longa.

Vide Par. in lib. 8. Archid. de elixiris.

Eſt conſeruatio corporis Humani ab omni accidētali corruptione.

Mors miniſter Dei expectat bella noſtra inteſtina.

Mors duplex eſt Iliado & Ente.

Anima perpetuitatis ſeu ſpiritus Lucis.

Perpetuitatum Lucis Naturæ cōiunctius, eiuſmodò cōiunctionem & vitam non ſinit eſſe breuem.

*tur atque fouetur: Hoc ſaltem in nobis deſideratur, quod exortes ſapientiæ ligna non cognoſcamus, quibus vita noſtra eſſet fouenda atque prolonganda. Adam plenus ſcientiæ, perfectæq́ cognitionis rerum omnium Naturalium, aliiq́ plures coætanei eius, noſtra longè frugaliorem vitam viuentes, tot ſæcula attigerunt, non Natura aut proprietate Temporis, alioquin omnibus Longæuitas contigiſſet, ſed auxilio Arcanorum & Sapientiâ paucis reuelatâ ſpecialique à Deo hac in parte cognitione acceptâ, qua produxerunt vitam in tot annos, vltra communem viuendi ſtatum. Multi ſancti viri, ante Diluuium Medicina vniuerſali vſi ſunt, quam Adam etiam habuit in ſua Familia, teſte Lactantio, quæ confortat Balſamum Internum & inſtar Ignis Homogenea congregat & his contraria Heterogenea ſegregat. Neque eorum ſtandum iudiciis, qui myſteriorum Elementi Aquæ ignari, efficaciam creſcentium atque frugum eluiſſe Diluuium ſomniant, ſeu corpora humana viribus ſuis per Aquam ſpoliata eſſe: Nam omnia creſcentia Aquæ beneficio germinantia adhuc in eodem ſunt vigore, & eadem efficacia, ſicuti tempore Adami. Ideoq́ nihil amplius nobis deeſt, præter Arcanorum cognitionem, & vſum illorum. Et ita non creſcentibus, ſed nobis ea cognoſcendi Sapientiam*

tiam Diluuium eluit. Hæc ſecretorum ſecretiſſima ſemper fuerunt: occultata à vulgo Philoſophantium, & maximè poſtquam Homines cœperunt abuti Sapientiâ, diſponentes ad malum, quam Deus in ſalutem & vtilitatem eorundem conceſſerat.

At ſicuti pauci Naturalem Terminum attingunt, ita quoq; pauci rationem prolongandi vitam norunt: Et huius rei ſunt Cauſæ perplures. Nam abrumpitur vita bifariam, vel per MENTEM, vnde Mentales morbi qui ſunt inuiſibiles, & afficiunt nos in noſtra Mente orti, vt ſunt Incantatio, Imaginatio, Æſtimatio, Influentia, Superſtitio, qui omnes è ſpirituali affectione procedunt: Cōtra eiuſmodi inflictus nulla corporalis cuſtodia, aut tegumentum prodeſt, ſed Fides reſiſtēs, vel aliud medium Magicum requiritur in his faſcinis amoliendis, & licet cura ſit difficilis; eſt tamen poſſibilis. Et hi morbi ſolis medicis Adeptis cogniti, citra medicinæ Naturalis adminiculum ſanantur. Ineſt enim Hominum animis Virtus quædam deliteſcens, immutandi, attrahendi, ligandi, potiſſimum ſi maximo Imaginationis, Mentis, Voluntatisq; exceſſu, in id, quod vel attrahere, vel immutare, vel ligare, vel impedire cupiat: Hoc illis non videtur mirum, qui ſciunt operationes Magnetis Natura Antipathici,

Par. Hominibus in mundo ſe multiplicantibus, ſapientibus ſapientes reſeruata ſecum ſapientia manſerūt in Centro, aliis ipſa inſtitutos ablegarūt in circumferentiam.

MENS & ENS abrumpūt nobis vitam.

Non obſtāte quod dicatur, actum Imaginationis eſſe immanentem, & Imaginatione vnius, corpus alterius non poſſe alterari.

ſpiritualiter ac inuiſibiliter faſcinantis, vires mirificas.

Ne autem ſpiritus noſter, his quinque læſionibus ſupernaturalibus inflictis, ſuffocetur, neve vita penitus abrumpatur, tūc curâ ſupernaturali & præſidio magico, citra omnem Diuini Nominis profanationem, horum Aſtra maligna auertuntur in aliud quid: Et ſic qui ex Mẽte proceſſerunt morbi, mentalem requirunt medicationem, de quibus plura apud Paracelſum in Philoſophia Sagaci: Pietas eſt ſumma medela, cuſtodia atq; cōſeruatio cōtra eiuſmodi mala, ſicuti DEI auxiliares manus in omnibus morbis ſunt ſummum præſeruatiuum. Vel abbreuiatur per ENTEM, vt per morbos Entales ſeu Corporales: Multi enim viuentes vt edant, voluptuoſamq; abundantiam Naturali neceſſitati paucis contentæ præponentes, crapula ſibi abbreuiant vitam, & reperiunt mortem in olla: Ieiunio ſanitas cōſeruatur, ac optimum Regimen ad prolongãdam vitam eſt moderata Diæta. Et hæc cura Naturalium læſionum mẽbrorum videlicet ex Enti è Naturalibus cauſis & mediis (Elementis ſcilicet & Arcanis) petenda. Nam quilibet morbi ſuam poſtulant propriam ſanationem) reſpuunt alienam: Medicationes corporales non proſunt mentalibus ſeu ſupernaturalibus, nec medicationes mẽtales vtiles

1. Reg. 4. Sir. 17. ſect. 34. c. 31. ſect. 21. 23. 24.

*vtiles eſſe poſſunt corporalibus morbis. Hoc etiam non prætereundum, quod in vtero matris ſæpe corrumpamur, ſæpe in partu & educatione impedimur, & multis variis accidentibus poſſumus detineri, quò minus ad vitæ Naturalem Terminum pertingamus, ſicuti abunde in ſuis libris à Theophraſto notatũ eſt. Sed ne inſtituti noſtri immemores latius, quàm Præfationis ratio admiſerit, vagemur, hîc ſcribendi vela complicabo. Quicquid ergo laboribus, vigiliis, ſtudiis & peregrinationibus lucri feci, quod tam Medicinam & Philoſophiam illuſtrare, quàm Lumen* GRATIÆ & NATVRÆ *manifeſtare poßit (licet longe maiora ſint diuina myſteria, quàm vt Humanorum verborum ſplendore queant illuſtrari) quantum diuina permiſit Minerua, in hac prolixa & Admonitoria Præfatione opportunis inſerui locis, & quoad licuit, quantumq; fas fuit, Doctrina Filiis & Sapientiæ hæredibus (qui ſecundis meditationibus prudentioribus, lotis & Animæ & linguæ manibus, relegendo hæc ſine vlla ſuperfluitate aut diminutione in* DEI *Lumine in medium allatæ ſæpius per reiterationis ſpeculationes, enucleatè ac conſiderato iudicio percurrent) ex intimo & penitißimo Cordis Armario candidè communicaui: ſiquidem non ſatis eſt ſcire, quod ſcias, ſed ad publicã quoq; vtili-*

Lege, perlege, relege ac reitera lectionem, nec te laboris, vt ſpero pœnitebit.

Propria vtilitas Reipubl. commodo non præponenda.

*ſatem pertinet publico ſcripto, quod publice interſit, palam facere, non faſtum aut inanem captando gloriã, ſed iuuandi ſtudio incitatus, ut poſteritati conſulatur, & ſumma* DEI *benignitas colatur, venereturq́; : tum quod videam in ſcholis publicis maxima ex parte hodie potius eruditionis oſtentãdæ, quam auditorum profectus gratia doceri : tum quod non cuilibet diſcendi & proficiendi cupido ( ſiue lauta ſiue res anguſta ſit domi) ea cõtingat felicitas, quæ mihi peculiari Numinis beneficio accidit, quòd videlicet, in duabus laudatiſſimis & honoratiſſimis Familiis,* ESNÆA *in Gallia apud Boïos, &* BAPPENHEIMIA *Mareſchallorũ Imperij pluſquam decennium magno ſtudiorũ meorum commodo liberaliter tranſegerim : Et dum generoſam meæ fidei & diligentiæ cõmiſſam Proſapiam inſtituerem, factum eſt, vt variis medico cumprimis* LIBRVM *Naturæ ( cuius qualibet regio folium eſt) non manibus, ſed pedibus fructuoſe euoluere cupienti, vtiliſſimis peregrinationibus (maximè dum cum illuſtri & generoſo* MAXIMILIANO *Mareſchallo infelici tunc ſua ſorte detenti parentis ipſius* CONRADI *Antiquæ Fidei & Virtutis nunc in Chriſto quieſcentis Herois liberationem ſollicito ) cùm nõ promiſcuè literatis optatiſſimus contigerit congreſſus, quorum aditum*

*Schola medica nõ tecta eſt lateribus, ſed firmamento; ideo Codex Naturæ pedibus eſt euoluẽdus à perambulante ex Paracelſi mente medico.*

*ſine*

*ſine his adminiculis alioquin difficilem exper-
tus eſſem. Acceſſit inſuper & hoc præcipuum
ac potiſſimum adiumentum, quod illuſtriſſi-
mus omniumq́ literatorum obſeruantia perpe-
tua digniſſimus & Heroicus Princeps* CHRI-
STIANVS ANHALTINVS, *&c. ſuo pluſ-
quam ſingulari in Muſas ſecretiores fauore,
& laudabili patrocinio, me ferendo & depo-
nendo huic oneri planè imparem (videlicet in
omnibus his præparandis, & Ignis beneficio e-
xaminandis medicamentis) ſumtibus ſuble-
uarit neceſſariis. Quo egregio in totam Rem-
publicam Spagyricam ſtudio, promerito & ex-
emplo (aliis magnatibus hoc loco à me ad imi-
tationem propoſito) Celſitudo ipſius illuſtriſſi-
ma, iuxta beata ſumptuum præmia non ſo-
lum æternam Nominis Famam & gloriam
merito ſibi ac iure conciliabit, verùm etiam ab
exteris nationibus, omnium temporum poſte-
ritate immortalis memoriæ gratiam referet.
Porrò quod ad ordinem & Diſpoſitionem me-
dicamentorum attinet, hanc mihi (dum ſuo
quilibet fruitur ſenſu) pro genij & ingenij mei
modulo ac arbitrio ita placuit inſtituere: Cui-
libet erit integrum ſuas adiungere vlteriores
Experientias, ſibiq́ pro animi ſui ſententia ad
ſuos priuatos vſus amplificatam diſponere ali-
ter: Et ita non dubitabo, hanc Chymicæ Segetis*

meſſem, frugumq́; mearum primitias, & hoc difficilis & laborioſæ diligentiæ Spagyricum munus, quo non puto me potuiſſe præſtantius Patriæ & Reipublicæ relinquere, pia doctrina præditis (Canes & porcos ab omni virtute & gratia alienos, Scarabæos, etiam in ſuis ſterquiliniis relinquendos non moror) futurum gratiſſimum, iisq́; omnium maximè, qui conſumpſerunt ſuam iuuentutem cum infinitis laboribus ad proſequendam Scientiam, quiq́; intelligentiæ Lumine non orbati, in Vulcani ſchola Spagyrica, & Hermetritæ entrii, iam antè obſeruatis medicorum conſuetis canonibus, tam de morborum cauſis, quàm de eorundem methodica curandi ratione inſtituenda, è probatis authoribus ſufficienter edocti ſunt. Non enim ad vitandam prolixitatem, hoc loco tractari potuerunt omnia: Scimus non paucas relictas eſſe dubitationes inexplicatas: nec mirum, Multa neſcientes de multis dubitare neceſſe eſt: Et lege Philoſophica cautum eſt, vt ipſis initiatis diſcipulis & inueſtigationi Intelligentium, quædam ſint relinquenda occulta tædia: Ita enim probantur ingenia, & idonea redduntur Philoſophorum ſcholis. Qui poteſt capere capiat: Et qui non intelligit, aut diſcat aut os premat & taceat: Nihilominus Indagator ſolers Antiquæ Prima

Non tam multa diximus, quin plura adhuc dicēda reliquerim⁹. Iis hæc ſcripta ſunt, qui ingenio perſpicaci & felici à Deo mentem illuſtratā & Ani..ā ſale ſapiētia conditam poſſident.

*ma & Sacræ Philoſophiæ alumnus, qui in Timore Dei, pias inclinauit aures, & Rationem ſepoſita Phantaſia bene diſpoſitam cum ſubtili ingenio & profundo intellectu habuerit, oculorum non vulgari acie deprehendet & conijciet, in hoc aperto Naturæ foro (Omnipotente concedente) ex* PAVCIS *ſignificationem* MVLTORVM: *Et qui Veritatis patiens, poſito liuore, candido animo ad hæc legenda acceſſerit, & diligenti ac conſiderato* MENTIS *iudicio affectibus non deprauato omnia examinauerit penitius, fores & intima vtriuſque Luminis penetralia reſerata fauente ſupremi Opificis virtute magna tandem fatebitur gratitudine, & ex omnibus probe intellectis* ORANDO & LABORANDO *fructus ſua expectatione proferet longè vberiores. Si fortè qui ſint obliquæ opinionis, Veritatis neſcij & moroſi palati Homines, qui temeraria ſua ignorantia in ingenium noſtrum ingrati beneficium pro iniuria reputant, & pro merito hoc publico, ad DEI gloriam ac proximi commodum promouendum, Reipublicæ egenti ſincere de manu DEI communicato, opus non habeant, illi ſuis ſuperbis & temerariis cenſuris cum cornicula Æſopica, aut farraginum conſarcinationis Exprobratione (quandoquidem è palea granum eruere, verum à falſo ſecerne-*

*Sufficiunt intelligenti pauca.*

re non minoris artis & felicitatis quam tædioſiſſimi laboris) indubitatæ experientiæ ſedulitates laborioſas, alienoſq; ſudores (iudicent hi, quibus in re ſimili ſudatum eſt) iniuſte non exagitent, neque cum Timone μισανθρώπω torvum videnti animum amarulentum poſteritati ratificent, aut crudelem ſuam ac deteſtandam inhumanitatem, ſeu iniquiſſimum Veritatis aſſumptum odium inſurgendo toti mundo publicent, niſi reſponſi loco è literatorum cœtu plane excluſi generis humani perduelles & publicæ ſalutis aduerſarij eliminandi iure iam ante vocari velint: Illos etiam Veritatis ſtudioſos, qui gratanter hos noſtros labores, & fidelem diligentiam excipient, non deterreant: aut ſi poſſunt, dum ipſis hac vice ſuarum quoque Obſeruationum publicandarum porrigitur anſa, fontes ſuos deriuent foras, ac, ne ipſis ficulneæ maledictio contingat, lucem accenſam ſub modio depromant, & omiſſis otioſis logomachiis, ſcholaſticiſque quæſtionibus ac diſputationibus inutilibus (verſatili enim & litigioſo Philoſopho Sceptico, cuius non veri inueniendi, ſed altercandi propoſitum, cuique vocis contentione quiduis probare ac defendere, & quiduis diluere procliue eſt) meo exemplo incitati & prouocati, prout bonos ac ſynceros Reipublicæ Medicæ & Spagyricæ

Matth. 11. ſect. 19.

*gyricæ ciues decet, (ſiquidem Medicina perfectionis Terminum nondum aſſecuta eſt, ſed multa futuris ſæculis manifeſtanda reſtant) propria ſua experientia proferant his meliora, & LAZARO egeno non* VERBIS *ſyllogiſticis aut Leuiticis, ſed* Opera *ſuccurrant Samaritana. Hoc ſi fecerint, depoſituſq́ maledicentis Ignauiæ ſignaturis, ex Fucis, inani clamore & ſtrepitu ſaltem terribilibus in Apes tranſplantentur, & nobiſcum deinceps grata concordia, pio amore mutuiſque officiis repudiata multitudine & fornicatione in vnionem & mellificium conſpirent Spagyricum, præſtantiámque Chymiæ aduerſus Calumniantium linguas* Reipſa *propugnent, & bonam hanc noſtram operam ſuo ingenio doctrináque, ſine inuidia & maledicentia, ipſo opere meliorem reddere nitantur: nullum planè erit dubium, quin iuxta alias arcanas, adhuc in occulto deliteſcentes, ſcientias, Antiqua illa, Vera & Philoſophica Medicina, vetuſtate & iniuria temporis, noſtri etiam corruptiſſimi ſæculi indignitate, (hominum peccatis haud dubie ita concurrentibus) nondum planè manifeſtata, breui, fauentibus ſuperis, nitori priſtino ac deperdito ſplendori reſtituatur cum ſaluberrimo totius generis humani*

Quis enim Medicinæ finem perſcrutari potis eſt?

*commodo & debito Spagyricorum Medicorum honore, quorum opera immenſum illud Miſericordia diuinæ pelagus Inſtrumenti & Calami loco ad tam ſalutare negotium perficiendum vti voluerit. Id faxit illa ſancta Triunitas, cuius Nomen ineffabile in ſæculum ſæculi ſit benedictum.*

*Amen.*

ILLV.

ILLVSTRIS. ET CELSISS.
*Principi ac Dominæ, Dominæ*

# ÆMILIÆ ELISABETHÆ,

Landgrauiæ HASSIÆ, Comitiſſæ in Catzenelnbogen, Diez, Ziegenhain & Nidda, Natæ Comitiſſæ ab Hanavv Muntzenberg, &c.

*Principi ac Dominæ meæ clementiſſimæ.*

APOLLINIS oraculis & Sibyllæ foliis verius eſt, *Illuſtriſſima ac Domina clementiſſima*, quo res diuinior, nobilior, iu-

cundior, eò minus ab obtrectatorum gannitibus & morſibus viperinis tuta eſt. Id quod de vera & ſincera chymia etiam affirmari poſſe, ſummoperè dolendum & deteſtandum eſt. Eo enim temeritatis & dementiæ deuentum eſt, vt non deſint, qui tam bardè contra omnem veritatem, propriámq; ſuam conſcientiam, ipſóſque ſenſus, de optimis optimorum chymicorum inuentis & chymia ipſa, iudicent, quin aſſerere non dubitent & erubeſcant, chymiam eſſe peſtem Veneficam, Dæmonum culinam, & Phlegethonteis paludibus prolatam, ex agro Medico proſcribendam, & ad Garamantas vſque relegandam. Sed ex odio, inuidia, ignorantiâ.

*Pariſienſes & alij.*

*Namque nec eſt chymiæ maior vel iniquior hoſtis*
*Quam qui vel nequiit, vel diſcere noluit artem.*

*Liuinus Fiſcherus de aurea auri tinctura.*

Con-

Conceptam hanc opinionem illis relinquimus, cum citius Herculi claua, quam ipſis hæc malè concepta opinio euelli queat. Approbanda magis ſententia eorum,

*Queis meliori luto finxit præcordia Titan.*

Et rectè ceciniſſe ſtatu Lipſienſium quondam Hippocratem;

*Hanc quiſquis temnit, ſacra Iouæ munera temnit*
*Impius, inq; Deum malè gratus & eſt abſurdus,*
*Vt dubitem, Anticyriſne tribus ſanare ſit iſtum.*

*D. Siglicius P. Pe ad Hoffmannũ de vero vſu & ſero abuſu medicamentorum chymicorum.*

Hæc enim eſt Phyſices firmiſſima baſis, medulla & anima, ita vt vix quiſquam in Phyſicis contemplationibus & naturæ perſcrutatione, ſine hac, excellere poſſit. Hæc Pharmaceutica Herculeum fulcrum & totius Meditrinæ corona Regia & po-

*Sennertus lib. 5. Inſtit. part. 3. ſect. 2. c. 1 & de conſenſu & diſſenſu.*

lita columna. Hæc artis noſtræ quaſi ſumma perfectio, cuius manuductione

*Tollere humo, Victorq́, Virûm Volitare per ora.*

*Norſtius in complemento epiſt. lib. 1. ſect. 18. Renealmus in obſeruat. Med. Petrus Fabri. Matthiolus in epiſtolis medic.*

Huius beneficio morbi deſperati & ab aliis relicti citò tuto & iucundè curantur, inquit Galliæ quondam Hermes. Hinc Hermetis nepos Matthiolus dicere audet: *Neminem medicum abſolutum eſſe poſſe, imò nec mediocrem, niſi in chymica arte ſit exercitatus.* Hæc veluti ſplendidiſſima Dianæ Lampas, abdita naturæ penetralia colluſtrat, & clauſtra reſerat. Hæc fractis nucibus duriſſimis, nucleum nobis dulciſſimum eruit. Hæc res nobiſcum loqui facit. Ex ſinu ipſius, tanquam Amaltheæ cornu, infinita bona in totum genus humanum redundant. Hæc venena pernitioſiſſima in pretioſiſſima alexipharmaca

tranſ-

tranſmutat. Hoc in Dei cognitio-nem nos perducit. Hac reſtituuntur illi qui tantum deuorarunt remedio-rum

*Quantum quadrijugi poſſunt agitare iuuenci.*

In huius itaque admirationem ra-pti, infiniti Imperatores, Reges, Prin-cipes, Marchiones, Duces, Comites, Barones, Inter Imperatores primum locum obtinet, Imperator inuictiſſi-mus Rudolphus, qui inter tot præ-clariſſime geſtarum triumphos, non poſtremæ gloriæ ſibi duxit, magno & memorabili exemplo, Vulcanicis operationibus manum admouere, & ſeriis ad incolumitatem imperij cu-ris feſſum animum, hiſce operatio-nibus recreare, & vſum harum pu-blicum & communem facere. In hu-ius admirationem raptus Celſiſſi-mus Princeps Mauritius, Haſſiæ

Landgrauius, qui dum in viuis erat, micuit

*---. Inter omnes*
*Principes, ſidus velut inter igneis*
*Luna minores.*

Hic ſe totum naturalium miraculorum inquiſitioni conſecrauit, & vt hæc ſuccederet feliciter, chymica corporum reſolutione, analyſi, ſeparatione, tanquam diuina virgula eſt vſus. Ex hoc oblectamine ſummo perfuſus, in hac multum horarum, ſumptuum, laborum impendit. Huius cauſa ſæpius ſomnum non vidit, optimè Princeps intelligens, non ſecus ac priſci Cæſares, Reges, Duces, immortalem nominis gloriam, quam

*---nec ventura ſilebunt*
*Luſtra, nec ignota rapiet ſub nube vetuſtas.*

ſinceram animi voluptatem, & infinitas

nitas fruges ſua ſuorúmque vtilitate ſtipatas, ex aſſiduâ artis chymicæ cultura perceperunt, haud dubie ſe meſſurum fore. Non alium in finem ſæpius arcana propriis manibus confecit, & ægrotantibus ipſe exhibuit & eos faucibus Lethi liberauit. Hunc in finem fideles exploratores in varias, longéque remotas regiones, qui recondita ſpagyrica arcana hinc inde conquirerent, non ſine permagnis impendiis amandauit. Hunc in finem propria manu ſpagyricis famæ celebritate notis, ſæpius ſcripſit, & cum iis coram doctiſſimè contulit, nec non Alexandrinis beneficiis & muneribus dignos affecit. Huius amore allectus artis etiam imperitiores, ſolitâ liberalitate, quâ neminem vacuum & mæſtum à ſeſe dimittere conſueuit, beneficiíſque non contemnendis affecit. Magnum illum Quer-

cetanum, Galliæ Regis Archiatrum, de Chymiatrica & vniuerſa medicina bene meritum (rumpantur vt Ilia Codris, Momíſque inuidis & perfidis, mortuo Leoni inſultantibus) Lutetiâ Pariſiorum accerſiuit, cúmque eo de variis arcanis & ſecretis contulit & collaborauit, & annuis ſtipendiis ampliſſimis, quamdiu vixit, honorauit. Qui tamen plura à Litteratorum Principum Phænice, & parente meo p.m. vidiſſe, didiciſſe, audiuiſſe, quam attuliſſe, faſſus, quodque ipſum candidus & gratiſſimus vir in ſcriptis ſuis aureis hinc inde inculcat. Hunc in finem inſtructiſſimum, aſpectu iucundiſſimum Myrothecium ſpagyricum, innumeris remediorum formulis, ſalibus eſſentialibus, fixis, floribus, ſpiritibus, eſſentiis, extractis, tincturis, magiſteriis, arcanis, ſpecificis, elixiribus,

ribus, locupletatum, boni publici & ſubditorum cauſa, ad miraculum exteriorum & peregrinantium, erectum fuit. Huius amore inſtinctus Laboratorium publicum illud per totam Europam notiſſimum, in celeberrimâ Academiâ Marpurgenſi ſumptibus non exiguis in vſum medicinam docentium & diſcentium, nouo & inaudito exemplo, ne quid ad incrementum, ornamentum & complementum Facultatis Medicæ, quam ſingulari amore & fauore proſequutus eſt, deeſſet, conſtrui curauit. Non alium etiam in finem Profeſſio chymiatrica, in publica Medicorum pulpita, auſpiciis & iuſſibus Celſiſſimi huius Principis, per parentem meum p.m. introducta eſt. Huius Magni Principis inſtinctu parens p.m. collegia chymica aperuit, Practicam chymiatricam & notas haſce

in Crollium conſcripſit & Diſcipulis ſuis intimioribus communicauit. Patris mei μακαρείτου veſtigia & exemplum, iure quaſi hæreditario perſequens chymicum ſtudium omni ſtudio mihi colendum propoſui, quem in finem haſce parentis notas, à diuerſis nationibus dudum deſideratas, & hactenus ab artis cultoribus deſcriptas publici iuris facere & C. V. in grati animi indicinam publicam, humiliter offerre, dicare & dedicare volui & debui, V. C. humillimè rogitans, vt eas benignâ & ſerenâ fronte accipere, méque contra Zoilos & Ariſtarchos, qui Theonino dente ſcriptum hoc arroſuri ſint, defendere haud dedignetur. Deum Trinum & vnum, vt C. V. cum tota Domo Haſſiacâ & Sereniſſimum Principem ſub vmbrâ alarum ſuarum paternè protegere, & vlteriora

trophæa

trophæa glorioſa, contra Eccleſiæ & Germaniæ ſanguinolentos hoſtes, clementer largiri, & ab omni malo ſartos tectóſque omnes conſeruare velit, ardentiſſimis ſuſpiriis adoro. In quo voto deſino, & me gratioſæ clementiæ, quam hactenus ſatis ſum expertus, & experior cottidie, totius Domus Haſſiacæ, tutelaríque patrocinio, commendo & recommendo.

Caſſellis Anno reſtauratæ Salutis M. DC. XXXIV. Calendis Septembris.

V. C.

*Subiectiſſimus,*

GEORGIVS EVERHARDVS
Hartmannus Philochymicus.

BIBLIOTHÈQUE NATIONALE
R.F.
IMPRIMÉS

# OSWALDI CROLLII
# BASILICA CHYMICA,

PLVRIBVS SELECTIS ET ſecretiſſimis propria manuali experientiâ approbatis deſcriptionibus, & vſu remediorum Spagyricorum ſelectiſſimorum auctâ.

A JOHAN. HARTMANNO, Med. Doct. & quondam chymiatriæ in Acad. Marpurgenſi Profeſſore clariſſimo & Principum Haſſiæ Archiatro.

BIBLIOTHEQUE NATIONALE BR

A

# BASILICA CHYMICA[a].

SANATIONES *omnium morborum ( vt hîc* [b] *etiam conuenientiſsimè ſignificantibus* P Seuerini *verbis vtar ) ſunt duplices.*

Vniuerſalis , *quæ eſt ablatio Radicum ſeu impuritatum morbidarum , vel ab ortu hæreditarióve parentum ſemine ,* [c] *vel poſtea alimentorum vſu & culpâ , ſiue externarum Impreſsionum Iniuriâ in Humanam Anatomiam inſitarum : perficitur* Balſamo *Naturali Remediorum Humanæ Naturæ conſentaneo* [d] *reſoluente , conſumente & diſsipante Impuritatum ſeminarias Tincturas: corroborante verò, conſolidante & cuſtodiente Innatum Balſamum ( quandiu enim, ſecundum Paracelſum, Humidum radicale manet in ſua quantitate, non ſentitur morbus. ) Et quia hîc Indicationum pluralitates, particularitates, ordines locum non habent ; vno eodemq́ Remedio abſoluitur. Ideò non ſine cauſa dicit Lullius, poſſe hãc vnicam ſupremam & vniuerſalem medicinam, ad quam omnes medicinæ particulares reductæ ſunt , corpori Humano adminiſtrari, ſine Infirmitatis cognitione. quia ſapiẽs Naturæ per ſuum inſtinctũ dedit ei Virtutes curan-*

*Vna eſt communis omnium hominum Mumia, Spiritus vitæ : ergo & vna poteſt eſſe Medicina, quia morbus in homine nihil aliud eſt, quàm affectio quæ Mumiæ ſeu Spiritus vitæ*

*ſunctio in homine impeditur: probatur Exemplis, videlicet ſolis, ſalis, panis, veneni, aëris, ignis, omnes homines indifferenter afficientibus: Horũ ſi ſummus ſanatur, ſanãtur inferiores.*

*di omnes infirmitates naturales & rectificandi ſe ipſam. Quatuor ſumma Morborum* [e] *genera exaltata* [f] *& conſummata, vniuerſali ſolummodo curationi ſubijciuntur (Epilepſia videlicet, Podagra, Hydrops, Lepra) ad quorum familiam omnes reliqui Inferiores morbi, tanquam ad fontes & principia, deducuntur. Optanda quidem eſſet Vniuerſalis hæc Curatio,* [g] *ſed pauci hoc diuûm munere digni habentur. Raymund. Lullius ſedulò & fideliter Medicos, ad perfectionem aſpirantes, iubet quærere Vniuerſalem illam medicinam, quæ vna eſt ſanatiua omnis Infirmitatis,* [h] *& confortatiua Spiritualium Virtutum, ſiquidem in ea, tanquam in vnum proprium ſubiectum facta eſt omnium Operatiuarum Virtutum totius Medicinæ (per tres Naturæ Familias* [i] *alioquin particulariter & confuſè diſtributarum) Naturæ curſu Realis & Vniuerſalis coniunctio, congregatio & colligatio: Et qui tale habet* [k] *omnium morborum Antidotum in hoc mundo, DEI habet Donum, quia Theſaurus eſt perennis, incomparabilis & innumerabilis. Quæcunque infirmitas hoc competenti adminiculo Naturali adminiſtrato non ſanatur (ſiquidem ex denegatione auxilij, Digitum Domini Naturæ animaduertere non obſcurè poterimus) tolerabilius tamen facit malum, donec Infirmum liberet*

*beret ipſe Deus Omnipotens.*

Particularis, *in qua non ſemper Radices ipſæ,* [l] *vel Seminales Tinctura morborum tolluntur, ſed ſæpius fructus, ſymptomata, paroxyſmi, dolores mitigantur, prohibentur, ad exaltationes venire non permittuntur, excrementorum euacuationes inſtituuntur, & debilitata Natura corroborationes adiunguntur, Remediorum conſentaneis Spiritibus, qui morborum diuerſoria ſoli ſciunt. Nihilominus hæc Particularis Curatio, non eſt contemnenda: Sæpe enim in morbis grauiſſimis Vniuerſalis officio fungitur, quia Deus è miſericordia ſua quædam Secreta Particularia Vniuerſalia manifeſtauit, quæ in ſe continent Naturam totius Cœli,* [m] *alia totius Aëris,* [n] *quædam totius Terræ,* [o] *per quæ morbi facilè dignoſcuntur & curantur: Specifica enim & appropriata Remedia facta Spiritualia Vniuerſalem Curationem ſæpè æmulantur, Impuritatum Radicibus conſumptis, & Balſami Virtute confirmata. Vtique beati eſſemus in defectu Vniuerſalis, ſi ſaltem Particulares, ſubalternas, ſpecificas, indiuiduas, Curationum ſpecies attingere liceret. Hactenus Seuerinus.*

*Viâ* Particulari *Morbi materiales* [p] *expelluntur.* Primò *per vniuerſalia emunctoria, per quæ Natura Remediis adiuta materiam mor-*

*bidam excernere & compeſcere conſueuit, ſequentibus viis ſeptem, ſcilicet*

*per* { Vomitiua.
Cathartica.
Diuretica.
Diaphoretica.
Confortantia.
Anodyna.
Odorifera.

Secundò *Morbi fugantur Viâ Particulari, per Remedia appropriata & ſpecifica,*[a] *ſecuti eſt*

*Specificum* { Septem Principalium Membrorum *corporis Humani.*
Capitale, *ſcilicet* { Epilepticũ
Apoplecticum.
Ophthalmicum.
Odontalgicum.
Pectorale.
Cordiale.
Stomachicum.
Vterinum.
Febrile.
Peſtilentiale.
Podagricum.
Nephriticum.
Hydropicum.

Dyſen-

Dyſentericum.
Venereum.
Venenatum.
Vulnerarium, *vlceroſum, puſtuloſum.*

*a* Liber hic inſcribitur Baſilica Chymica, quemadmodum nimirum in aula regia, ſeu principali, magnificus & pretioſiſſimus quarumcumque rerum apparatus; ita etiam hic non niſi ſelectiſſimorum medicamentorum. Videtur Germanicæ originis, quaſi Ballſamia.

*b* Nam in præfatione, eiuſdem, Seuerini Dani vſus eſt verbis ex capite 14. ideæ Med. Philoſ. Multi putant Petrum Seuerinum non eſſe authorem Ideæ, ſed Pratenſem illum, cuius carmen in fine annexum eſt; quod comparatio carminis & totius ſcripti iudicare videtur.

*c* Diſtinguendum eſt ſemen à ſpermate. Sperma eſt totũ illud corpus, quod oculis cernitur, ſed ſemen eſt pars in quolibet grano ſeu ſpermate.

*d* Remedia debent eſſe ſimilia balſamo, ſummum eſt axioma medicorum à Dictatore Hippocrate in ſanam Therapeuticam introductum lib. a. de flatibus, & 2. aph. 22. Contrariorum contraria ſunt remedia. Huic oppoſitum videtur Hermeticorum dicterium: Similia ſimilibus curantur. Verùm nulla eſt contrarietatis apparentia, ſed rectè vtrumque eſt intelligendum: Remedia nimirum ſimilia debent eſſe naturæ, ſeu balſamo & calori natiuo, quem in expugnando morbo iuuare debent; contraria verò eſſe oportet ipſi morbo.

- Morbi ſunt
  - Simplices quatuor morbi, ad quos omnes reliqui referũtur
    - 1. Lepra, cui affines ſunt cutanei morbi,
      - Vlcera omnia, pruritus, ſcabies, alopecia, furfures, ſquamæ, fiſſuræ, cutis fœditates, puſtulæ, anthraces, malum mortuum, cancer, carbunculus, furunculus, phlegmone, clauus, abſceſſus, vitiligo, morphæa, pſora, achores, tineæ, gutta roſacea, lichen, impetigo, &c.
    - 2. Podagra, cui accedunt,
      - Colicæ, Nephritides, omnium dentium dolores, Arthritides, dolorificæ fluxiones, cephalæa &c.
    - 3. Hydrops, cuius ſunt
      - Febres.
      - Apoſtemata vterina.
      - Ictericia.
      - Cachexiæ omnigenum genus.
    - 4. Epilepſia, ad quam referũtur morbi capitis & alij: vt,
      - Catarrhi, paralyſis, palpitationes cordis, ſpaſmi, vertigines, melancholiæ, apoplexiæ, ſuffocationes vteri.

- Mixti & tranſplantati vnde
  - Catarrhi podagrici.
  - Paralyſes.
  - Leproſæ.
  - Febres arthriticæ.
  - Noui morbi
    - Morbus Gallicus, vel Lues venerea, Anglici ſudores, petechię, prunellæ, dyſenteriæ, pleuritis.

*Vel*:

- Morbi ſunt
  - Primi ſeu ſolitarij
    - Epilepſia.
    - Podagra.
    - Hydrops.
    - Lepra.
  - Secundarij & dependentes omnes.

*f* Ideóque etiam vocantur Aſtralia.

*g* Argumenta eorum, qui negant, videri poſſunt apud Doringium de Medicina & Medicis.

*h* Docuit tamen experientia, medicinam hanc, doſi, quantum par erat maiori, exhibitam; etiam mortem intuliſſe, ſed placidiſſimam. Ergo eam omnis dolorifici ſenſus expertem eſſe, neceſſe eſt.

*i* Vegetabilium, mineralium & animalium.

*k* Habuiſſe fertur, Arnoldus Villanouus, Baſilius Monachus, qui tecto nomine Aſam Phalaiam, quaſi ἀσφαλείαν, hoc eſt, ſecuritatem, nominat. Paracelſus & alij. Crollius ſe vidiſſe & guſtaſſe fatetur apud Michaëlem Sendiuogium Polonum.

*l* Quia interdum fit, vt ipſæ Tincturæ radice-que hâc peculiari ſanatione ſanentur.

*m* Vt Sol habet ſignaturam Solis cæleſtis.

*n* Vt Ros majalis.

*o* Ros Solis ſiue Rorella.

*p* Qui cum impuritate, & Tartaro coniuncti ſunt.

*q* Sanatio alia eſt

- Vniuerſalis & perfecta ablatio, impuritatũ ſeu radicum morbidarum mixtione nõ neceſſariâ in humana anatomia inſitarum, quæ balſamo naturali remediorũ naturæ humanæ cõſentanea perficitur, reſoluente, conſumente & diſſipante impuritatum ſeminalium tincturas, corroborante verò, conſolidante, cuſtodiente innatum Microcoſmi Balſamũ. & hæc requiritur in morbis
  - Hæreditariis, & qui ad perfectionem peruenerunt.
  - Conſummatis
    - Epilepſia.
    - Podagra.
    - Hydrope.
    - Lepra.
- Particularis, in qua non ſemper radices ipſæ vel ſeminales Tincturæ morborum tolluntur, ſed ſæpius fructus, ſymptomata, paroxyſmus, dolores mitigantur, prohibentur, ad exaltationem peruenire non admittuntur, excrementorum euacuationes inſtituun-

tuuntur, & debilitatæ naturæ corroborationes adiunguntur. Hæc locum habet in morbis infra nominatis, qui nondum ad extremitates peruenerunt, & eorum affinibus ſeu congeneribus.

1. Vniuerſalis curatio fit per ablationem, reſolutionem, & conſumptionem: iiſdem modis etiam procedendum vt in particulari.

Ablationes, reſolutiones, conſumptiones fiunt per { 1. Vomitiua. 2. Cathartica. 3. Diuretica. 4. Diaphoretica. }

2. Perficitur vniuerſalis curatio per corroborationem Balſami naturalis, conſolidationes, regenerationes, virium refectiones, humectationes, malignitatis ſedationes.

Hæc omnia fiunt particulariter per { Confortantia. Anodyna, adde odorifera { Humectantia calorem. Sitim ſedantia. Sanguinis miſſionem. } }

Particularis curatio ſolùm fit per ſpecifica. Sed ſpecifica illa ſemper ſunt cum proprietatibus Vniuerſalis: Auferunt nimirum, reſoluunt, & conſumunt, denique ſunt particularia & ſingularia ſingulis indiuiduis partibus.

r Remedia chymica & ſpecifica 1. ritè præparentur. 2. ritè præparata iuſtis & appropriatis vehiculis. 3. iuſta doſi ſeu quantitate, exhibeantur. Hæc etiā ſpecifica aut ſpecialiora remedia ita ſunt comparata, vt niſi ab eo, qui Methodo medendi benè inſtructus ſit, cum felici ſucceſſu vſurpari

queant, vnde non demiretur, aut Crollium arguat, ſi fortè quis empiricus, in eorundem applicatione, citra diſcretionem, ſiue votóque ſuo fruſtretur.

I.

## VNIVERSALE DIGESTIVVM ſeu maturatiuum.

*IN morbis,* [a] *qui conſtant ex Impuritatibus mobilibus* [b] *ſuperficiariis, qui non egerunt fixas radices,* [c] *neq; ad difficiles coagulationes* [d] *deſtinati, quod ex dolorum ſignaturis* [e] *& ſymptomatum inconſtantibus & turgidis efferueſcentiis deprehēditur, quales ſunt Febres* [f] *plurimæ, Catarrhi, Tuſſes, Raucedines & ſimiles affectus, in illis non opus eſt Digeſtiuo, tutò & ſubitò tolluntur Purgantium & Mundificantiū ope. Impuritates verò Febriculoſæ* [g] *& Inflammatoriæ, quæ Tincturas habent difficiliores, quoniam reſolutiones & Vaporum coagulationes admittunt fixas: difficulter reſolubiles ( tales in ſuſpectis* [h] *partibus & conſentaneis mineris perpetuò recipiuntur, ) per* Concoctionem *Hippocratis, vel* Mitigationem *Paracelſi, ſeu* Epicraſin *Galeni, ( æquipollentes videlicet indicationes curatiuas) tutiſſimè & conuenienter curantur: non obtemperant enim facultatibus crudis Purgantium medicamentorum communium, quæ corporeis & crudis ſpi-*

*dis ſpiritibus agunt, quæ ſpirituum morboſorum efferueſcentias exaſperant: Poſteaquam verò ſpirituum feruores ceſſauerint, reſolutaq́ materia coagulationem conſentaneam acceperit, quia vinculis ſpirituum deſtituitur, faciles admittit Purgationes.*

*In morbis Chronicis,* [i] *vt Epilepſiis, Quartanis, Colicis, Nephritide, Podagricis, & omnibus affectibus Tartareis, Hydrope & Lepro-ſis affectibus Impuritates Radicales* Reſolutione, *non Concoctione, propriè & primò curantur. Fruſtra enim Concoctionum ſigna in eis* [k] *expectantur: Reſolutione confeſtim inſtituenda eſt cura, Conſumptione, Deſtructione, Ablatione: ſi Mitigatio confluxerit,* [l] *felicius propoſitum aſſequemur. Fructus* [m] *verò, Paroxyſmi, & fructuum efferueſcentiæ in nonnullis ſpeciebus prædictorum morborum concoctionum* [n] *Contemperationum Indicationes requirunt: Et ibi locum habet Hippocratis decretum aſſerentis, Concocta* [o] *ſolum medicanda, niſi turgeant.*

*a* Statim purga in morbis, qui conſtant ex impuritatibus mobilibus, ſuperficiariis, ex dolorum ſignatura & inconſtantibus ſymptomatum efferueſcentiis, & turgidis deprehenditur. Vbi verò impuritates periculoſæ & inflammatoriæ, prius coque.

*b* Eiectu facilibus.

*c* Qui non peruenerunt ad venoſum genus.

*d* Obſtructiones.

*e* Impreſſionibus & Tincturis.

*f* Vt ſtomachi, renum, Ephemeræ.

*g* Quotidianæ & quartanæ.

*h* Quæ antea iiſdem morbis obnoxiæ fuerunt, & in quibus iam aliqua morbi cauſa hæret, quæ antecedente alia externa conſentanea facilè recrudeſcat.

*i* Scilicet incipientibus.

*k* Ab initio.

*l* Si Coctio acceſſerit.

*m* Omnia ſymptomata & accidentia.

*n* Morbi chronici dicti, per ſe non egent his concoctionibus, ſed reſpectu ſuorum ſymptomatum. In Febribus etiam malignis, & Vngaricis non eſt expectanda concoctio.

*o* Quidam morbi concoctione
- Non egent, qui conſtant
  - 1. Impuritatibus mobilibus.
  - 2. Superficiariis.
  - 5. Fixis radicibus conſtantibus
    - Febres ventriculi.
    - Catarrhi.
    - Tuſſes, raucedines.
  - 2. Acuti morbi, ſeu perículoſiores, in quibus impuritatum reſolutiones mobiles ſunt.
  - 3. Facilè obtemperantes, non ad difficiles coagulationes definitæ.
    - Febres acutæ.
    - Apoſtemata.
- Egent,

| | |
|---|---|
| Egent, qui non obtẽperant facultatib. crudis purgãtium. | 1. Qui habent tincturas difficillimas, quorum reſolutiones & vapores coagulationes admittunt fixas difficulter reſolubiles. |
| | 2. Morbi chronici per ſe non egent, niſi habitâ ratione paroxyſmorum. Itaque egent & non egent concoctione. |

De Concoctione apud Hippocratem in lib. de veteri medicina extat. Concoctiones perficiuntur ex contemperatione, mixtione, & mutua rerum permiſtarum digeſtione.

## TARTARVS VITRIOLATVS[a]

*℞ Salis [b] Tartari albiſſimi, aliquot vicibus ſecundum artẽ Chymicam diſſoluti, filtrati & coagulati cum aqua agrimoniæ, [c] exempli gratiâ, vncias quatuor, reſolue in cella ſupra marmor, aut beneficio manicæ in oleum. Habito hoc oleo puro accipe olei Vitrioli [d] optimè rectificati vncias duas, illudq́ guttatim [e] ſupra Tartari oleum in vitro capaci inſtilla: tunc fiet coagulum albiſſimum, humiditas ſupernatans euocetur lento calore ad ſiccitatem Salis, ita habetur Tartarum album Vitriolatum fixum.* [f]

*Si olei Vitrioli nimis parua quantitas affundatur, facit ſaltem vomitum.*

### Obſeruationes.

*I. Seruetur modus in affundendo Vitrioli oleo ne ſapor Salis repercuſſi ſit nimium acidus, ſed quaſi nauſeabundus: ſi enim nimiũ de*

*oleo Vitrioli affundatur, tunc non purgat, alioquin per quatuor emunctoria, Vomitum,* [g] *ſeceſſum (ſi purgantibus* [h] *immiſceatur) item per vrinam & ſudorem operatur.*

*II. Si poßit fieri per infundibulum* [i] *anguſtiſſimi orificij, ita vt certo artificio olei Vitrioli gutta paulatim ſaltem & ſucceſſiuè ſtillent in oleum Tartari, conſultius erit, nam ſic boni ſpiritus, qui ex mutuâ ſubita mixtionis efferueſcentiâ ſe vaporando eleuant & euaneſcunt, retinebuntur.*

*III. Vitrum ſupra modum incaleſcit ex coniunctione duorum illorum Ignium.* [k] *In hac mutua efferueſcentia obſeruetur Epilepſia generatio, quando videlicet Spiritus Vitæ in Microcoſmo à Heterogeneis concitatus, ſimili modo ebullit* [l].

*IV. Qui ad duas* [m] *partes olei Tartari vnam partem Salis vel liquoris Corallorum velit addere, antequam oleum Vitrioli guttatim affundat, ei integrum eſto.*

Digeſtiuum *ex illo Tartaro Vitriolato parari poteſt, quod neceſſitate exigente* [n] *purgantibus medicamentis præmittendum eſt, in hunc modum:*

*℞ Tartari Vitriolati ℥ j. ſolue in duabus* [o] *vini menſuris, addatur ad libitum aqua decoctionis Paſſularum & Cinamomi.*

De

*De hac mixtura exhibeto duos vel tres* [p] *dies, vbi opus eſt, manè poſt ſumptum ſorbile ouum* [q] *hauſtum vnum, ad prandium alterum, tertium circa veſperam. Poſtea exhibeatur Catharticum è Panchymagogo. In omnibus febribus & quartana miranda præſtat, reſoluit enim Tartarum* [r] *in corpore humano efficaciſſimè.*

## Vires Tartari Vitriolati.

*I. In Hemicrania, morbo regio, omnium viſcerum obſtructionibus, in liquore idoneo* [t] *ſeu vino albo exhibetur ægrotantibus per aliquot dies in aurora; & ſi opus fuerit, doſis augeatur.*

*II. In calculo exhibetur in Aqua Petroſelini vel Parietariæ, vel vino albo* [t]*.*

*III. Efficaciſſimum Renum deoppilatiuum & deterſiuum, ſi* ℈ß. [u] *cum Iulepi Roſacei* ℥ *ij. & aquæ Cinamomi* ℥ß. [uu] *miſceatur & adhibeatur.*

*IV. In contracturis & venarum obſtructionibus, è Tartaro ortum habentibus, vtere per vicem ſex* [x] *vel octo granis in aqua decoctionis vuarum Paſſularum & Cinamomi.*

*V. Sudorem prouocat in aqua Cardui benedicti vel vino albo.*

*VI. In Hydrope* [y] *vt craſſi & ſeroſi humores expurgentur.*

*℞. ℈j. & miſce cum ℥ß. mellis Roſati ſolutiui, vini Enulati*[a] *℥ ij. & exhibe.*[aa]

*VII. In Menſium ſuppreſsionibus.*[bb]

*℞. ℈j. & exhibe in ſyrupo Artemiſiæ vel Betonicæ, vel miſce cum melle Roſato, in aqua Pulegij ſoluto.*

*VIII. Vtiliter etiam in febribus*[cc] *exhibetur.*

*IX. Purgat per inferiora, & omnes obſtructiones tollit, ſi miſceatur Catarthico, vel offeratur in ſyrupo Roſarum vel Violarum ſolutiuo, vel melle Roſato ſolutiuo.*

*X. In Melancholia*[dd] *& Splenis duritie, in aquis*[ee] *appropriatis offertur.*

*Dos à ℈ß. ad integrum.*[ff]

*In Hydromelite, propter ſaporis emendationem, commodiſsimè offertur.*

*a* Sal Tartari Vitriolatum, Sal Tartari eſſenſificatum fixum.

*b* Sal Tartari per calcinationem ad albedinem fit, ex capite mortuo poſt deſtillationem Spiritus Tartari, quod poſtea poſitione in cellâ vel alio loco humido per deliquium ſoluitur in oleum. Quidam Loco Salis Tartari ſumunt Cremorem ad præſcriptum Quercetani & aliorum.

*c* Vel alia experiente, cichorij, endiuiæ, Taraxici &c.

*d* Vel communis, vel ex Venere & Marte quod infra, in ſtomachico habebitur.

*e* Propter ſummam efferueſcentiam, ſi nimirum

tum confuſa miſcerentur confertim, contrariis nominibus inter ſe pugnantibus, ob ſummam, quæ cum maximo calore ſuboritur, ebullitionem, vitrum capax diſſiliret. Tam diu poteris affundere, donec ſtrepitus ceſſet.

*f* Præparari etiam ſic poteſt. ℞. Tartari calcinati, extrahe ſal cum aqua pluuiali deſtillata, huius liquoris ℞. ℥ij. Spiritus Vitrioli ſine oleo & phlegmate ℥ iij. inſtilla in liquorem Tartari, ſed nullum coagulum fundum petit, abſtrahe autem partem, & euapora, tunc reperientur in fundo Lapilli. Vel ſali Tartari rectificato ſuperfunditur Spiritus Vitrioli, abſtrahitur & nihil niſi phlegma aſcendit. Reperitur toties, donec Spiritus Vitrioli poſt deſtillationem ſit integer, nihilque de acredine diſcedat. NB. Si ſalia vegetabilium optime depurata & ab omni immunditie repurgata, ſoluantur in aqua propria deſtillata, poſtea cum optimo Spiritu Vitrioli coniungantur, procedatúrque ſecundum modum iam dictum, poteris etiam talem puluerem digerentem, imò ferè purgantem præparare, in febribus & aliis morbis vtiliſſimum.

*g* Rarò per vomitum, niſi ventriculus multa colluuie humorum ſcateat.

*h* Si cum extracto vel reſina ſcammonij miſceatur, vel cum eiuſdem tinctura impregnetur, de quo vide praxin noſtræ editionis p.8.

*i* eſt ſuperuacanea, vix retinentur.

*k* ſcilicet naturæ, & potentialium.

*l* Vide Libauium ſynt.tom. 1.pag.553.vbi vehementer, pro more ſuo, hunc locum exagitat.

*m* non eſt neceſſaria hæc obſeruatio.

*n* In morbis chronicis & diuturnis.

*o* Potius in vna, ſcilicet ℔ iij. medicinalibus, feruentiſſimè id affundendo.

*p* Vel plures & ad 14. interdum.

*q* non opus eſt.

*r* Per Tartarum intelligunt quidam obſtructionem, vbi enim hæc eſt, ibi & Tartarum eſſe, & contra putant.

*ſ* ℞ Iuſculi Gallinæ cochlearia decẽ, in paropſide ſuper ignem lentum calefac, ac Tartarum Vitriolatum doſi congrua & cum cochleari argẽteo tam diu mouendo, donec ſoluatur, & iuſculum aceſcat. Poteſt quoque addi olei cinnamomi parum, ad iucunditatem conciliandam. Huic Digeſtiuo vniuerſali ęquipollet Cremor ſeu Cryſtallus Tartari, hoc nomine olim à Quercetano appellatus. Beguinus in Tyrocinio vocat Sal eſſentiale Tartari. Ratio conficiendi hæc eſt. Tartarus crudus albiſſimus craſſo modo contunditur, cũ aqua ſimplici limpida lauatur & eluitur, donec omnes impuritates ablatæ, puluis verò fuerit albus, ſine fęcibus. Poſtea adiecta aqua fontana ad ſupereminentiam vnius palmi coquitur in lebete ampliore terreo, donec videtur ſupereminens cuticula, quæ remoto ab igne lebete, frigidiore loco expoſito, paulatim ſupercreſcentes cryſtalli tandem remouentur & colliguntur, vnà cum lapillis ad ſpondilia vaſis ſubter aquam adnatis, exſicca & reduc in puluerem (cremor plurimum facit in illis qui ſunt alui difficilioris in purgando.) Coctionem hanc & collectionem cuticulæ & cryſtallorũ ſæpe repete, ad ſufficientem nempe quantitatem. Eſt ſummum deoppilatiuum in Melancholia hypochondriaca, tam alui, quàm Tartari, in ſplenę & venis meſarai-

cis,

cis, ſtabulantis. Doſis ſæpius repetatur. In cæteris æquiualet viribus Tartaro Vitriolato. Externè ad ſplenem adhibentur inunctiones ex olei de capparibus ℥ j. olei violarum ℥ß. Pulu. ſcolopendriæ, cuſcutæ ana ʒ j. croci ℈ ß ceræ albæ q.ſ. Quod ſi obſtructio contumax fuerit, emplaſtrum ex ammoniaco & aceto ſquillitico diſſoluto factum, applicetur ſuper alutam extenſam. Mirificè nimirum morbum ſoluunt & obſtructiones expediunt, Vide praxin editionis noſtræ p.2.127.

*t* Ononidis, fragarum, ſaxifragiæ.

*u* Vel ſcrupulus integer.

*uu* ſufficiunt ℥ iij.

*x* Repetendo manè, meridie, veſperi per dies pluſculos, felicius abſoluetur cura, ſi addatur Spiritus Tartari ℈ j. Vide infra de ſpiritu Tartari. Tit.5. de Diaphoreticis.

*y* Scilicet confirmata.

*z* Ex radice, quod præclarum in hydrope.

*aa* Repetendo ſæpius ad declinationem vſque morbi.

*bb* Stato tempore, quod verſus indicat: Luna vetus veteres, iuuenes noua Luna repurgat.

*cc* Longis præſertim, & in cachexiam vel hydropem deſinentibus. In febribus melancholicis & pituitoſis dari poteſt cum oxymelite, vel aqua borraginis. In bilioſis vix dari poſſe putant quidam.

*dd* Scilicet Hypochondriaca.

*ee* Scolopendrij, cuſcutæ, florum Lini. Prodeſt ſi admiſceantur folia Galyopſidis. Eſt Galyopſis ſpecificum in ſpleneticis affectibus. Credo eſſe Milzatellam vel Lamium luteum. Vide praxin

noſtræ editionis p.132.

*ff* Doſis potius à ℈ j. ad ℈ ij.

## II.

## VOMITIVVM.

*IN quo ciendo, Antimoniales, Vitriolata & Helleborinæ*[a] *facultates vigent, quæ nil praui in ventriculo relinquunt, ſed omnem*[b] *impuritatem radicitus euellunt*[c].

*Hellebori Vomitiuum reperitur apud Conradinum expertiſſimum medicum, in libello de febri Vngarica: Hoc loco de Vitriolo agemus: Antimonij præparationes ſequentur paulò poſt.*

*a* Hellebori albi.

*b* i.e. Omnes humores.

### *VOMITORIVM CONRADINI.*

*c* Conradini Vomitorij Proceſſus eſt talis: In dicto nimirum libro mutilatus inuenitur. Rad. bryoniæ, cyclaminis ana ℥ij. Hellebori albi ℥j. Has radices probè mundatas, lotas, viciſſimque exſiccatas in vmbra, comminue in puluerem, affunde ſpiritum vini ad ſupereminentiam duorũ vel triũ digitorum. Stent in B. per aliquot dies, deinde lenè deſtilla per alembicum, fæces exime & comminue. Spiritum vini antea deſtillatũ viciſſim affunde, & relinque aliquandiu in vaſe calido probè obturato, poſtea filtra & habebis verum vomitorium. Vsvs. Pennæ extremas plumas, quas reli-

quis

quis excerptis, ſolas reliqueris, in iſta aqua ſaltem madefac intingendo, & ſic madefactum immerge in hauſtum vini maluatici, aut alterius & ablue. Poſtea vinum bibe & breui euomes.

## GILLA[a] THEOPHRASTI ſeu Sal Vitrioli.

*Cryſtalli Vitrioli, è Venere ſeu Marte præparati (vt paulò poſt dicetur in Specifico ſtomachico) reſoluantur in phlegmate acido,* [b] *quod primò egreditur è deſtillatione Vitrioli vulgaris, & ſimul per octo dies circulentur. De hoc circulato liquore detur à ℈j. ad ʒß. ſeu ℈ ij.* [c]

*Longè efficaciùs & commodiùs operabitur hic liquor, quàm Sal è capite mortuo vulgaris Vitrioli, ſeu albi Goſlarienſis quomodo* [d] *extractum.*

*a* Gilla vocatur à Paracelſo lib. de rebus naturalibus cap. 8. vbi agit de facultatibus Vitrioli crudi & colcotharis (aliàs etiã dicitur der rothe Heintze) Grilla non Gilla atque id nominis Vitriolus accepiſſe videtur ſecretè. Liquorem verò Vitrioli ad cerebri magnos illos affectus, vertiginem, Phreneſin, maniam, caducum, 3. & 4. cap. 2. de viribus morborum internorum, vocat arcanum, quod ex Gilla extractum eſt. Siue itaque illo, ſiue hoc nomine appelletur, perinde erit. Cæterùm Paracelſus proculdubio crudum in priori loco intellexit Vitriolum, proptereáque aliam ſpeciẽ, ab artificiali ex Marte & Venere factam diuerſam. Doſis nimi-

rum Paracelſi 6, comet ♃. duntaxat, id eſt, 3. guttæ quæ forſan 1. ß. gr. faciunt; quam per vicem repetendam eſſe ait: ſi forſan priores vomitiones non ſuccederent. Hæc verò doſis authoris noſtri nimis eſt magna, & præſtaret, ſaltem Vitriolo crudo aliquoties mundificato, & in aqua centaurij minoris, quæ imprimis eius operationes emeticas promouet, ſoluto ac cryſtalliſato eą doſi, quam Paracelſus præſcribit, vti.

## PHLEGMA VITRIOLI ACIDVM.

*b* Phlegma Vitrioli acidum & aromaticum: ad ſequentem modum præparatum, præferendum. ♃. Vitrioli cęrulei optimi q. ſ. deſtilla ex cineribus per alembicum phlegma, nullis tamen ſimul prodeuntibus ſpiritibus: Idem phlegma reaffundatur capiti mortuo, ac cohobetur aliquoties, ſeptima vice vrgendo paulo fortius. Aqua illa tam ſuauem acquirit odorem, præſertim ſi poſt vltimam diſtillationem aliquandiu calore moderato circuletur. Eſt alioquin arcanum ad capitis dolorem & epilepſiam, ſi dimidium cochlear manè & ſerò ſumatur per ſe & aluum blandè ſubducit. Cum hoc Phlegmate Gilla Paracelſi & Vitriolum vomitorium rectiùs adminiſtrari poſſunt. NB. In exhibitione vomitoriorum Vitriolatorum cauendum ab aſthmate, aliiſque pectoris affectibus. Vitriolum nimirum crudum venenum eſt, quia aſthma procreat, & ſuffocando necat. Qui vitriolum crudum ad baſſam vocem conciliandam vſurpant, in graues tandem morbos incidunt.

*c* Rarò datur vltra ſcrupulum vnum.

*d* Lege quoquo modo. Hæc nimirum Salia extracta

tracta tarò efficacia ſunt. Sal verò Vitrioli, ex ſolo capite mortuo, ex quo flores ſulphuris ſublimatione eleuati ſunt, de quibus agemus infrà de peſtilentiali, in aqua fœniculi vel vino à gr. 6. ad 8. vel 10. exhibitus, facillimè vomitum, interdum ſedes, ſudores, interdum vomitum conciliant.

## VITRIOLVM ALBVM
### [a] Vomitiuum.

*Vel ſolue Vitriolum album in aqua pluuiali & euapora, donec quaſi cruſta* [b] *appareat, poſtea per quatuor dies in loco frigido ponas, & concreſcent* [c] *Cryſtalli, quos eximes, & aquam iterum euaporabis vt antea: Hic labor penitus tertiò reiteretur coagulando & diſſoluendo: vltimò ter eodem modo procedatur cum aqua Roſarum. Cryſtalli tandem ſupra calorem leuem ſiccentur, & ſpontè redigentur in puluerem album. Hoc lene eſt Vomitiuum, & cerebrum benigne expurgat* [e].

Vſus & Doſis Gillæ & Salis Vitrioli.

*Gillæ ſi ℈ j. è vino* [f] *bibatur, è veſtigio* [g] *vomitum mouet, quo ventriculus tum onere leuatur, tum robur acquirit, nec quicquam inferunt nocumenti* [h].

*In Febribus* [i].

*Lumbricis* [k].

*Omnis generis infirmitatibus ventriculi.*

*De fluxionibus ſalſis.*

*Synouia: Hîc ℥ j. in cereuiſia*[m] *hauſtu exhibetur.*[l]

*Peſte*[n].

*Doloribus Dorſi, ℥ß. in vino calido*[o].

*Vulnerum recentium curam promouet, ſi quaternis auroris*[p] *continuis ℥ß. in cereuiſia calida aſſumatur.*

*Doſis vtriuſque à ℈. ad duos, habitâ ratione complexionis & ſexûs*[q].

*Sal poteſt miſceri cum ſaccharo Candi,*[r] *demum in aqua Fœniculi diſſolutum calidè exhiberi.*

*Offertur etiam in iure carnium, hauſtu cereuiſiæ*[ſ] *vel vini, in aqua cum melle mixta, vel in Conſerua Roſarum.*

*Puerulis contra Lumbricos, quatuor, quinque, octo grana in cochleari vini Maluatici exhibentur.*

*Operatur hoc medicamentum variè,*[t] *per vomitum, ſedes, interdum etiam ſudores & ſomnum facit.*

*a* Germanis dicitur Galitzſtein / oder Augenſtein / ab vſu in affectibus oculorum.

*b* Supernatans.

*c* Fit difficulter.

*d* Ad cuticulam.

*e* Quia fluxiones omnes expurgat.

*f* Generoſo parumper infuſione Galangæ, aut nucis myriſticæ, rectificato.

*g* Non

*g* Non ſemper, quia naturæ ſunt diuerſæ.

*h* De hoc maximè dubitatum, quia experientiâ compertum eſt, Gillam hanc ſeu vomitum maximè nocere oculis, ita vt ſi ſæpius ea quis vtatur, planè viſum amittat.

*i* Cum aqua cichorij, centaurij minoris, cardui benedicti, endiuiæ.

*k* Cum aqua hypericonis Tanaceti, decocto C.C.

*l* In aqua ſerpilli, betonicæ, maioranæ, meliſſæ.

*m* Vinum nocet ſynouiæ, cereuiſia verò propter lupulum & hordeum, quod extrinſecus etiam applicatur in decoctis, prodeſt ſpecificè.

*n* Cum aqua cardui benedicti, vlmariæ, Aër valdè corrigitur ſuffimigio Vitrioli in lateres calidè aſperſo.

*o* Vinum minus conuenit propter febrem, quæ plerunque adeſſe ſolet in doloribus renum, vnde dorſum dolet propter conſenſum. Si abſit febris, dari poteſt in vino. Aliàs potius in aqua fœniculi.

*p* Modo oſſa non etiam fuerint læſa.

*q* Poteſt doſis hæc, vrgente neceſſitate, intra 8. vel 10. dies duplicari, triplicari. Item per tot vices repeti.

*r* Tale fuit Penoti ℞. Salis Vitrioli ℥ß. ſolue in aqua conueniente, adde ſacchari candi q. ſ. filtra & tepide bibe, euomes ſine dolore.

*ſ* In epilepſia in aqua florum pæoniæ vel viſci quercini. In ſuffocatione matricis, in aqua arte-miſiæ, vel vino bugloſſato. nam aciditatę ſua matricis putrilaginoſos vapores ſedat. In venenis in aqua hyperici cum Tinctura croci impræ-gnata.

ſ Non ratione medicamenti, ſed propter ſubiecti diſparitatem.

## AQVA BENEDICTA.

Martinus Rulandus pater, in ſuis cẽturiis curationum empiricarum, ſæpiſſimè aquâ ſuâ benedictâ, quam ita vocat, vomitoria & ruptoria, eamq; centuria 5. curat. 5. 95. componi dicit, ex croco metallorum, piſi quantitate in aqua, vino, vel cereuiſia, vel mulſa macerato, cuius poſtea infuſi, vel etiam ebulliti & colati propinat ab ℥ß. ad ℥ij. Quidnam igitur hic crocus metallorum ſit, & ex quo conficiatur, iamdiu hactenus multi ſcire deſiderarunt anxiè, & enata ſunt exinde nonnulla commentaria à diuerſis, in diuerſas quoq; ſententias abeuntibus. Vide itaque Ioſephum Quercetanũ in Pharmacopœa cap. 7. in fine de aquis. It. in alexicaco. Tyrocinium chymicum cap. 12. lib. 2. cum notis meis D. Beguino communicatis, editum. Libauium in vtroque ſyntagmate & alios. Parari eũ ex Antimonio ſeu ſtibio, (quod Quercetanus magneſiam Saturninam appellat) certum eſt, de modo autem non omnes conueniunt. Libauius ſyntagmate ſecundo Crocum metallorum Rulandi manu deſcriptum depromit, mancum tamen & ad aquam benedictam inutilem, ideoq; minus quoque ab ipſo Libauio, magno illo chymico practico, ſi Diis placet, in vſum reuocatum, à Rulando filio verò ex diſputatione ſeptima ſub præſidio meo habitarum, furtim excerptum, & pro patris inuentis apud Libauium venditatum. Ex multis iſtis operandi formulis ſeu modis, omnium magis exquiſita eſt, quæ ſequitur; multoties vſu probata, ſed

*Quid ſit crocus metallorum.*

ſed requirit ſolertem artificem & diligentem præparatorem.

## CROCI METALLORVM *præparatio.*

℞. Nitri puri,bene defæcati ℔ j.vel ℔ ij.antimonij totidem,fluat nitrum in ſartagine lento admodum igne,ſine vllâ tamen violentiâ vaſis ignitione,remoue ab igne vas & adde antimonij probè tenuitérque pulueriſati:Si miſceri ſeſe patiuntur inuicem ſine inflammatione & detonatione bene quidem.Sin minus abſiſte aliquandiu,donec iuſtam refrigerationem nitrum nactum, omninò ſibi puluerem antimonij paulatim ab initio, ſed poſtea confertim commiſcendo pati & retinere queat, omnia verò continuò ſpatula ferreâ agitentur. Vbi inuicem omnia probè fuerint mixta, accende totum carbone viuo,vel potius candente ferro,vbi detonuerunt,paratus eſt Crocus metallorum. Tunc nimirum Antimonium hoc modo elaboratum, non abſimile croco relinquitur.

## VSVS CROCI METALLORVM.

Vſus & Doſis generalis eſt, gr.vj. vel xij.macerentur,& vrgente neceſſitate ebulliāt in aqua,vel vino,vel cereuiſia,vel hydromelite,vel alio liquore qualicunque, modò ipſi morbo conueniente: cuius colati ab ℥ß.ad ℥ij.bibitur vel frigidè vel calidè. Appellatur Aqua Benedicta, hæc nimirum cum maxima Salute ægrotorum in morbis etiam incurabilibus propinatur, aut per ſe, aut aliis liquoribus permiſta,ceu ipſius Rulādi demōſtratio-

nes luculenter oſtendunt, & experientia cottidiana fidem facit.

1. Datur in capitis doloribus, ſæpe ab impuritatibus ventriculi illud lancinantibus cum aqua bugloſſæ, veronicæ, betonicæ.

2. In epilepſia, cum aqua pæoniæ, florum tiliæ, ceraſorum nigrorum, conſerua lauendulæ.

3. In pleuritide tam nothâ, quàm exquiſita, cum aqua cardui mariæ, cardui benedicti, papaueris, Rhœados.

4. In tuſſi inueteratâ, aſthmate, peripneumonia, angina, cum aqua violarum, tuſſilaginis, hyſſopi.

5. In melancholia hypochondriaca, cum aqua capillorum Veneris, vel decocto ceterach.

6. In omnibus ventriculi affectibus porrigitur cum aqua menthæ, abſinthij.

7. In omnibus febribus, præſertim quotidiana, & tertiana intermittente, cum aqua centaurij minoris, cardui benedicti, cichorij, Taraxici.

8. In peſte, vbi ab initio vomitus ſunt accerſendi, cum aqua vlmariæ, cardui benedicti, fraxini, angelicæ, ſcorzoneræ, Galegæ.

9. In præſeruatione ab arthritide, eiuſque ſpeciebus omnibus, cum aqua ſerpilli.

10. In coagulatione ſanguinis, vbicumque in corpore humano fuerit, cum aqua cærefolij vel Bellidis minoris, ante ſuppurationem.

Hæc vomitoria dari debent in principio morbi. Vſus præterea eiuſdem eſt inſignis in clyſteribus ℥. nimirum ß. vel etiam integra, croci metallorum maceratur, vel ebullit in aqua appropriata, vel vino, colatura miſcetur iuri vel decocto ſimplicium

plicium emollientium in ſufficiente quantitate, vt fiat clyſter, vide Quercetanum cap. 7. Ex Croco denique metallorum inſigni paratur quoque aqua ophthalmica, de qua vide Quercetanũ dicto loco.

## *AQVA BENEDICTA D. HARTMANNI.*

In vſu medico, quando vomitiones imprimis neceſſariæ ſunt, multũ confert aqua, quam ex inſtituto Rulandi voco benedictam, toties in cẽturiis medicis ab ipſo decantata. Eius modum conficiendi tradidi, ſuperiori æſtate, in Tyrocinio Chymico (à Gluckradio edito) à me explicato ad caput 12. tit. de epate Antimonij. Itaque idem hûc commodè transferri poteſt. Adieci quoque vſum meum medicum, ac lubenter profiteor, in deſignatis ad prædictum vſum medicũ morbis, nihil mihi familiarius eſſe, ac inſuper gratiam ago Deo, toties adhibito hoc eleganti Pharmaco, diuinam benedictionem ſingulariter mihi fuiſſe oſtenſam. Eidem autem aquæ æquipollet ſimplex infuſio vitri Antimonij per ſe, ſine vlla additione aliqua, vel fluoris, hoc eſt, borracis, vel alterius cuiuſdam rei, præparati, in vino albo Rhenenſi. Puluerisatũ vitrum V. G. ℥ j. vel ij. in ℔. iij. vel iiij. vini infunduntur, & vitro bene firmiterque cooperculato aliquandiu inſolantur, donec nempe liquor citrinum colorẽ induat, poſtea filtretur, & viciſſim in vitro bene clauſo aſſeruetur. Eius à ℈ j. vſus ad ℈ iij. vel ad ℈ v. ad ſummum in aqua diſtillata appropriata, datur ad vomitiones ciendas, magno cum fructu, præſertim in iis morbis, qui nõ aliter quàm vomitionibus curari poſſũt & volunt: quales ſunt, omnes tuſſes, pleuritides, anginæ, anorexiæ, ructus, ar-

*Morbi per vomitum quinã curandi.*

que infiniti alij in prima regione ventris hoſpitantes. Cæterùm hoc vnicè admirandum exſtat in infuſione vitri Antimonij cum vino, non exhauriri nempe vim emeticam eiuſdem vnâ vel alterâ infuſione repetitâ, ſed penè in infinitum poſſe infundi, atque ad vſus identidem eoſdem reuocari, & nihil planè vel admodum pauxillum perdere, priore imminuto. Vnde ſat appáret, vim illam catharticam maximè ſitam eſſe, non in corpore quodam, ſed ſpirituali ſubſtantia: Spiritus ſunt adminiſtri & effectores harum operationum. Quinimò idem puluis vitri Antimonij ſæpius antea infuſus, & tandem ad infundendum tardior factus, exſiccatus & de nouo in vitrum fuſus priſtinas in infuſione vires recuperat, atque ita in infinitum ſufficit. Id quod monere volui.

*Admirandum in vitro antimonij.*

*Vis cathartica vbi conſiſtat.*

*Cautela.*

Iubeo verò, quemadmodum ſemper, ita & hîc diligentes ſint rerum præparationes, ſimul prudentem eſſe in adminiſtratione horum medicamentorum: quæ quia operationis ſunt euidentis & celeris, non niſi ſummam exhibentis notitiam requirunt. Eſt præterea ſyrupus ex aqua benedicta confectus, mihi in paribus vſibus familiaris, cuius præparatio talis eſt.

## *SYRVPVS VOMITIVVS D. Hartmanni.*

℞. Vitri antimonij vel etiam Croci antimonij (vtriuſque nimirum par eſt ratio) tinctura imprægnati, vt idem ante oſtenſum eſt, ℥vj. aquæ roſatū odoratiſſimę ℥ß. pulu. Cinnamoni ʒ ij. relinq; per horas 24. in loco calido, poſtea cola, in colatura diſſolue ſacchari albiſſimi ℥viij. coq; l. a. fiat ſyrupus

pus ad mediocrem conſiſtentiam. Doſis eſt à ℥ j. ad ℥ ij. vel etiam iij. ſi opus fuerit ex cochleari, abſorpto paulò poſt iuſculo Gallinæ vel carnium, ſine ſale & pane pauco, id quod etiam in prioris aquæ benedictæ exhibitione faciendum. Hac ſyrupi doſi feliciter tolluntur colici dolores, ad pareſin tendentes, eodem catarrhi ſuffocatiui, & plerumque ad pulmones & cor delapſi, mirificè exterminantur: Si præſertim capitis poſtea ratione habitâ & fluxus ſiſtatur & cerebrum confortetur. *Doſis.* *Vſus.*

NB. Vtrumque medicamentum ſolet apud diuerſos diuerſas operationes edere, plerumque verò per ſuperiora purgant: nonnunquam etiã ſuccedentibus, vel etiam ſolis alui ſeceſſibus, aliquãdo & ſudoribus ſimul, vel ſolùm, prodeuntibus. *Obſeruatio.*

## *CAVTELÆ IN EXHIBITIONE aquæ, & aliorum, ſcitu ſummè neceſſariæ.*

1. Vomitu iĳ purgandi ſunt. Qui facilè vomunt, ſtomachum fortem habent, amplo ſunt pectore, capite firmo, ad vomendum aſſueti, & quibus materia morbifica ſurſum fertur.

2. Picrocholi, & qui à medicis πτερυγώδεις appellantur, imbecilles viribus, quíque difficulter vomunt; item qui obnoxij ſunt cephalalgiæ, hæmorrhagiæ, oculorum ſuffuſioni, pulmonum morbis, lipothymiæ, & vteri ſuffocationi, non temerè, quod Pſeudochymici & empirici factitant, & ſæpe de corio alieno audacter & ſceleratè ludunt, ad vomendum concitandi.

3. Exhibiturus aquam benedictam & alia vomitoria accuratè conſideret circũſtantias: ne quid

nimis minúſve : vt tempeſtiuè , præmittendum quid poſt faciendum.

4. Tempus exhibendorum vomitoriorum opportuniſſimum eſt, Luna creſcens. Tunc enim humores luxuriantes, & turgentes, tutò & facilè per vomitum excluduntur.

5. Vomiturus calidè ſe contineat, & calidis pannis vitalia foueat: ne à refrigeratione tormina, vt ſæpe fit, oriantur.

6. Cereuiſia non exhibeatur *mox* à vomitorio aſſumpto, ſed demum, vbi æger bis terve vomuerit. Aliàs enim vim vomitorij obtundit, non promouet.

7. Cùm materia probè eſt commota; & amara iam prodeunt: copioſior cereuiſiæ hauſtus exhibendus; & ſub finem, ad ſtomachum tandem eluendum, & quod reſtat praui, eliciendum, copioſiſſimus.

8. Sit autem cereuiſia tepida: Hæc enim nauſeam mouet: non calida, quâ ventriculus delectatur; nec vinum.

9. Prodeſt iuſculum ſemper hauſtum acidulum, modò opportunè id offeratur. Acida enim omnes reliquias ad inferiora præcipitant & deturbant.

10. In biliofis naturis, vomitus bilis vltimè prodeuntis, non ſtatim inhibendus; nec permittendum, vt ea commota rurſus reſideat & colligatur, ſed quotidie pars eius aliqua educenda, aut repetito vomitorio, ſed mitiori purgantibus aut diureticis præcipitantibus non volatilibus aut ſpirituoſis, ſed acidis aut ſalibus, vino item abſinthite, aut infuſo ex abſinthio, cuſcuta, carduo benedicto,

ℓo, ſena, Rhabarbaro, centaurio.

11. Non ſuperdormiendum vomitoriis: præſertim corporibus exiſtentibus bilioſis: ne per ſomnum bilis in cerebrum vehatur. Vbi tamen æger ſatis vomuiſſe viſus fuerit: ſomnus concedi poterit.

12. Cùm vires à vomitu fatigantur, confortationis gratiâ, vinum calidum, cum aliquot guttulis olei caryophyllorum, in linteis ad ventriculi fundum tepidè apponatur.

13. Poſt vomitus confortantia requiruntur, præſertim acida. Imprimis verò confert corallium fermentatum, cum roſarum conſeruâ mixtum.

14. Æger per interualla cibetur, cruſtâ panis ſuperiori toſtâ, & maceratâ, per quartam horæ partem, in vino, iure aliquo, aut cereuiſia, quæ ferè ob bilem melior, nuce moſchata & cinnamomo conſperſis.

15. Si vomitus nimius à datis hiſce ſubſequatur, præſentaneum eſt remedium potus lactis cocti cum pane, aut cochlear vnum ſyrupi de maſtiche, cum ſpiritu eiuſdem, vel Theriaca antiqua. Ventriculo imponatur emplaſtrum de cruſtâ panis vel cataplaſmata ex fermento & mentha: Nihil hiſce proficientibus præſentaneum & certum remedium eſt, ſi offeratur pillula vna Laudani opiati: Reliqua vomitoria videantur in praxi chymiatrica p. 3. 4. 5. noſtræ editionis. *Vomitus nimij curatio.*

# III.

# CATHARTICVM RESOLVtiuum, mundificatiuum, abluens.

*Pollet Scammoneatis,& Colocynthiacis viribus* [a].

## Obſeruationes.

1. *Omne Laxatiuum conſtet tribus Energiis, ſecundum Paracelſum, vt laxet Naturam ab Euacuatione feſſam, & debilitatam confortet, & mitiget* [b].

2. *Purgationes, quæ ſymptomata venenatarum* [c] *proprietatum etiamnum relictarum teſtimonia, & virium deiectionem adducunt, ſunt perpetuò fugiendæ.*

3. *In verâ purgandi ratione (in quâ non deiectionum numero, vel copia, facultatum poteſtatem & præſtantiam æſtimamus, ſed vbi morborum Radices, Impuritateſq́; ablatas ex ſymptomatum remiſſione, & virium reſtitutione animaduertimus) officium tunc abſoluiſſe Remedia iudicamus, ſiue abſoluta* [d] *conſumptione, ſiue ſenſibili excretione Impuritates tollant, ſiue vrinas, ſiue dolores, ſiue deiectiones moueant.*

4. *Cathartica, non qualitatis vi,* [e] *hoc eſt, caliditatis, frigiditatis, humiditatis, ſiccitatis ratione operantur, ſed occultâ proprietate, formaq́;*

*maq́ ſpecificâ, videlicet totius ſubſtantiæ proprietate, quæ caloris impulſu, ac cœleſti vi incitante, humorem ſibi familiarem & affinem ad excretionem expellit.*

5. *In morbis Chronicis,*[f] *Criticis, & lõgis, non Purgationibus, ſed Arcanis*[g] *vtendum, non enim ſanantur ſine Spagyricis gradibus*[h].

6. *Si in morbis Chronicis Purgationes inſtituantur, debent fieri tardè, paulatim & cum tempore.*

7. *Quamuis fortibus & violentis medicamentis non temerè vtendum eſſe, nec corpus inconſultè mouendum, præcipiat Plato in Timæo,*[i] *& longè ante eum Hippocrates, qui Democritum amicum & familiarẽ Helleboro & ſimilibus curare noluit, affirmans nullum eſſe medicamentum ſolutiuum, quod non deprædetur aliquam partem de viribus & ſubſtantiâ noſtri corporis: hancq́ ob cauſam Auicenna rectè dicat, Medicinas*[k] *etiamſi non ſint venenoſæ, eas*[l] *tamen bibere, Naturæ laborioſum eſſe: attamen morborum fixæ Radices Purgationes Antimoniales, Vitriolatas & Mercuriales requirant, à quibus*[m] *meritò abſtinere poſſemus, niſi melior eaq́ innocua*[n] *præparandi via innotuiſſet, & huius ſæculi medicorum Nutrix Intemperantia, ſpretâ auorum frugalitate, ad eorum vſum nos etiam inuitos adigeret.*

*a* Mercurialibus & antimoniatis potiùs, exinde verò ſcammoneatis & colocynthiacis.

*b* Tam morbum, quàm ſymptomata.

*c* Vel non ablatarum, vel non correctarum.

*d* Vniuerſali.

*e* Non ſola qualitas cathartici communicatur liquori infuſionis, ſed inſidet & firmata eſt in peculiari quadam ſubſtantia, quæ purgationis & omnis operationis ſocia eſt: Quæritur autem 1. de ſubiecto facultatis purgantis, vbi conſiſtat? Non in qualitate ſola, quia illa facultatẽ mouet, & in ſeparatis elementis: Sic elementa vini ſunt, ignis ardens, ſiue aër igneſcens, aqua Phlegmatica & Sal Tartari terreſtris nempe portio, vinum integrum his iunctis conſtans, temperamenti proprietate moderatè calefacit, nempe igneſcere, non inflammari: At in ſpiritu ſeu aëre ſeparato ineſt ignis quidam actu, nulla inibi temperies, ſed puta quaſi qualitas, qualis in igne quæritur. Igitur hæc facultas, multò minus eſt in temperamento. Temperamentum eſt iunctorum & multorũ contrariorum. Erit itaq; in principio aliquo hypoſtatico, vel Sale, ſulphure, Mercurio: Sed potius in ſale Mercuriali, quàm in aliis, id quod apparet in extractis purgantiũ per ſpiritũ aceti. Illa nimirũ non æquè purgãt, ac alia extracta, quare, exempli gratiâ, ſpiritus aceti, Sulphuris extrahit, interim ſal remanet. Diaphoretica autem vis cum cõſiſtat in ſulphure, illa eſt per ſpiritum vini extrahenda. 2. Quæritur quomodo agant purgantia. 1. *ὁμοιότητι τ̃ ὅλης οὐσίας* humores attrahunt ex ſententia Galeni. 2. Facultatem expultricem ſtimulant. 3. Hæc propter ſubſtantiæ ſimilitudinem humores in corpore vel quanti-

*Subiectũ facultatis purgantis vbi conſiſtat?*

*Quomodo agãt purgantia.*

quantitate vel qualitate augent, vnde alterius acceſſionis natura pertæſa expulſionem molitur. 4. Siue ſolutio ſuis virtutibus mercurialibus, arſenicalibus, antimonialibus ſpiritibus ſtipatis, excutiendi officium deſignatur.

*f* In quibus purgationes nihil efficiunt.

*g* Specificis medicamentis ſpagyricè præparatis.

*h* Operationibus.

*i* Fermè in fine eius σύγχυσιϛ.

*k* Scilicet purgantes fortiores.

*l* Ex toto.

*m* Scilicet crudis, & non rite præparatis.

*n* Chymica.

## TVRPETVM MINERALE[a].

*Quia inter varia præſtantiſſima, quæ hoc loco trademus, Purgantia, Primò in Mercuriũ incidimus, quamuis eius Impuritates profundius [b] admixtæ ſunt, attamen ingenioſâ adaptatione poſſunt tolli.* [c]

*Philoſophi Hermetici hunc Mercurium vulgi non niſi pro famulo [d] & ſeruo fugitiuo quodam habuerunt hactenus: neque arbitrandum, illos in ſuis ſcriptis Philoſophicis quẽlibet accipere, & ſine vllo diſcrimine propinare voluiſſe Mercuriũ Vera illa Philoſophica & Nobiliſſima Lympha haud ſeſe multis offert, & nõ niſi Philoſophis ancillari libuit. Hanc licet venantur plurimi, repererunt tamen pauci: In Phi-*

*loſophia Cabaliſtica per Virginem Mariam, ſicuti Saluator noſter per Fermentum medicinæ denotatur, quia affirmant illam Ante, In, & Poſt partum ſemper manere Virginem: Sed ad inſtitutum medicum.*

*Vulgaris*[e] *hic Mercurius certa præparatione, doſi & mixturâ*[f] *diuinum euadit Pharmacum, & in plurimis morbis longè efficaciùs operatur, modò eadem illi adhibeatur fides, quàm decantata illa ſuperiorum temporum Panacæa,*[g] *è Puluere cinnabaris natiui*[h] *tenuiſſimè triti, admixto croco & conchis confecta, in cuius examine minimo adhibito igne Mercurium adhuc crudum per fumum aſcendere & nummum aureum dealbare olim multoties deprehendi.*

*Ad præparandum Mercurium, variæ rationes fuerunt à Chymiatris excogitatæ: quorum aliqui (nec malè) per ſpiritum Salis communis, Aquas Fortes, Oleum Vitrioli, alij per ſe aut cum ſilicibus*[i] *longitudine temporis perficere conati ſunt.*

*a* Eſt omne medicamentum, quod fit è Mercurio purgatiuum. Apud pleroſque chymicos Turbith vel Turpetum nihil aliud eſt, quàm Mercurius præcipitatus.

*b* M gis opinione, quàm reipſa.

*c* Cum operatione legitima ductione, manus coniun-

coniuncta, verba ſunt Seuerini in ideâ medicinæ.

*d* Quia ad præparationem auri vſurpant.

*e* Qui ex Hiſpania, vel Vngaria affertur, qui ex Polonia nimis aqueus & Hiſpanico lõgè inferior. Optimus ille eſt, cuius drachma in cochleari argenteo puro, ſuper carbones poſita, poſt euaporationem, maculam relinquit flauam vel albam. Sed qui cochlear denigrat, Purgari debet, antequam ad Vſum medicum adhibeatur. *Mercurij optimi nota.*

*f* Non miſcetur commodè cum conſerua, quia citra maſticationem aliqualem vix ſumi poſſunt; præcipitati verò omnes maſticati dentes lædunt. *Cautela.*

*g* Habuit alias Anvvaldinus Panacæam veram quam exhibuit, ab alio quidem confectam & acceptam ſecum attulit ex Italia, & multis eâdem in grauiſſimis morbis conſuluit. Poſtea ne tandem omnem veram Panacæam perderet, compoſuit illud Pharmacum, quod Crollius refert, eíque veræ Panaceæ particulam adiecit, vt hac ratione dictũ Pharmacum de veræ panacææ viribus participaret. *Panacæa Anvvaldina.*

*h* Minij.

*i* Mercurij per ſilices præcipitandi ſint ℥ ij. aut ad ſummum ℥ iij. Lapillorũ ferè ℔ ij. inſtar fabarum, tantiſper igne arenæ aliquoties circum volitando, detinendo, donec Mercurius planè fuerit præcipitatus & ſilicibus adhæreſcat, à quibus poſtea concuſſione ſeparatur. Doſis à gr. iiij. ad vj.

*Via præcipitandi Mercurium commodior & ſecurior vix dabitur, quàm ſequens.*

## Mercurius Præcipitatus.

*℞. Mercurij bene purificati [a] libram ſemis,*

*cui affundatur ℔ j. Olei Sulphuris[b] per campanam facti & rectificati (Hoc enim oleum præ omnibus aliis corroſiuis eum optimè, & oleo Vitrioli longè potentius[c] præcipitat, & coagulat, ita vt maiorem etiam patiatur ignitionem[d]) compoſitum per duos dies in arena digeratur, poſtea per retortam vitream luto[e] munitam paulatim[f] deſtilla, liquorem egreſſum iterum affunde, & hoc tertio reitera. Quartâ vice poteſt adhuc ſemel aliquid de recenti Sulphuris oleo affundi,[g] & circa finem aucto Igne inter deſtillandum ita abſtrahi, vt retorta candeſcat, ſic in ipſa deſtillatione præcipitatur[h] Mercurius in maſſam albam: Poſtea fracta retorta[i] exime illam, ac ſupra marmor tere, & aqua calida pluuiali deſtillata ſalſedinem diligenter ablue in vitro oris ampli: agitetur probè, & per horas quatuor ſemper aqua prius ſubſideat, antequam effundatur: edulcorationem toties reiterabis, quouſq; nullam ſalſedinem in affuſa aqua deprehendes, & Mercurium remanentem videas verſum in puluerem flauiſſimum,[k] quem poſtea prius exiccatum phialæ oblongo collo bombyce claudendæ impones, & in ignem arenæ vehementiſſimum[l] per octo dies digerendum collocabis, ſi fortè adhuc aliquid de Mercurio non ſatis præcipitato immixtum eſſet, illud ſponte ſublimabit*

*mabit ſe in vitri collum, quòd poſtea ferreo circulo candente franges, & ſuperiorem partem, in quâ crudus Mercurius affixus hæret, cautè & leniter auferes, maſſam verò in fundo reſtantem eximas, & ter ſpiritum vini deſuper incendas, & poſtea ad ſuos vſus reponas: Ita ſecurè datur intra corpus.*

*Præcipitaui aliquando anagalmata Auri & Argenti ſeorſim, per duos annos, & quamuis pulucrem rubicundum nanciſcerer, tamen nondum erat debitè fixus, nec in vſum medicum commodè adhiberi poterat, ſine vlteriori præparatione.*

*Qui volet eiuſmodi præcipitatum per amalgationes intra tres vel quatuor menſes bono igne adhibito conficere* [m] *videbit pulchras, cupreſſi inſtar, in ipſo vitro creſcentias,* [n] *& ſæpius maſſam eximendo ac terendo habebit ignis violentiâ materiam terream,* [o] *poſtea per oleum Sulphuris, vt iam dictum, in puluerem flauum præcipitandam* [p] *& figendam.*

## Obſeruationes.

1. *Signum veri præcipitati eſt, ſi cum auro* [q] *fortiter teratur, nec aurum inde dealbetur, ſicuti ex contactu Mercurij fieri conſueuit,*

2. *Non eſt neceſſe, vt ſit omninò fixus,* [r] *ea enim ratione amitteret vim ſuam purgandi.*

3. *Nullus eſt præcipitatus qui non poſſit re-*

*duci,*[r] *ſi fixus planè eſſet, non poſſet in corpus humanum operari,*[t] *ratione cruditatis*[u] *ſuas operationes perficit.*

## Vires.

*Mercurius*[uu] *eſt Balſamum Naturæ, in quo eſt virtus Incarnatiua, quo mirabiliter renouat, & clarificat ab omnibus Impuritatibus corpus microcoſmicum Lue venerea*[x] *infectum: vbi enim tota maſſa ſanguinea in vniuerſo venarum ambitu corrupta eſt & referta multorum morborum ſeminariis, tunc hæc metallica, vt ignis*[y] *attenuata, eā penetrandi vim acquirūt, vt habitum totius corporis permeent.*

1. *Remedium eſt contra infirmitates cauſatas ex humorum putredine, & in morbis deploratis*[z] *vix experimur aliquid præſentius.*

2. *Educit omnes vitioſos humores, & cerebri deſluxiones*[aa].

3. *Purificat ſanguinem in venis, & medullam*[bb] *in oſſibus.*

4. *In Hydrope eſt Remedium appropriatum, habet enim vim expellendi*[cc].

5. *In Podagra exhibetur cum Pillulis Ruffi*[dd] *& oleo mellis.*

6. *In Pleuriſi cum ſpecifico vehiculo.*

7. *Contra venena & ſcabiem*[ff].

8. *In omnibus febribus continuis & intermittētibus, addendo ſemper quatuor vel quinque*

quē

*que guttas olei Vitrioli cum Pilulis Ruffi.*

9. *Catholicòn eſt in expurganda Lue Venerea,* [gg] *huius enim horrendæ Luis ſolus ῥιζότομος dici meretur: radicitùs enim tollit & omnia vlcera Venerea, & ſimiles fluxiones reiteratâ Doſi.*

10. *In Ictero* [hh] *nil præſtantius.*

11. *Datur etiam in Peſte, cum Pilulis peſtilentialibus Ruffi.*

12. *In vlceribus* [ii] *malignis & fœtidis expurgandis commiſcetur vnguentis.*

*Paracelſus in Luis curatione exhibuit cum Electuario de ſucco Roſarum, & Phædro cum ſpiritu Tartari ſucceſſu feliciſſimo puſtulas Venereas expulit.*

*Huſerus p.m.* [kk] *affirmauit mihi, ſe, ex eius frequentiſſimâ exhibitione, nullam vnquam deprehendiſſe noxam, niſi quod interdum propter bilioſas vomitiones, ægrotantes de dolore, aliquando etiam de ardore quodam gutturis ac oris, conqueſti ſunt, qui ſtatim adhibito leui gargariſmo,* [ll] *vel vſu Terræ ſigillatæ, ſi ardor in gutture fuit, ſopiebatur.*

## Doſis & vſus.

*A gr. 3.4.5. ad 6. in corporibus præſertim robuſtis.*

*Offertur cum Pilulis appropriatis* [mm].

*In doloribus capitis cum Pilulis Cochiis.*

*In doloribus brachiorum cum Pilul. de Hermodactyl.*

*Vel miſcetur Extractis purgantibus* [nn].

*In ſacco Liquiritiæ melius operatur, quàm in Theriaca: offertur etiam in Conſerua Roſarum* [oo] *aut in ſaccharo Roſaceo, vel deglutiatur in pane hoſtiario, ſuperbibendo tantillum vini.*

*a* Mercurij purificatio docetur infra in arcano corallino. Fit autem ea per lixiuium calcis viuæ & cinerum clauellatorum, vel etiam per lixiuium ſaponariorum: Similis eſt ei, per acetum deſtillatum & ſal commune, ſæpius nimirum cum illis agitando mercurium, & viciſſim à ſordibus eluendo. Vide notas meas ad Tyrocinium chymicum Beguini à Gluckradio editas, lib.2. cap.13. Potior tamen & inſtituto magis conueniens eſt purgatio ſequens.

## *PVRGATIO MERCVRII OPTIMA.*

℞. Mercurij crudi q.v. affunde in cucurbita integra oblongiori, non decurtata, ſpiritum vini optimum ad ſupereminentiam duorum digitorum: Poſtea agita aliquandiu, ſurſum deorſúmque acriter mouendo intra manus, & ſuperius orificium cucurbitæ diligenter pollice inter agitandum obturando, videbis omnem mercurialem nigredinē in ſpiritu vini & ad latera vaſis ſeparari, ſpiritum vini nigredine infectum decanta, & recentem ſuperfunde, ac viciſſim identidémq; agitando reliquam nigredinem ſepara. Hanc operationem tam diu

diu perſice, donec omnis nigredo ablata fuerit, quam in nonnullis mercuriis multa fæce inquinatis quarta ipſorum penè pars pondere æquat; Spiritum vini per Balneum euoca, relicta nigredine in fundo. Illum Spiritum vini iiſdem operis, vel etiam aliis reſerua. Hac purgatione mercurius nitidiſſimum & ſummè cæleſtinum colorem puritatis teſtem egregiè oſtendit. Nigredinem autem illam non prorſus abiiciendam eſſe, ſed ad pediculos & vermes necandos, pro cingulo aſſeruandum eſſe, quidam volunt.

*b* Quomodo oleum ſulphuris per campanam fiat, docet Tyrocinium chymicum Beguini cum notis meis, lib.2.cap.4.ſub titulo: ſpiritus ſulphuris.

*c* Videtur nimirum ſulphur ad præcipitationem, quæ fixationis quædam ſpecies eſt, magis idoneos habere ſpiritus. Verùm æquè ſufficit ſpiritus vitrioli: neque nimirum caret poteſtate figendi. Deinde penè vnus idémque eſt ſpiritus vitrioli & ſulphuris: ex eodem nimirum principio mercuriali vitrioli acido deriuantur.

*Spiritus vitrioli & ſulphuris nō differunt.*

*d* Poſt abſolutam præcipitationem.

*e* Non opus eſt.

*f* Lento igne.

*g* In noua, & optimè luto munita retorta.

*h* Relinquitur.

*i* Circulo ignito, vel filis ſulphureis.

*k* Flaueſcit illicò, vbi aqua fuerit affuſa.

*l* Non admodum tamen aliàs rurſum fluit.

*m* Vt docet Tyrocinium chymicum Beguini lib.2.cap.19. ſub titulo: Alia Mercurij præcipitatio.

*n* Scilicet ab ipſo amalgamate.

*o* In fundo ſubſidentem.

*p* Præcipitatos alios & varios hûc transfer ex Tyrocinio, cum notis meis à Gluckradio editis lib.2. cap.13. Item præcipitatum egregium in diſputatione chymicotechnicâ, à Rhenano ſecundò edita, ſub titulo Solis è puteo emergentis, theſi 110. pag.34.& 35. iſtius libri: Nos hîc ſuperpondij loco etiam ſubiiciemus præcipitatos elegantes & multarum virium.

## PRÆCIPITATIO MERCVRII *egregia.*

Primò fiat aqua fortis ex nitri ℔ ij. vitrioli ℔ j. aluminis non calcinati, ℥ vj. Salis communis ℥ vj. miſce, deſtilla & fiat more ſolito aqua, vt docet Tyrocinium l 3. cap.2. ℞. Mercurij purificati q.v. ſolue cum aqua, quantum ſoluere vis (NB. Soluendum de Mercurio, quantum nempe ſolui ab aqua poteſt, alioquin non libenter fit præcipitatio) mercurio ſic ſoluto affunde aquæ fontanæ frigidæ ℥ ij. vel ℥ iij. & relinque aliquãdiu in loco tranquillo, extra ignem per aliquot horas, vt ad fundum præcipitetur Mercurius ſua ſponte. Quod ſi igitur Mercurius ſe pręcipitauerit, affunde multum aquę frigidæ, relinque ad ſubſidendum, aquam ſupernatantem effunde, & aliam affunde, & relictam aliquandiu viciſſim deplue, idque tantiſper fac, donec nulla acrimonia in Mercurio præcipitato animaduerti queat. Hunc exime, & in matraciolo vel bocialo lati orificij, ſine alembico leniſſimo igne digere, vſque ad ſiccitatem. Puluerem exſiccatum exime, & ad partem vnam huius præcipitati adde aceti

aceti deſtillati acerrimi partes quatuor, pone in cucurbita probè obturata,& digere per diem vnũ atque alterum in Balneo, tandem ſine deſtillatione aceti,eodem modo in bocialo lati orificij exſicca & exſiccatum reſerua. Doſis granum 1. ad v. vel vj. Poteſt etiam infantibus exhiberi granum vnum,contra alui obſtructionem, ſi neceſſitas poſtulat.Non minus egregia eſt præcipitatio ſequẽs; quamuis compoſita,magnarum tamen virium.

## MERCVRIVS PRÆCIPITATVS Solaris.

℞ Auri puri & optimè purgati ℥ß. redige in cruſculos tenues,& more ſolito ſolue in aqua Regia,ex ſale communi,non verò ammoniaco, quia illud mercurium volatilem reddit. Vitri antimonij ℥ß. & Mercurij probè mundati ℥ iij. in aqua forti ſolue, ſingula nempe ſeorſim, ac in ſeparatis vitris,ita tamen,vt ſolutiones omnes probè ſint claræ & tranſparentes.Omnes iſtas aquas confunde, & aquam abſtrahe per alembicum, & nouam aquam Regiam affunde,ſæpiùs & identidem euoca, idque fac tantiſper, donec præcipitatus in ignita ferrea lamina penitùs nullum fumum de ſe emittat.Quo ſigno præſente totum præcipitatum diligenter ſub tegula calcina, ſic nimirum ſpiritus aquæ Regis omnes exploduntur & diſſipantur. Tandem ab eodem ſpiritum vini ſexies deſtilla, donec quodammodò figitur Mercurius. Denuò ſub tegula igniendus & lente calcinandus.

1. In morbo Gallico ſummum eſt remedium *Vſus.* mundificatiuum. Mundificat enim ſanguinem in venis, medullam in oſſibus, & quicquid in carne,

neruis & ſub cute latet immunditiei, expurgat.

2. In hydrope magnum eſt ſolamen: Quia aquam ducit, & fontem exſiccat.

3. Caducis prodeſt.

4. Colicam ſiſtit.

5. Quartanis medetur.

6. Ictericis conuenit.

7. Eſthiomene, cancrum, fiſtulas & alia vlcera curat.

8. In peſte & venenis opitulatur.

## AVRVM VITÆ.

℞. Aquæ fortis, ex vitriolo, nitro & alumine
vna factæ ℥ iiij. Salis Ammoniaci ℥ j. miſce & de-
ſtilla ex alembico per arenam, vt fiat aqua Regis.
In huius ℥ ij. diſſolue auri finiſſimi ℥ß. & ſolutio-
nem reſerua in calido: Deinde in aquæ fortis com-
munis ℔ j. diſſolue Mercurij crudi bene purgati
℥ vj. Solutionem poſtea vtramque tam auri, quam
Mercurij ſimul miſce, & illicò omnia apparebunt
nigerrima, deinde ex arenâ per alembicum deſtil-
la lento igne, ſed gradatim aucto, donec, quæ in
fundo ſunt, rubeſcant, & ſpiritus euaporaſſe vi-
deantur, tandem auge ignem, vt ſubtus cucurbita
aliquandiu candeat. Exime & puluerem ſub ca-
pula in catillo ſubinde cum ferreo baculo miſto,
calcina, donec ſpiritus ab aqua forti probè ſepara-
ti fuerint. Tandem aquâ dulci omnem ſalſedinem
aufer, & poſtquam extremò ſpiritus vini corre-
ctus ab eodem ſæpius per cohobia deſtillatus fue-
rit, puluerem auri vitæ ſerua. Vſus eius egregius
in peſte, & aliis morbis plurimis.

## PRÆCIPITATVS LVTEVS *diaphoreticus.*

Mercurium, per ſalem communem & vitriolũ ſublimatum, vt docet Tyrocinium chymicum Beguini, cum notis meis à Gluckradio editis, cap. 18. lib. 2. ſub titulo Mercurius ſublimatus, ℞ iſtius Mercurij q. v. coque in aqua fontana, ebulliendo ad ignem lentum: deinde in hanc ſolutionem claram & puram, à fæcibus nempe reſtãtibus, per inclinationem vel etiam per filtrum ſeparatam, guttatim immitte olei Tartari per deliquium factum ex ſale eius, q. ſ. ac ſtatim præcipitatur Mercurius ad fundũ inſtar pulueris lutei coloris. Deplue aquã per inclinationem, & puluerẽ aqua deſtillata vel pluuiali vel fontana aliquoties elueudo edulcora, donec aqua, qua eluitur, retineat nihil ſaporis acris. Poſtremò puluerem ſedulò & quidem lento igne exſicca & ſerua. Huius vis ſaltem eſt diaphoretica à gr. v. vj. ad vij. in theriaca vel mithridato, aut horũ alterutrius extracto, datur ieiuno ſtomacho bis in hebdomade. Mirificè ſoluit omnes obſtructiones, inprimis verò icterum. Igitur eius vſus loco alicuius digeſtiui, ad oppilationes internorũ viſcerum, ſæpenumerò grauiſſimorum morborum cauſſas aperiẽdas, admodum vtilis & neceſſarius. Eſt præterea validum contra ipſa venena experimentum. Quomodo autem præcipitatus, cum Mercurio ſublimato ad dulcedinem, & tandem etiam ad vim purgantem ſit transferendus, oſtendendum erit paulò poſt, vbi de Panchymagogo dulci agendum. Hiſce formulis etiam præcipitatũ, qui eſt Luis venereæ proprius, cuius mentionẽ

*Doſis & vſus;*

feci in notis ad Tyrocinium chymicum Beguini, à Gluckradio editis lib.2.cap.13. & cuius genuina deſcriptio habetur in theſibus medicochymicis poſterioris calomi, eius deſcriptio eſt ſequens.

## MERCVRIVS PRÆCIPITATVS
### *Antiuenereus.*

℞ Mercurij purgati ℔ j. diſſolue in ſ.q. aquæ fortis factæ ex vitrioli ℔ iij. & ſalis Petræ ℔ ij. poſtea deſtilla per alembicum ex arena aquã & ſpiritum ſenſim. Poſtquam aliquantulum ſpiritus deſinere incipiunt, auge ignem, vt vitrum parum cãdeat, ac ſpadiceum quodammodò appareat: ſic enim in alembico & ad ſpõdilia cucurbitæ ex Mercurio flores inutiles flaui & ſubrubei ſeſe eleuãt. Omnibus refrigeratis exime & frange cucurbitã, relectis ad ſpõdilia floribus inutilibus, & inuenies rubeum puluerem in fundo, quem tãdiu in aqua calida in paropſide terrea laua, donec nihil acredinis ſupererit. Deinde eidẽ pulueri exſiccato affunde oleum ſalis Tartari ad ſupereminentiã duorum digitorum, abſtrahe iterum ter deſtillando in arena phlegma. Sed tertia vice auge ignem, etiam fundo cucurbitæ paululum ab igne rubeſcente, atque hoc modo adſcendit Mercurij quædam portio cruda, ſeu viua quæ omninò ſeparanda. Relictam in fundo materiam contunde, & aqua dulci calida toties elue, donec nulla ſalſedo, nullæque ſordes amplius relictæ fuerint ſolo nẽpe puluere rubeo relicto quem exſiccatum & in cucurbitam poſitum imbibe cum aquâ ouorum, ac ſeptem vicibus eandem ab eodem in arena pèr alembicum abſtrahe. Relictum in fundo aqua calida aliquoties

ties laua, effuſumq; ſpiritum vini rectificatum ſeptíes, inde deſtilla cohobiis tot repetitis. Tandem exempto pulueri alcohol vini affunde, vt benè humectetur, quod amoto igne ſuccende, & tamdiu ſpatula ferrea moue, donec ardendo conſumptum ſit. Iſtius præcipitati ℞ pro doſi gr.iij. vel v. Pro vehiculo verò addatur ſcāmonij præparati, cuius præparationis deſcriptionem infra de purgantibus tradam, vel Panchymagogi mei, tantum, quantum ſufficit ad formandas pillulas. Poteſt quoque admiſceri ſuccus Glycirrhizæ. Hydropi vnicè medetur præcipitatus, primo loco à me adiectus, & in diagridio à gr.iij. ad gr.v. exhibetur. Oportet autē vt ex inſtituto morbi primo exhibeatur Turbith, poſtea verò diuretica adijciantur. Hoc nimirum ſemper in hydrope faciendum eſt perito Medico, vt prius per aluum ſubducere ſatagat aquam, ter aut quater exhibendo catharticum diebus continuis vel intermediis, quam per Vrinam: Secus omne ſerum ad vreteres & renes deuoluitur: Vbi poſtea per aggregationem ſæpe pertinaciſſima ſymptomata ſuboriri ſolent. Sed de his omnibus infra de ſpecifico hydropico. Quomodo verò nōnulli præcipitati ſub variis coloribus apparentes fieri ſoleant, appendicis loco ſubiungere placet. *Cautela.*

### *I. MERCVRIVS GRYSEVS tantum purgans.*

1. ℞. Mercurij præcipitati communis flaui vel albi, ſæpiùs cum aqua roſarum abluatur, exſiccetur: poſtea cum ſpiritu vini optimo imbibatur, & addantur æquales partes Camphoræ cum ſpiritu vini, ſoluta cōiungantur ac viciſſim lento igne ſpi-

ritus vini inde euocetur ad ſiccitatem: & Mercurius euadet gryſeus. Huius doſis à gr. iij. ad vj. cum extracto Theriacæ miſtus, ad horas 6. ante paroxyſmum exhibitus, mirificè pellit omnes febres, per ſeceſſum tantùm operando. Eſt etiam in peſte, morbiſque epidemiis aliis, præſertim verò in ſudore Anglico precioſa Antidotus.

## II. MERCVRIVS INCARNATVS & præcipitatus.

Solue ℥ j. Mercurij viui bene purgati, in ℥ ij. aquæ fortis, ſolutioni adde aquæ communis calidæ ℥ iij. ac infunde poſtea vrinam ſani hominis recentem, tantum, quantum ad deliquium ipſius Mercurij requiritur. Præcipitabitur Mercurius Incarnatus, qui aliquoties aqua edulcorandus, ſolùm per ſeceſſus mouet. Doſis à gr. vj. ad xj.

## III. PRÆCIPITATVS LVTEVS.

Simili modo ſuper mercurium in aqua forti communi antea infunde aquam communem, poſtea paulatim oleum Tartari correctum guttatim adde, & præcipitabitur Mercurius inſtar Luti, qui probè à corroſiuis per aquam ſimplicem vindicatus, nihil aliud in corpore, quàm per inferiora impuritates exturbat. Doſis gr. vj. ad x.

## IV. PRÆCIPITATVS VIRIDIS.

In aqua forti communi ſolue mercurij viui mūdificati ℥ iij. In eadem ſolue Veneris ℥ß. ac cōiunge ſolutionem, deinde ex arenâ deſtila aquā fortem, vrgendo paulò vehementiùs in fine ignem, vt maxima pars ſpirituum tollatur. Quod reliquum

fuerit

ſuerit in fundo, exſicca & digere cum ſpiritu aceti in Balneo per diem & noctem. Vltimò ebulliẽdo, vt potiſſima pars Mercurij in aceto ſoluatur, acetũ impręgnatũ ex Balneo lentè deſtilla, & præcipitatus viridis in fundo reſtitabit. Non eſt eluẽdus, ſed rectâ exſiccandus. Eſt ſpecificũ in gonorrhæa virulenta, iam iam ad præcipitium Luis venereæ declinante. Doſis à gr. ij. iij. ad viij. Datur in Conſerua roſarum manè. Et licet Gonorrhæa ceſſare viſa ſit, redit tamẽ ab hoc ſpecifico exhibito. Ideóque doſes conuenientes tãdiu ſingulis diebus iterandæ, donec omnis fluxus fuerit ſedatus & ſublatus. Mouet nimirum ſimul hoc Pharmacum gonorrhæam, & eandem tollit. Vide Praxin chymiatricam editionis noſtræ pag. 212. de Lue venerea.

NB. Cautelam de Mercurio & Antimonio. *Cautela.* Mercurius nocet bilioſis, qui admodum humiditates ad ſe allicit, id quod videre eſt in vlceribus & affectibus internarũ partium. Hinc freno ablato bilis, magis efferueſcit. Quod autem mercurius in bilioſis, hoc antimonium in pituitoſis, nec vnquam exitus votis reſpondet, ſi promiſcuè propinentur.

*q* Hac ratione nimirum mercurio nonnihil de ſua priſtina natura, quam habet ad aurum, perdidit. Melius igitur præcipitatus, ſecuriúſque intra corpus aſſumi poteſt.

*r* Vt vehementem ſuſtineat ignitionem.

*ſ* Ad priſtinam faciem, ad volubilitatem; Daß er wieder lebendig werde.

*t* Purgando.

*u* Non totalis & annatæ, ſed aliquantulum imminutæ, quã ſpiritus ſalini, per quos vel præcipi-

tatur vel ſublimatur, illi præſtiterunt.

*vv* Dextrè præparatus.

*x* Præſertim.

*y* Et ſalium cooperantium.

*z* Vbi ſcilicet purgandum vel reſoluendum.

Cautela.

*aa* Quos etiam cauſatur, intempeſtiuè exhibitus; ſi præſertim ſaliuationes excitat, vbi illæ non requiruntur. Extra nimirum morbum venereum omnes ſaliuationes ſunt cerebro inimicæ.

*bb* Et quod in muſculis, cute, & ſub cute latet; expurgat.

*cc* Aquam ſeu ſerum.

Pilula Ruffi.

*dd* Potius in pilulis de Hermodactylis. Pilulæ Ruffi ex Ægineta lib.2.cap.36. ℞ aloës, ammoniaci ana ℥j. myrrhæ ℥ß. cum ſucco limonum fiat maſſa.

*ee* Cum aqua florum papaueris Rhæados, cardui benedicti, cardui mariæ. Ad pleuriſin & aſthma imprimis eſt conducibilis Mercurius præcipitatus cum auro. In robuſtis doſis eius eſt gr.ij. primo die iiij. ſecundo die, & vj. tertio die in extracto vel pilulis de agarico, quantum ad incorporandū in formâ pilularum ſufficit, propinatum. Is & infantibus tuſſientibus & anheloſis, ſeu præcordiorum plenitudine (Hertzgeſpan) laborantibus mirificè prodeſt. Si exhibeatur primo die gr.ß. ſecundo gr.j. tertio gr.j.ß. in aliquo ſyrupo pectorali.

*ff* Et peſtem.

*gg* Cuius alexicacus eſt non per illinitionem aut fumigationem, vt Itali faciunt.

*hh* Cui tamen mirificè opitulatur præcipitatus luteus diaphoreticus, de quo ſupra.

*ii* Præcipitatus in vlceribus malignis & fætidis

expur-

expurgandis, melius commiſcetur oleo communi, quàm vnguentis & quidem hoc modo. ℞ Olei communis vel Roſacei ℔ j Mercurij præcipitati ℥ j. coque in ſartagine igne lento, donec oleum fiat obſcurè nigrum, poſtea decanta & ſerua in vitro: hoc oleum Vnguentis mixtum, vel etiàm in per ſe fiſtulis, & aliis locis vlceroſis applicatum, maximè ſanat.

*kk* Iohannes Huſerus, Medicus Electoris Colonienſis qui edidit opera Paracelſica.

*ll* Ex ſaluia, floribus prunellæ, ceruicariæ & aliis abſtergentibus.

*mm* Omnium optimè exhiberi poteſt cum Reſina ſcammonij ritè præparata, de qua infra.

*nn* Quale eſt extractum Panchymagogon vegetabile, cuius deſcriptio infra tradetur.

*oo* Non probo, quia iſta adhuc maſticantur in ore, & ita ſaliuationem excitant.

## ARCANVM CORALLINVM Paracelſi, [a] ſeu Mercurius Sublimatus rubeus non corroſiuus.

*℞ Mercurij ℔ j. purgetur [b] per lixiuium è calce viua & cineribus clauellatis ſexies, vel ſepties, poſtea cum ſale & aceto tamdiu lauetur, donec in colorem cæleſtem abierit, & ſic erit paratus ad ſublimationem.*

*℞ Iſtius purgati ℔ j. Salis Petræ (quod tamen diligenter purificatum [c] & ſeparatum ſit*

*ab omni Sale vulgari,* [d] *alioquin ſublimatus puluis fieret ſupra modum corroſiuus: Examen ritè ſeparati Salis poteſt fieri in hunc modum, ſi Sal Petræ ſupra laminam ignitam totus incenſus auolet, nullo Salis veſtigio remanente) & Vitrioli ad rubedinem calcinati* [e] *ana* [f] ℔ *ij. puluериſentur omnia & miſceantur, irrorentur ſaltem aceto deſtillato acerrimo, & cum piſtillo ligneo bene ſimul incorporentur, donec mortificatus* [g] *videatur Mercurius: Maſſam poſtea totam impone lutata Cucurbitæ* [h] *mediocris capacitatis, verùm parietibus Cucurbitæ non maculatis* [i] *aut prius probè abſterſis, deſtillatio in arena* [k] *inſtituatur, per noctem adhibeatur ignis, vt phlegma aceti egrediatur, poſtea ſucceſſiuè augendo & cõtinuando ignem ad 24.* [l] *horas ſublimatio continuetur: in capitellum* [m] *ſubnigro colore aſcendet Mercurius viuus, in medio alembici puluis erit flaui coloris, paulo ſupra materiam* [n] *rubicundi: Effracto vitro collige ſublimatum puluerẽ omnem, ſcilicet tam rubeum, quàm flauum, & accipe* ℔ *j. Salis Petræ & Aluminis calcinati* [o] *tantũdem (calcinatio Aluminis in tigillo fiat modo vulgari, non ita vehementi igne, ne ſpiritus euaneſcant) terantur omnia & impaſtentur, vt antea, ſaltem humectando cum prioris deſtillati aceti phlegmate, ſublima denuò in nouo alẽbico*

*bico vt prius: In continuo igne ſpatio 12. horarum [p] abſoluitur operatio, & puluis aſcendit inſra rubicundiſſimo colore, paulo ſupra flauo, & in capitello nigricante: Poſtquam omnia refrixerunt, vitro rupto ſingula cautè eximātur: quod rubrum eſt ac inferiori loco parietibus vitri adhæſit ſupra caput mortuum, purum eſt & maturum, [q] hoc ſeorſim colligatur & edulcoretur aquis Cordialibus, [r] vltimò incendendo deſuper aliquoties Spiritum vini: Flauum ſeorſim collectum poteſt etiam in tigillo mediocri ſaltem igne calcinari, vt rubeſcat, & poſtea dicto modo edulcorari: [s] Feces nigra in capitello cum capite mortuo in fundo abijciantur.*

*Magnum Paracelſi ſecretum & inuentum.*

*Huſerus prætulit hunc Sublimatum Turpeto, illoq́; in multis deſperatis morbis feliciſſimè vſus eſt.*

## Vſus & Doſis.

*In Hydrope.*

*Morbo Gallico [u].*

*Podagra.*

*Doſis à tribus granis ad quinque, in Theriaca, ſucco Roſarum, Pilulis Catholicis [u].*

*Inſuper ſunt duo ſecretiſſimi [x] modi tractandi Mercurium pro medicina corporis.*

*In primo modo Mercurius, ſine vlla additio-*

*ne, certis inſtrumentis per ſe redigitur in Cinnabarim rubicundiſſimam.*

*In ſecundo modo mortificantur corroſiui ſpiritus Vitrioli & Salis in Mercurio ſublimato, è quo miro & ſimplici artificio homogeneo fit puluis Cryſtallinus planè inſipidus : Vnum è præſtantiſſimis Catharticis, per ſe, vel cum aliis Catapotiis, in vſum medico radicaliter omnia noxia è corpore humano pellens. Hoc illis non videbitur mirum, qui ſciunt Mercurium eſſe balſamum Naturæ, in quo eſt virtus Incarnatiua & Regeneratiua, mirabiliter renouans & clarificans ab omnibus Impuritatibus.*

a Libauius poſteriori tomo arcanorum chymicorum, malè conſarcinatorum, hoc arcanum corallinum, ab autore noſtro Paracelſo attributum, negat ipſius eſſe, ſed vel Crollium vel Huſerũ inuentorem eſſe affirmat, quia in Paracelſi operibus ſic non extet, & ipſe corallini alterius faciat mẽtionem in libro 3. de malè curatis ægris reſtituendis cap. 25. Quod vtrumque prolationis argumentum nullum eſt. Etſi in publici iuris factis ſcriptis & operibus Paracelſi non extet, nec cõuenit cum Corallini deſcriptione, quam Paracelſus in prædicto libro 3. de malè curatis ægris reſtituendis poſuit, autorem tamen ipſum Paracelſum oſtendit tractatus, quem ipſe clauem & manuductionem in ſuos libros indigitare voluit, ad quendam amicum ſcriptus, ſed à nullo hactenus emulgatus, ſed apud paucos, inprimis Huſerum, qui ſcripta Paracelſi edidit,

didit, delitescens, nuper verò à Rhenano in libello Solis è puteo emergentis aliquota parte euulgatum. In principio quidem & fine eiusdem descriptionis, ad chirurgiam ſuam lectorem remittit, vbi nempe de arcano corallino agens, eius vires vberiores tradidit, ſed nuſpiam veſtigium eius apparet, niſi quod de corallato ſupra allegato loco egerit, parum aut nihil huic deſcriptioni reſpondente. Quod ſi itaque Libauius clauem Paracelſi vidiſſet, vel ſaltem Geberi librum fornacum & in eo caput 9. legiſſet, vtique intellexiſſet, & olim notum fuiſſe, quomodo Mercurius ex ſale petræ & vitriolo ſublimetur rubeus & ſplendidus.

*b* Mercurius vt ritè purgari poſſit, vide ſuprà de Mercuriis præcipitatis.

*c* Si vis probare nitri bonitatem, mitte nitrum in carbonem ignitum, ſi omne auolauerit, bonum: ſi autem aliquid remanſerit, malum.

*d* Aduentitio.

*e* Hoc eſt, Colcotharis.

*f* Si fuerit Vitriolum Veneris aut Martis.

*g* Nuſpiam appareat.

*h* Terræ.

*i* Ab materia indenda.

*k* Vel igne nudo ſeu aperto.

*l* Vel amplius.

*m* Cucurbitæ.

*n* Non ad latera.

*o* Eſt totaliter tantùm peragenda, ne, ſi leuiter tantùm calcinetur, reuiuiſcat Mercurius, ſi fortiter, ſpiritus euaneſcant.

*p* Extremis duabus horis fundo ipſius cucurbitæ incandeſcente.

q Quia mercurius adeptus eſt corallinum colorem.

r Meliſſæ, borraginis, bugloſſæ, anthos, roſarum, violarum &c.

ſ Aut quod melius, pulueres tam flaui, quàm rubei, inuicem miſti, ponuntur in phiolo, igne arenæ per aliquot dies & rubeſcent.

t Hic eſt, tamen aſſeruentur, qui mercurius exinde poteſt viuificari.

## MODVS ARCANI CORALLINI *præparandi compendioſior.*

Ingenioſa quorundam ſagacitas alium adinuenit conficiendi arcani corallini modum, eo, quem autor noſter poſuit, multo faciliorem & præſtantiorem. Apparatus eſt eiuſmodi. ℞ Caput mortuũ ex aqua forti ex Vitriolo & nitro ana facti q. p. & ex eodem aqua calida fontana ſaltẽ extrahe. Huius ſalis probè exſiccati ℞ ℥ vj Mercurij crudi probè purgati ℥ ij. Nitri purificati ʒ ij. Miſce & tere omnia ſimul cũ aceto imbibẽdo, donec in ſalia iſta mercurius abſumptus fuerit. Deinde ex cucurbita cum alembico, more ſolito, ſublima, & primò cum aliquota parte mercurij crudi ſublimabitur pars quædam alba, quædã lutea, quædam crocea, quædam verò rubicundiſſima, ſine omni corroſione, collige croceam & rubeam abiectis cæteris, & mixta pone denuò in phiolam vel matraciũ, & in arena etiã extremè feruidã aut aliter ſublima per ſe, vt omnia ſummè rubefiant, poſteà ea ſine edulcora, & deſuper ſpiritum vini accẽde. Eius doſis eſt vt antea. Tollit ſcabiem, vlcera, cancrum, fiſtulas

fiſtulas. Eſt vera metallorū Theriaca. Vocatur Paracelſo Laudanum mercuriale ſiue metallicum.

## MODVS CONFICIENDI ARCANVM *corallinum compendioſiſſimus.*

℞. Mercurij probè loti & optimè purgati ℥ iiij. Spiritûs nitri optimè rectificati tantundem, ſolue mercurium lotum, vt nihil ſuperſit. Solutionem in phiala ſatis apta & longioris colli, coque in arena & progreditur ipſe ſpiritus partim rubeus, partim albus, ipſeque mercurius paulatim ſeſe ad fundum in cryſtallos ſiſtit, coque continuè ebulliendo, donec omnis ſpiritus ablatus ſit, & ipſe mercurius in fundo reſideat inſtar lapidis albi. Hunc exime poſtero die & tere minutiſſimè, videbiſque quantitatem mercurij ℥ j ß. auctiorē, huic in phiala affunde recentem ſpiritum nitri, & coque viciſſim per diem integrum. NB. In hac coctione vix videbis ipſum ebullientem, niſi quod interdum cum impetu & ſtridore quaſi ſurgat, totum ſeſe eleuando, ſed nihil nocet: perge coquendo, ac tertiò ſuperaffunde tantundem ſpiritus Nitri, vt antea, & coque tertiò, ac id quidem igne auctiore. Spiritus nitri tranſit quidem per collum, ſed ſine rubedine, nec etiam fortiter ebullit, perge ita donec omnis ſpiritus nitri ſit ablatus. Videbis in fundo Mercurium corallatum elegantem, quem tandem igne leni calcina paululùm igniendo. Dulcis eſt ſine omni corroſione, cuius vſus eſt idem, & quidem felicior, qui in hoc Crolliano.

Pone in phiolâ Hermeticè ſigillatâ ad calorem cinerum integrum octiduum, extrahitur tinctura auri, inſtar ſanguinis rubea, quā denuò relicto in

ſundo albicante auri corpore in alia phiala hermeticè ſigillato, coagula lento igne in athanore in lapidem rubeum, quem ſuper lapide porphyrio in loco frigido humido ſolue in oleum, quod denuò reiectis fæcibus coagula, & tertiò eandem coagulationem repete. Eſt ſummum elixir vitæ, & laudanum mercuriale probè in vitro ſeruandum. Eius
*Vſus & Doſis.* doſis gr. j. cum extracto theriacæ & puluere liquiritiæ q. ſ. ad incorporandum in formam pilularem, ſuperbibito hauſtu vini in quolibet morbo, repetitis, ſi neceſſitas flagitat, doſibus. NB. Corpus albicans auri in fundo remanens phialæ, quod Luna fixa nominari ſolet, priſtinum colorem recuperat, ſi per antimonium fundatur. Vide Paracelſi chirurgiam magnam.

## *LAVDANVM MINERALE D. Hartmanni.*

Ex arcano corallino deinceps etiam aliud, & quidem præſtans admodum alexipharmacum fieri poteſt. Extrahe illud cum aceto deſtillato, in leni calore, tamdiu donec acetum fiat coloris lutei; poſtea ſeuoca inde acetum, & ex relicto extracto rubedinem cum ſpiritu vini extrahe, quo ablato manet puluis rubeus, quem ſerua. Eius grana ij. in conuenienti liquore in morbis etiam deploratis propinata veſperi laxant aluum, tandem ſudorem & ſomnum conciliant, vocatur mihi Laudanum minerale.

*u* Item ſcabie, vlceribus, fiſtulis.

*vv* Vel in extracto Panchymagogo vegetabili, vel extracto Trochiſcorum albandal.

*x* Duo iſti modi tractandi mercurium, quos autor

tor noſter recenſet, ſed non explicat, digni ſunt, vt ſciantur & tractentur, dum hæc ſcribebat erant ſecretiſſimi. Nunc omnibus noti. Primus modus eſt præcipitatio per ſe, ſine additione alterius cuiuſdam rei, compendioſa tamen, nec multum operæ requirens, modò inſtrumenta etiam affabrè facta ſint. Secundus, eſt Mercurius dulcis, vt vocatur à Beguino, ſeu Panchymagogon Quercetani, ex mercurio ſublimato & argento viuo, crudo purgato certis ponderibus coniunctis, & denuò ſublimatis, præparatum.

## *MODVS PRÆCIPITANDI Mercurium per ſe.*

Fiant in officinis Vitrariis compreſſæ & latæ phiolæ, intus vix latitudinem vnius cubiti altæ ac anguſtiſſimi vix acum admittentis orificij, iuxtà latifundium immittatur mercurius crudus, probè & planè purgatus, vt tandem fundum cooperiat, & pars vitri aliquota ſaltem à ſuperiori tegumēto vacua remaneat. Eam igitur definitè admodum in arenam ad æquilibrium colloca, vt nullibi mercurij quantitas altior depreſſiorque propter ſitum forſan inæqualem, exiſtat, ac coque primùm lento, poſtmodum fortiori igne, donec ſponte ſua in puluerem rubicundiſſimum inſtar cinnabaris abeat, qui edulcoretur ſedulò aquis cordialibus vel ſpiritu vini, exhibeatur à gr. iiij. ad vj. Sudores valde mouet, & luem veneream ſepties vel ſexies exhibitus, penitus eradicat & eliminat, ſi cætera quoque ad hanc curam neceſſaria in promptu fuerint. Febres prætereà etiam omnes planè, tam continuas, quàm intermittentes, tollit.

## MERCVRIVS DVLCIS,
### *Panchymagogon Quercetani.*

Mercurius dulcis Draco mitigatus, vt vocatur ab autore Tyrocinij chymici Beguini lib. 2. cap. 18. fit ex mercurio ſublimato & mercurio crudo certis ponderibus coniunctis, & de nouo ſublimatis. Hoc nimirum modo corroſiui ſpiritus in ſublimato per homogeneum artificium tolluntur, hoc eſt per Mercuriū viuum mortificatur, ac totum compoſitum inde ἄποιον, hoc eſt ſine ſapore aliquo acri conficitur, ſed ad dulcedinem tendente: de eo legatur Quercetanus in Tetrade grauiſſimorum affectuum capitis. Tyrocinium in allegato loco addit in præparatione ſua Colcothar, hoc eſt Vitriolum ad rubedinem calcinatum, ſed nulla cum neceſſitate. Per ſe enim ſine alterius rei alienæ additione facilè per ſublimationem coëunt.

Modus itaque eſt talis. ℞. Mercurij ſublimati puti & ſinceri, vt docui in notis ad dictum caput Tyrocinij à Gluckradio editis, ℥ viij. Mercurij probè purgati ℥ vj. terendo inuicē, partē poſt partem, miſce in mortario lapideo, donec in ſublimatum Mercurius viuus abſumptus fuerit, deinde ſublima ex phiola, ad medietatē tantùm impleta, in arena, donec totū ad ſuperiorem phiolæ capacitatem adſcenderit, id quod plerumque ſpatio viij. vel x. horarū fit. Fracto vitro Mercurium crudum hac primâ deſtillatione ſimul prodeuntem curioſè aufer, reſiduum denuò priore pacto ſublima, idque tertiò aut quartò repete ſine vlla additione rei externæ, & euadet ſublimatus inſtar cryſtalli pellucidus, qui omnem acrimoniam ſubitò

depo-

depoſuit. Spiritus nimirum vitriolati in Mercurio ſublimato reſtantes & vigentes, per homogeneum artificium, vt autor loquitur, hoc eſt, per Mercurium crudum currentem rectificatur. Non nimirum actione & paſſione illa mutua miſtionis & triturationis illi ſpiritus diſcedunt, & puluerem relinquunt quaſi mortuum, ceu Libauius exiſtimat: Sed planè emoriuntur, vt iidem vel acres alij ſpiritus ab aliis ſolent mortificari. Finitis ſublimationibus maſſa denſior in puluerem redigitur ſubtilem, aqua roſacea ſæpius eluendum. Eius grana xv. ad xx. vel xxx. in robuſtis, cum extracto aliquo purgāte, vt extracto Trochiſcorum alhandal gr. iiij. aut v. in pilulas paruas conformate, dentur. Omnes humores noxios ſine aliqua perturbatione expurgat. Exhibetur in omnibus affectibus, ac dari ſolet conuenientiùs poſt mediam noctem. Euidentior eius eſt operatio, ſi ad grana xvj. huius admiſceantur gr. ij. florum butyri antimonij, ſeu mercurij vitæ, probè prius & diu inuicem terendo piſtillo, non metallico, nec ligneo, huic nimirum adhæreſcerent, & poſtea doſes in pilulas conformando (3. horas debent teri, & ita melius operantur, quò magis teritur, eò maior eſt operatio, nec nimium vomitum *ciet*) poſſet ſecundo die repeti. Si nihil vitij adeſt, nihil expellit. Poſt aſſumptionem quieſcendum eſt. Hoc medicamento quidam ſingulis menſibus vſi ſunt. *Doſis.* *Vſus.*

NB. Non exhibendus eſt in aliquo vehiculo, vt liquore, ſed tantùm in forma pilularum. Tyrocinium etiam chymicum ſubſtituit alium Mercurium dulcem, ſed mancum. Huius redintegratio eſt huiuſmodi. *Cautela.*

## MERCVRIVS DVLCIS ALIVS.

℞. Mercurij crudi, & Reguli antimonij, cum mercurio ſublimato ad butyrum eliciendum facti, ℔ ß. Vitrioli rubificati ℥ iiij. ſatis fuſi ℥ vj. Miſce ſimul, & in ſublimatorio vitreo deſuper funde aquæ fortis (in repetitionibus aqua fortis non adfundenda eſt, ſed ſaltē ſublimatū cum capite mortuo miſcendo) aſcendit mercurius albiſſimus ſublimatus, quem denuo cū capite mortuo miſce & tandem ſublimato denuò, & tertia vice repetito. ℞. Huius ſublimati ℥ iiij. adde eiuſdē Mercurij viui ex regulo antimonij facti. folior. lunæ & talci læuigati ana ℥ j. Fiat puluis, ſublima in phiala, vt ſupra, ex arena quatuor vicibus. Poſtea puluerē mercurij in phialā recentē conde, & in arenis calidis per integram horam, vel etiam vlteriùs ſublima: ſic nimirum egregiè albeſcit. Morbū Gallicum recentem perfectè curat. Singulis octo vel decem diebus eius gr. vj. ad xv. in pulpa pomi aſſi exhibēdo, & diætæ conuenientis regulam obſeruando.

Alij modi mercurium dulcem præparandi. Poſſunt præterea alij Mercurij dulces fieri, earundem vel maiorum virium. Sic nimirum.

Si I. Mercurius crudus probè purgatus in ſpiritu nitri, de quo autor infra, ſolutus, & viciſſim abſtractâ per deſtillationem aquâ exſiccatus edulcoratúſque, poſtremóque cum alio mercurio crudo æquali pondere aliquoties ſublimatus fuerit, dulcis fiat, & lentè per inferiora purget, doſis à gr. vj. ad xij.

II. Eodem modo ſi Mercurius præcipitatus luteus, quem ſupra ad præcipitatum autoris addidi,

per

per ſe ſublimatus fuerit, dulceſcit & in parua quantitate octo ſcilicet granorum ventrem mouet.

Aqua ad ſcabiem, fiſtulas, vlcera maligna. Poſtremò vt & hoc addam, ex omnibus hiſce mercuriis dulcibus poteſt parari aqua vtiliſſima ad fiſtulas & vlcera maligna, non tantùm ad detergenda, ſed etiam cicatriſanda; præcipuè verò in lue venerea, quia talia inueterata nullam curationem perfectam, quoquo modo, niſi mercurialia admiſta fuerint, admittunt. Valet etiam ad ſcabiem ſine noxâ penitus curandam. Fallopius appellat aquam aluminis. In aquam bullientem proijce calcem viuam recentem, & relinque aliquandiu, aquam ſupernatantem filtra, & in ℔ j. eius ebulliendo diſſolue Mercurij dulcis ℨ j. cola, & prædictis vſibus aſſerua, eluendo nimirum eâ aquâ. In omnibus inflammationibus prodeſt, item in vlceribus Gallicis, item in apertis & nigris.

## FLORES [a] BVTYRI Antimonij.

*℞. Antimonij Vngarici, & Mercurij ſublimati [b] ana [c] ℔ j. terantur [d] ac miſceantur diligenter, & in retorta vitrea luto [e] obducta in arena mediocri igne deſtillentur, tunc liquor [f] inſtar Butyri ſeu glaciei egreditur, ſi concreſcit in collo retorta, vt ſæpe fieri ſolet, tunc admota pruna forcipe comprehenſa liqueſcat, ne obſtructione [g] impediatur deſtillatio.*

*Hunc liquorem vulgò* [h] *vocant Mercurium Vitæ, cùm tamen ſit ſummè corroſiuus: Et fuerant quidam* [i] *ita temerarij, qui cum illo impunè luſerunt* [l] *de corio humano.*

*Si aqua calida illi affundatur, tunc Salia corroſiua* [m] *reſoluuntur, & flores albi* [n] *petunt fundum, qui diligentiſſimè ab omni ſalſedine multoties aquâ calidâ* [o] *edulcorandi: Ille puluis ſiccus ſeruatur ad vſum medicum, & in complexionibus fortibus exhibetur maiori cum ſucceſſu intra corpus, quàm vulgares Antimonij flores albi per ſublimationem preparati* [p].

*Qui Butyrum illud Antimoniale prius volet rectificari,* [q] *antequam aquam affundat, ei liberum eſto: Ita enim habebit flores candidiores.* [r] *Num in Chymia* [ſ] *aliquid præſtare poſſit hoc oleum, iudicent ij, qui illud cum auro radicaliter ſoluto fermentare, & per rotam Philoſophicam,* [t] *ſecundum artem requiſitam deducere norunt* [u].

## Vſus & Vires.

*In Peſte.*

*Capitis morbis.*

*Febribus,* [uu] *ſi fortè moneant vomitum, non formidari debet* [x].

*Lue Venerea* [y].

*Lepra.*

*Hydrope,*

*Hydrope*, [a] *vbi plerunque ſine vomitu per inferiora ſuas operationes perficit.*

*Vlceribus malignis.*

## Doſis.

*Duo, tria vel quatuor grana* [aa] *cum Panchymagogo, vel Conſerua Roſarum, Violarum, Vitello oui, ſyrupo Cidoniorum.*

*Obſerua diligenter, vt ſemper poſt omnem purgantis Antimonij exhibitionem te in lecto contineas*, [bb] *& paulò poſt ſumptionem ius ſorbile ſumas, ita minori moleſtia euomes, quàm ſi ventriculum habeas vacuum. Reiteretur hauſtus iuſculi aut cereuiſiæ calidæ, bis, ter, quater, ſi opus.*

*a* Propriè flores non ſunt, nec nimium eleuantur ſurſum per ſublimationem, ſed ſaltem præcipitantur; hoc eſt, affusâ aquâ cõmuni ad liquorem butyraceum antimonij, labeſcente toto liquore tandem puluis albus apparet, quem autor florum nomine indigitat. Beguinus lib. 1. cap. 11. Tyrocinij vocat mercurium vitæ, vel puluerem emeticum. Vocatur etiam puluis Angelicus, in Italia puluis Algorethi; Victorius enim Algorethus, Medicus & Phyſicus Veronenſis, id nominis ipſi dedit. Aliàs & aquilæ albæ nomine venit.

*b* Communiter per ſal & vitriolum.

*c* Nonnulli, vt Beguinus dimidiam partem antimonij accipit.

*d* In marmore; ſed cauendum eſt à fumo, qui inter terendum eleuatur: eſt enim à ſulphure an-

timonij & ſublimato ipſo venenoſus.

*e* Non opus, ſi in arena fiat deſtillatio, & melius deſtillatio fit in arena.

*f* Externè ad collum retortæ.

*g* Scilicet ipſius retortæ. Finitâ deſtillatione liquoris omnis, vrge igne vehementiore, & da quoque ignem ſuppreſſionis per horas aliquot (ignis ſuppreſſionis, qui ſupra arenam imponitur, non ein gedämpfft Fewer / vt malè Libauius vult,) refrigeratis vaſis omnibus, extremo collo retortæ infarctam cinnabarim collige, quæ poſtea bis vel ter ſublimata, purior ſubtiliorq; redditur. Ex ea paratur præſtans Diaphoreticum, ſi eius partes æquales cum magiſteriis cranij humani, corallorũ, & perlarum commiſceantur. Eius vſus eſt in Epilepſia & Paralyſi, quas ſolo ſudore repetitis vicibus, ſi bis ſingulis ſeptimanis vſurpetur, præcedẽtibus tamen euacuationibus (per puluerem laxatiuum ſenæ deſcriptionis Wieri) neceſſariis & appropriatis tandem tollit. Eius doſis eſt à gr. 10. ad 16. in aqua ſenecionis ad ſudandum aliquoties exhibitum. Eryſipelata capitis, præſertim in muliereulis, iſtis affectibus valde obnoxiis, mirificè ſanat. NB. Aliàs difficulter, ſi eryſipelas eſt ab ebullitione ſanguinis menſtrui, nimirum ſi ſint plethoricæ. Vide practicam Chymiatricam noſtræ editionis, non Francofurtenſis pag. 14. 37. 49. 52.

*Diaphoreticum ex Cinnabari.*

*Eryſipelas capitis.*

*h* Empirici.

*i* Scilicet ex iis.

*l* Aliàs huius liquoris ſeu olei antimonij vſus eſt externus, in gangrænâ & ſphacelo. Quod ſi nimirum in gangrænoſis membris ſana pars à putreſcente terminetur, ſolâ illinitione circulari huius

*Olei antimonij vſus externus.*

olei

olei putredo arcetur à ſanâ parte, non ſerpit latius, & ſectio ſubſequens feliciùs inſtitui poteſt. Sic circa carbunculum peſtilentialem, ſi hoc oleo circulus fiat, ille paulatim emoriendo excutitur & labitur, deinceps conuenientibus emplaſtris perſanandus.

*m* Vitrioli & ſalis.

*n* Hoc eſt, Mercurius ipſe liberatus à ſalibus corroſiuis aqua ſtillatitia dulci.

## *SPIRITVS VITRIOLI Philoſophicus.*

*o* Frigida potius, aliàs flores fiunt flaui, aqua illa, quæ imbibiſſe dicitur vim corroſiuam ſalium, ſi per lenem euaporationẽ ex vitro à phlegmate liberetur, & aciditas reliqua per retortam pellatur, exhibet ſpiritum vitrioli elegãtem, quem ego Philoſophicum appello. Ex ſale nimirum vitriolato communi modo non fit, ſed ex tenuiſſima illa ſubſtantia vitriolata, quam mercurius ſublimatus ab antimonio per ſuperiorem deſtillationem in oleiformem liquorem redactus, antè ſublimando ex vitriolo & ſale extraxerat, & ſecum licet liquoroſus fuerit factus, id quod ſolius antimonij beneficio fit, tranſſumſerat: quæ tandem poſt aquæ ſimplicis adiectionem ab iſto mercurio in puluerem album præcipitando in aquam ſeparatur. Eſtque *Vſus &* hic ſpiritus vitriolatus potioris virtutis, quàm ille, *doſis.* qui vulgari modo perficitur. Eius guttæ iij. vel iiij. vel ad ſummum viij. in hauſtulo vini, vel vehiculo conuenienti datæ medentur febribus, luem veneream mitigant, lienem & venas meſaraicas ſoluũt, ventriculum debilitatũ à phlegmate craſſo infar-

ctum confortãt, inprimis verò peſtem in aqua Vl-mariæ & cardui benedicti tollunt. In melãcholia hypochondriaca mirè prodeſt. Eo etiam extrahũtur tincturæ mineraliũ, corallia & perlæ diſſoluũtur. Vide etiam praxin chymiatricam noſtræ editionis, non ſpuriæ Francofurtenſis p.26. 52.100.

*Mercurius vitæ correctus.* p Vomitum ſimul & ſeceſſum mouet hic puluis datus cum aqua conuenienti. Idem felicius obtinetur, ſi puluis emeticus diligenter edulcoratus & exiccatus in matraciis ſeu phiolis, in igne arenæ fouetur, donec nimirum rubere inceperit. Hic itaque puluis poſtea ſæpius abſtracto ſpiritu vini doſi 4. vel 5. granorum tantùm per aluum purgat quaſcunque impuritates.

*Mercurius vitæ catharticus.* Quod ſi cum Sale communi aliquoties diutiúſque tritus, & ſalſedo poſtea diligenter per aquam communem eluendo ablata fuerit, ſolam vim per ſeceſſum purgãdi obtinet. Alio modo vis emetica Mercurio tollitur. Nitrum funde in crucibulo, adde mercuriũ vitæ, ſenſim eum inijciendo & agitãdo, crucibulum ab igne remoueatur. Poſtea refrigeretur, & Mercurium in fundo inſtar reguli inuenies, quẽ exemptum aqua edulcora. Ex mercurio vitæ, prius denuò per retortam euocatis partibus minus fixis, (hac nimirũ ratione, ſi fortius vrgeatur, emanabit viciſſim liquor oleaginoſus butyri Antimonialis, reliquum verò in retorta fixũ manet) in crucibulo ſtrenuè igne liquefacto fit vitrum tranſparens opacum, vel etiam, ſi diu in igne cõtineatur, hyacinthinum, quod minori cum moleſtia à gr.ij. per ſe ad gr.iij. in infuſione purgat, ſæpius etiam nullos ciendo vomitus. Extrahitur idem vitrum, quod ſuccinum antimonij à quibuſ-

*Vitrum Mercurij.*

dam

dam appellatur, cum aceto deſtillato, quod poſtea minori doſi gr.ij.vel iij. ſudorem mouet.

*q* Id quod omninò neceſſarium eſt.

*r* Subtiliores.

*ſ* Tranſmutatoris.

*t* Igne Anathoris.

*u* Fuit autor in ea perſuaſione ſeductus à variis iſtis, in corroſiuis ſalinis tincturas metallicas quærentibus laboratoribus, ſed hanc operationem inanem eſſe teſtatur experientia.

*vv* Longe ante paroxyſmum.

*x* Quia febres interdum hoſpitantur in ventriculo & primis viis.

*y* Vide notas meas à Gluckradio editas lib.1. cap.13.tit.de Mercurio vitæ.

*z* Repetatur doſis continuò triduo iij.aut iiij. gran. ac poſtea decoctum ſarſeparillæ propinetur. Hydrop. quidem, ſed NB. in ſenioribus hæc operatio procidentiam ani operatur difficulter, aut poſtea vix ſanabilem. Beguinus cum D.Vauterio, Montiſpellienſi Medico, duos quartanarios Hydropicos à præcipuis medicis derelictos hoc mercurio vitæ curauit. *Cautela.*

*aa* Ad ſummum.

*bb* Ne nempe ſentiatur frigus, quod ſymptomatum grauium cauſa eſt & autor. NB. In omnibus purgationibus cauendum, ne caput & pedes refrigerentur. *Cautela.*

## FLORES ANTIMONII correcti[a].

*Primò habeantur flores Antimonij albi vul-*

gari Chymicorũ more præparati, ſublimatione ſcilicet, mediantibus ollis artificiosè ſibi mutuo incumbentibus: Vel ſumantur illi, qui beneficio retortæ parantur, tum pulueriſatum Antimonium arena pura admixtum ſine omni capite mortuo ignis violentia in flores redigitur.

Poſtea ℞ Salis Tartari frequentiori ſolutione [b] & coagulatione ſummè depurati quantum vis, & affunde tantum de aceto deſtillato, quantũ pro ſolutione Salis ſufficit, abſtrahe acetum lento igne in Balneo, vel fac vt euaporet, affunde viciſſim acetum deſtillatũ, vt dictum, & abſtrahe eodem modo reiterando laborem, donec [c] acetum eiuſdem ſaporis deſtillando egrediatur, quod octaua vel nona imbibitione & deſtillatione fiet. Huius igitur Salis aceti ſpiritu impregnati & exſiccati accipe exempli gratiâ ℥ j. & ß. Florum Antimonij alborum ℥ j. miſce & in crucibulo ad ignem [d] liqueſcant, maſſam liqueſactam ferè inſtar ſanguinis rubeam effunde ſupra marmor, vbi refrixit, erit coloris cineritij: Poſtea tere materiam, & affunde illi in vitro ſequentem aquam Vitæ aromatiſatam.

℞ Galangæ.
Galliæ Moſchatæ.
Caryophyllorum.
Cinnamomi [e].

Maceris

*Maceris ana ℥ ß.*

*Croci ʒ iij.*

*Terantur mediocriter, & affundatur Alcohol vini ſine phlegmate, in lento cinerum calore Tincturam extrahe, poſtea per declinationem aufer tinctum ſpiritum vini, & affunde recentem, donec amplius non tingatur: demum omnem Spiritum vini tinctum & aromatiſatum affunde Tartaro & Antimonio ſimul; vt dictum eſt, liquefacto, addẽdo Salis Perlarum & Corallorum ana ʒ ij. Omnia vitro clauſo digerantur in calore cinerũ per duos dies: Poſtea adaptato capitello deſtilletur lento igne ſpiritus vini, remanebit in fundo Tinctura Aromatum cũ puluere Antimonij & Tartari, abſtrahantur omnia ad ſiccitatem: color erit inſtar Caryophyllorum: Ita habebis Antimonium optimè præparatum. Seruetur in vitro clauſo puluis, quia in aëre reſoluitur: Sine vlla formidine tutò intra corpus exhiberi poteſt.*

## Vſus, Vires, & Doſis.

*Mirabilia operantur hi Flores.*

*In Peſte.*

*Febribus acutis.*

*Maniæ.*

*Philtro.*

*Dementiis.*

*Faſcinationibus.*

*Morbis omnibus in vniuerſum opitulantur, quos atra bilis excitat.*

*Epilepſiis & aliis plurimis morbis ſuccurrunt.*

*Per aluum, per ſuperiora, per poros, per inſenſibilem tranſpirationem noxia copioſè expurgant.*

*Doſis à gr. 7. ad 8. & 10. præſertim in robuſtioribus.*

*a* Flores Antimonij crudi in vſum medicum accerſendi non ſunt, niſi corrigantur; id quod etiã de vitro eiuſdem rectè pronuntiatum eſt. Id autor obſeruat, qui vtrumque correctum in vſum medicum adhibet. Flores antimonij fiunt communi more per ſublimationem, ſcilicet in aliquot ollis, ſupernè ad orificium cucurbitæ ſeſe inuicem excipientibus, ceu monet tyrocinium lib. 2. cap. 18. Poſſunt autem tam albi quàm flaui & rubei flores ex antimonio fieri.

## *FLORES ANTIMONII ALBI.*

Ad albos conficiendos via eſt expedita autoris & Tyrocinij allegato loco. Sed felicius proueniũt, ſi fictilis cucurbita ex bona materia facta & loricata, prope fundũ ſit tubulata, eique poſtea in furnum firmiter collocatæ adaptentur alembici cæci ſe inuicem capientes, eáque parte, quâ ſe capiunt mutuò, perforati: eorum ſint numero ſex vel plures. In ſummitate ponatur alembicus vitreus roſtratus, cui cucurbita maior ſeu regalis (Hemrolbe) pro excipulo adpoſita ſit. Primùm igitur, vbi ignis gradi-

gradibus ſucceſſiuè admotis cucurbita per ſe vacua ignita facta fuerit, ex antimonio trito ſeu puluere cochleare vnũ paulatim & per vices per tubulum iniiciendum. Liqueſcit id ſtatim & vi ignis tolluntur flores ſurſum, in ſuperimpoſitos alembicos cæcos. Antimonium verò iniectum eſt cũ ferreo ſtylo extrema parte incuruato, ſæpius per tubulum mouendum: ſic nimirum citius & velocius ſurſum feruntur. Omnibus ritè inſtitutis etiam ad remotiſſimum alembicum roſtratum flores eleuantur cum aliquota parte phlegmatis acidi, quod in cucurbitam annexam colligendum eſt. Præſtat nimirum mirè in lumbricis expellendis cum aqua vel decocto radicis gentianæ gutt. iij. iiij. vel v. ſumptæ, hic itaque eſt modus florum alborum.

## FLORES ANTIMONII RVBEI.

Flores & rubei antimonij quandoq; prodeunt, quando antimonij puluis arenæ mixtus, per retortam terream vel cucurbitam fictilem ſitu obliquo expellitur. Sic nimirum antimonium ipſum flauis & rubeis floribus in excipulum cucurbitæ maioris applicatum prodit: Hi flores omnes albi & rubei eximi poſſunt, & rubei ſunt cæteris vehementiores. Flores etiam antimonij fiunt communi more per ſublimationem in aliquot ollis ſupernè ad orificium ſeſe excipientibus, igne primò non admodum valido, ſed tandem auctiore donec prodeant tam albi quàm flaui flores. NB. Parum antimonij ſumendum eſt. Omnium commodiſſima via eſt in hunc modum.

*Liquor contra vermes.*

Fiat primo cucurbita terrea, non admodum corpulenta ſeu ventriata, ſed penè æqualiter à ſu-

periori orificio ad fundum ſtrigiato, cui recipientis loco aliud vas ſeu inſtrumentum obliquum adaptetur, ex ſimili materiâ confectum, & probè coctum, duos pedes longum & extrema parte figuratum ſit in modum capitis cum roſtro ſubtus deſinente in excipulum aliud phlegmati prodeunti coaceruando vtile.

## *COMMODISSIMA VIA PRÆPARANDI flores Antimonij.*

℞. Antimonij ℥ ix. & in bocciam ſeu cucurbitam dictam, adaptatis inſtrumentis reliquis, obliquè iacentibus, vrge ignis gradibus remiſſis primò, poſtea auctis, tandem vehementioribus per xxx. horas, & prodit antimonium in floribus partim rubeis partim purpureis in adiectũ inſtrumentum eminens ſcilicet capitellum, ſine omni capite mortuo, niſi quod cryſtalli ad ſuperiorem partem retortæ ex ipſo antimonio crudo eleuati fuerint. Flores omnes poſt finitam operationem diligenter colligendi ſunt. Doſis gr. ij. vel iij. Hi flores quidẽ vomitiui ſunt (rubei vehementiores) ſed ſi ex vini & mellis ſpiritu calcinentur vel circulentur, omnem deponunt violentiam, retinebũtque ſolam deijciendi facultatem. Violentia nimirum à cruditate, quæ menſtruorum nobilium dementia & coctione mitéſcit. Spiritus vini affundatur melli, ſtet in ſublimatorio aliquandiu, poſtea deſtilletur, in fine augeatur ignis, vt ſpiritus quoque mellis trãſeat, & iũgatur ſpiritui vini. Quinimò, iidem flores ſi in ſcutella vitrea, charta supernè duntaxat tectâ ponantur ad mediocrem calorem fornacis per hyemem ad menſis vnius vel alterius ſpacium agitentur

tentur quotidie bis, ne non agitati nigreſcant. Flores manent rubei, ſed tamen bene poroſi & leues. Mouent ſedes duntaxat ſine vomitu, perbenignè fæces expurgando. Doſis à gr. v. ad viij.

## *PILVLÆ ANTIMONIALES duplices.*

Ex floribus porro albis nobiles admodum pilulæ confici poſſunt, quæ mirabiliter operantur, & maiorem partem per aluum purgant, ſæpius per ſuperiora, ſed tum demum fortius, quando prima regio ventris impuritatum mineris, ideoq; etiam ex indicationum lege exterminandis referta fuerit. Hæc autem vis vomitiua facilè tolli poteſt, relicta tantùm facultate purgandi per inferiora. Sunt igitur pilulæ Antimoniales mihi duplices: priores ſunt emeticæ, hoc eſt ἄνω καὶ κάτω, per inferiora & ſuperiora purgantes.

Poſteriores ſaltem per aluum purgant. Ambarum compoſitionem & vſum hactenus mihi in ſecretis habitum fideliter communico. Primò omnium fiat aqua fortis ex vitrioli ad flauedinẽ calcinati & ſalis cõmunis ana ℔ iij. quibus adde terræ figulinæ duplum aut triplũ, & miſce. Poſtea ex retorta fac igne nudo aquam, deinceps in Balneo à phlegmate deliberandam, vt ſoli nimirũ ſpiritus maneant ♃ Deinde flores antimonij albos, adde æqualem partem iſtius aquæ, & per Balneum lẽto igne phlegma inutile euoca: ſpiritus nimirũ coaceruantur cum floribus, & aquoſitas tantùm mittitur. Affunde recentem aquam præparatam, atq; denuo euoca phlegma, idq; tantiſper fac, quantiſper Flores à ſpiritu adiecto probè imprægnati ni-

hil amplius ſpirituum eiuſdem aquæ apud ſe reti-
nere queant. Hoc igitur modo prægnantes flores
ex retorta deſtilla, & diligenter excipe humidita-
tem aqueam, primò quidem prodeuntem. Eſt ni-
mirum ea ſeparanda. Exeuntibus verò guttulis al-
bicantibus ponderoſis & paruis, aliud excipulum
adponendum eſt, & oleum colligendum tam diu,
donec omnia prolecta fuerint, relicto poſt ſe capi-
te Mortuo inutili. (Hic liquor prodit conſimili
planè modo & facie cum butyro antimonij, ſeu
Mercurio vitæ: quare iſtius loco hic ſumi poſſe vi-
detur.) Hoc oleum paulatim in excipulo coagula-
tur, & in cryſtallos concreſcit; qui de nouo ſecun-
da vice per retortam ſunt purificandi. Prodit ni-
mirum idem oleum, ſed purius & elegantius. Hoc
oleum eſt baſis iſtarum pilularum emeticarum,
tum per aluum tantùm purgantium. Nam ſi eius
olei particula in aquam deſtillatam pluuialem in-
iecta fuerit, præcipitatur in puluerem albiſſimum,
rarum & mollem, ſæpius aqua deſtillata ab omni
acrimonia eluendum, qui poſtea cum extractis
purgantibus, quantum ad incorporandum ſatis ſit,
in pilulas à gr. j. ad iij. redactus omnes humores
noxios per aluũ & ſeceſſum purgat. Si verò iſtius
olei particula iniiciatur in æquiponderans oleum
Tartari, per deliquium factum, ac per vnum atque
alterum diem relicta inuicem, tandem aliquoties
eluẽdo purificata & dulcificata fuerint, flores red-
duntur admodum molles & delicati, qui ſimiliter
cum extractis purgantibus, in pilulas redacti doſ. à
gr. j. ad iiij. tantùm per aluum mouent leniter & ſi-
ne omni moleſtia & tormine. Vtriuſque verò ſortis
pilulæ in omnibus morbis vbi euacuatione opus

eſt, adhiberi poſſunt commodiſſimè, id quod deinde in ſpecificis cæteris monebimus.

Hinc conſtat etiam, ipſa experientiâ teſte, dari antimonij præparationẽ, nec verò vnam, ſed plures, quæ blandè tantùm per aluum moueant, ſecus quàm autor noſter infra, vbi de Panchymagogo agit, & pleriqueque alij cum ipſo infitiantur fieri poſſe: quia neſciunt, vel planè impoſſibile eſſe ſtatuũt. Filio meo Iacobo dedi Anno 1614. 31. Octobris pilulam ex iis vnum granum ſaltem pendentem, mouit ſexies aluũ fortiter ſine vllo tormine & feliciter. Florum butyri antimonij ſeu mercurij vitæ vis emetica eſt ab ipſo antimonio, quæ tamen perit ſolius ſalis attritu, vt penè mitius catharticum non ſit. Inſuper leui artificio fiunt flores, per aluum duntaxat purgantes, hoc modo: Solue Tartarum calcinatum in aqua feruente, traijce per filtrum, & poſtea phlegma leni euaporatione tolle (NB. Si ſal tartari aceti ſpiritu ſæpius impraegnatum cum triplo argillæ, pòſt deſtilletur per retortam, prodit arcanum tartari præſtantiſſimum, in affectibus ventriculi, renũ, deoppilationibus &c.) Solutionem verò mundam in vaſculo ſerua. Funde in crucibulo antimonium crudum, fuſumque in priorem tartari ſolutionem immitte. Præcipitabuntur ad fundum flores antimonij rubei. Quorum, prius per aquam communem ab omni ſalſedine liberatorum & exſiccatorum, ℞. gr. vj. vel viij. vel x. adde ſulphuris vitrioli gr. ij. & propina in ſyrupo capillorum Veneris, vel alio extracto conuenienti. Mirificè, ſed admodum leuiter exhauriunt etiam à diſtantiſſimis locis vel partibus, trahendo fluxus capitis & Podagricos.

*Error Crollij & aliorum.*

## SVLPHVR VITRIOLI.

Sulphur vitrioli ſic confice. ℞ Vitriolum ad albedinem in hypocauſto calido, vel in Sole calcinati q.v. ſolue in aqua calida, affunde guttatim oleum Tartari, & ſulphur vitrioli fundum petet; quod edulcoratum exſicca. Confert quoque affectibus pulmonum. Præparationes hæ, mihi perquàm familiares hactenus ceu pro ſecretis habitæ.

## TINCTVRA AVRI.

NB. Hoc oleum florum rectificatum, ſi cum calce auri, diligenter præparata, coniungitur & digeritur aliquandiu per menſem vnum, aurum extrahit rubicundiſſimè; quod ſi illud oleum viciſſim inde deſtilletur, aurum eleuatur quod ſpiritus vini ſtatim ſoluit in aurum potabile non contemnendum. Eius vires ſunt diaphoreticæ, nam eius guttæ iij. iiij. vel v. in vino exhibitæ, confeſtim ſudorem mouent, vt induſium aliquoties ſit mutandum. Oleum verò antimonij, quod primâ hac deſtillatione ab auro prodiit, purgat leniter, ſoluit omnes obſtructiones, & multa alia præſtat.

*b* Id quod neceſſarium aliàs non procedit.
*c* Tandem.
*d* Subitò.
*e* Vel caſſiæ ligneæ veræ, quæ melior.
*f* Alioquin dicitur puluis ſine humiditate.
*g* Vel Magiſterij.

ELE-

# ELECTVARIVM[a] Antimonij.

℞ *Vitrum Antimonij fuſum Sole & Luna in Aquario ſeu Piſcibus exiſtentibus: teratur ſubtiliter aliquoties affundendo acetum deſtillatum,[b] & iterum exſiccando in cineribus: Sic habebis maſſam albam, quam in puluerem teres.*

*Huius pulueris ſume ℥ ij.*
*Theriacæ[c] Andromachi tantundem.*
*Nucis muſchatæ ʒ ij.*
*Maſticis tantundem.*
*Corticum Arantiorum.*
*Corallorum rub. præparatorum ana ʒ ij.*
*Caryophyllorum.*
*Sem. Fœniculi.*
*Coriandri præparati ana ℥ ij.*

*Puluериſentur optimè & commiſceantur, fiatq́ cum myua Cydoniorum q. ſ. eſt maſſa, de qua formentur pilulæ in forma piſorum.*

Vires.

*Mirabiliter operantur.*
*In peſte.*
*Quartana.*
*Hydrope.*
*Longis & obſirmatis morbis.*
*Diuturnis putridis febribus.*

*Cachexiâ.*

*Melancholiâ.*

*Inſania.*

*Delirio.*

*Venenorum hauſtorum ſymptomatibus.*

## Doſis.

*Debiliori datur pilula vna* [d].

*Fortiori duæ, habita ratione ægrotantis virium.*

## Cautiones in exhibitione Antimonij & Turpeti.

1. *In exhibitione horum duorum Catharticorum cauendum, ne ſint conſtipationes,* [e] *dolores Colici, aut vnum membrorum principalium læſum,* [f] *pulmonem* [g] *puta, Iecur, alioquin à graui vomitu & commotione periculum* [h].

2. *Quibus Antimonium offertur, iis nec ante eius aſſumptionem, nec poſt, vena eſt incidenda* [i].

3. *Vbi ſeſe vomitus mouet, ſolet exhiberi offa aut ius Piſorum leuiter coctorum, vel gallinarum non pingue, aut calidæ Cereuiſiæ hauſtus, reiterando ſi opus aliquoties, vt quis facilius vomat, & medicamenti acceleretur actio.*

4. *Offerantur ſemper duabus vel tribus horis ante & poſt paſtum.*

5. Picro-

5. *Picrocholis & iis qui difficulter vomunt, ac qui viribus imbecillibus ſunt præditi, non temerè offerri debet, ne ſtomachus ex eius vſu grauius vellicetur, diſtendatúrque, & vires ægri in totum deijciantur.*

6. *Iis rectè datur, qui ad vomitum ſunt procliues, ſtomachum fortem habent, thoracem ampliū & latum,*[m] *quiq; vomere aliàs ſunt aſſueti, & quibus humorū materia ſurſum fertur.*

7. *Si morbus occurrit contumax,*[n] *hic maturandus cum vſu Turpeti*[o] *per duos dies, poſtea Antimonium exhibeatur.*

8. *In peſte ſi offeratur Antimonium, obſeruandum, vt vnâ operâ ſupra bubonem maturatiuum*[p] *Attractiuum, ſupra Anthracem Attractiuum*[q] *ponatur, alioquin inſtar ſcirrhi indureſcit, & aliquot menſes durities illa non remittit.*

*Ad compeſcendum Vomitum nimium in hypercatharſi.*

*Offertur Theriaca recens vel Rob*[r] *de Cidoniis: Emplaſtrum de cruſta*[s] *panis ventriculo imponitur: Et plantis pedum panis toſtus aceto madefactus.*

*Si ſummus adſit dolor capitis.*

*Apponitur capiti & fronti linteum madefactum aqua Lactucæ & Roſarum, cum aceto & oleo Roſarum.*

*a* Vocatur Electuarium antimonij, quia vitrum antimonij rectè præparatum & aliquoties rectè correctum, cum aliis ſpeciebus theriacalibus iunctum, repræſentat medicamentum inſtar electuarij, cuius vſus multus. Vitrum autem antimonij, quod ideò dicitur, quia id in vitri formam tranſparentem abit, ex ſolo puluere antimonij crudi, diutius leni igne ad cineritium colorem calcinato, menſe Ianuario vel Februario, ſecundum autoris mentem, per ſe fuſum commendabilius eſt ad hanc compoſitionem, quàm illud, quod vulgari modo per boracem & antimonium crudum fieri ſolet. Eſt nimirum ſincerius, & propter influxus cæleſtes, Solis & Lunæ, Aquarij & Piſcium ſignis aqueis exiſtentium ad operationes felicius edendas præſtantius.

*Vitrum antimonij.*

*Tempus fundendi vitri antimonij.*

*b* Ad correctionem vitri antimonij ſumit autor noſter acetum deſtillatum forte, quod quidem abſonum non eſt: ſed melior, & quidem fixationi cuidam propinquior eſt illa correctio eiuſdem vitri, quæ per oleum ſeu per ſpiritum vitrioli inſtituitur: ſic nimirum leuiores & crudiores eius partes, à quibus tanta vomituriendi vis & violentia dependet, fortiùs maturantur, & vt facilius & ferè ſolùm per aluum moueat, aptius redditur. Procedendum itaque potius erit hoc modo.

## *VITRI ANTIMONII CORRECTIO.*

℞ Pulueris tenuiſſimi vitri ſiccati & iuſto tempore præparati ℥ ij. inſtilla ſpiritus vel olei vitrioli correcti ℥ ij. miſce diligenter, poſtea in catino ad lentum ignem exſicca, & denuò eadem quantitate ſpiritum vitrioli affuſum euapora, idque ſepties

vel

vel etiam nouies repete, ſemper prouidendo, vt puluis vitri antimonij ſingulis vicibus probè exſiccatus maneat. Hunc puluerem eadem proportione miſce poſtea cum ſpeciebus theriacalibus ab autore enumeratis, &, quod quæris, habebis magis exoptatum.

Aliam non abſimilem præparationem vitri antimonij, vide in praxi chymiatrica editionis veræ noſtræ p.10. quòd in conſerua, rotulis, pyrâ moſcatellina, confectura ſine nauſea aſſumi poteſt.

## ANTIMONII VITRVM correct. ßimum aliud.

℞ Pulu. antimonij bene triti, miſce cum ſale communi, ana, & ſublima in tigillo lutato, & ſurgit antimonium inſtar gliſcentis materiæ ſaturninæ, coquendo ſolue ſalem & puluerem antimonij, diligenter exſicca, & calcina poſtea moderato igne in olla ſemper mouendo & ignem intendendo, donec omnia incanduerint, tere optimè, & poſtea fluat in tigillo duplicato, igne ameno, poſtea effunde guttatim in peluim, tunc rubini colorem acquirit. Infanti gr. j. decem annorum ij. xx. annorum gr. v. in vino, purgat tantùm per ſedes, in mulſa verò per ſuperiora.

## GLOBVLI EX VITRO ANTIMONII ad Febres.

Eſt & alia vitri antimonij præparatio, mihi in febribus vſitata, cuius compoſitionem huius loci communicabo, vſum reſeruaturus ad ſpecificum febrile, de quo infra. ℞ Vitri antimonij iuſto tempore, ſi poteſt fieri, & diligentiſſimè præparati, præ-

tereâque cum ſpiritu vitrioli albificati, & tenuiſſimè paluerifati ℥ß. aliàs ℥ jß ſacchari candi. ℥ iij. farinæ triticeæ ℥ iiij. croci electi ℈j. Coque cum aqua communi lento igne ad plenam ſpiſſitudinem pultis, cauendum tamen ſtudioſè, ne in fine aduratur, ſed ferè panis formam habeat: fac inde globulos & diligenter reconde. Seruantur in integritate ſua quadriennium: poſtea tandem ſcabritiem contrahunt, minus deinde vtiles. Doſin & vſum docebo infra de ſpecifico febrili.

*c* Purgantibus vehementioribus aliquot grana Lapidis Bezoardici veri adijci debere monet Boëtius à Bood in tractatu de gemmis. Id notandum. Similem ob rationem & addendum eſt Bezoardicum minerale.

*d* Vel per ſe vel cum debito liquore deglutienda.

*e* Alui.

*f* Vehementer, cæteroquin in affectibus principalium leuioribus, etiam vſus antimonij non formidandus, nimirum multum confert.

*g* Aſt feliciter exhibetur in pleuritide, peripneumonia, aſthmate, empyemate & vomica. Non igitur de pulmone læſo ſimpliciter intelligendum eſt, nimirum in eius affectibus ſanum eſt remedium, exceptis eiuſdem exulcerationibus antiquioribus. In empyemate magnum arcanum.

Cautela. *h* Cautela de antimonio. Antimonium frequenter nimis vſurpatum tandem extrahit humiditates innatas & conuulſiones excitat. Vnde in bilioſis corporibus & ſiccis tam frequens eſſe non debet.

*i* Quales cauſas habeat autor, quod ante & poſt

poſt antimonium ſumptum vena nulla ſit incidenda, non video. Antimonium enim iiſdem pollet virtutibus purgantibus, quibus reliqua cathartica omnia. Helleborus vehementius mouet vomitus, ſcatet igitur antimonialibus virtutibus: at quis vnquam vetuit, poſt vel ante hellebori exhibitionem indicatione requirente, phlebotomiam? Idcirco neque in antimonij ipſius exhibitione ea formidanda. Deinde quoque experientia toties & Rulando Patri & aliis fidem fecit, vbi vel ante vel poſt aquæ benedictæ exhibitionem, quæ tota eſt antimonialis in pleuritide aliiſque morbis vena ſecta fuit, & feliciter profligato morbo, nullum inde creatum periculum. *An poſt ſumptum antimonium vena ſecanda?*

*k* Lege ante, raro poſt.

*l* Sc. Antimonium & Turpethum.

*m* Longum item collum.

*n* Chronicus.

*o* Lege digeſtiui vniuerſalis ſeu Tartari vitriolati.

*p* Emplaſtrum.

*q* Vide infra de ſpecifico peſtilentiali.

*r* Vel ſuccus cydoniorum crudus, vel pilula vna vel doſis vna de Laudano opiato, quod citiſſime etiam vomitum compeſcit. Vide praxin chymiatricam editionis noſtræ p. 5.

*ſ* Cum vino & aceto cocta.

*t* Verbenæ potius. Vide practicam chymiatricam noſtræ editionis p. 17.

## PANCHYMAGOGON[a].

*Inter omnia medicamenta Cathartica, licet nec labori nec ſumptui pepercerim, nul-*

lum tamen multiplici experimento facto potui adhuc inueſtigare, quod minori moleſtia aſſumptum operationes deſideratas felicius exequeretur, quàm Panchymagogon.

Si Antimonium, quod apud vulgus propter vomitionum vehementiam infame & abominabile euaſit, ita præparari poſſet, vt ſaltem per inferiora[b] ſuam obiret functionem ſine vlla vulgari vehementiâ, quæ tamen in aſſignatis meis præparationibus antecedentibus ipſi maxima ex parte adempta eſt, vix daretur in rerum natura Catharticum iucundius: Sed præparationem eiuſmodi ſæpiſſimè attentatam, nondum licuit Pyrotechniæ beneficio impetrare, multò minus illam apud vllum Chymicum videre, quamuis oſtentationis gratia multi de illa, vt de Auro potabili, falsò glorientur.

℞ Specierum Diarrhod. Abbat.
Diambræ[c] ana ℥. j.

Ex his Tinctura in digeſtione per quatuordecim dies, vt decet, quotidie aliquoties mouendo, per ſpiritum vini[d] extrahitur & ſeorſim cuſtoditur.

Deinde ℞ Pulpæ Colocynt.[e] ʒ vij.
Turpeti gummoſi ʒ. v.
Agarici optimi ℥. j.
Rad. Hellebori nigri veri ℥ j.
Scammonij ſelecti ʒ. vj.

Folio-

*Foliorum Senæ ℥.iiij.*
*Rhab. ſelecti ʒ. iij.*
*Elaterij ʒ.ij.*
*Seminis Ebuli triti ℥.iij.*
*Hermodactyl. ʒ. iij.*

*Incidenda incidantur, & terenda terantur, ac Spiritus vini ſpecierum tinctus,* [f] *his purgantibus medicamentis ſuperfundatur, ſicq́; in lento B.M. calore per dies octo vel quatuordecim maceretur ( caue ne Spiritus vini vitrum rumpat ) Tinctum poſtea Spiritum aufer per inclinationem, & recentem affunde, tamdiu, donec omnis Tinctura & vis purgatrix extracta ſit: vltimo Spiritum vini* [g] *Tinctum ſimul mixtum abſtrahe in lento Balnei calore, donec craſſamentum inſtar mellis in fundo relinquatur: circa finem adde olei* [h] *Cinnamomi, Caryophyllorum, Nuciſtæ ana guttas decem, Salis* [i] *Perlarum & Corallorum ʒ. ij. Salem è fæcibus calcinatis arte* [k] *extractum cum raſura Cranei* [l] *lotone vno maioris efficaciæ ergò admiſcere poteris. Non datur melius Catharticum, quod minori moleſtia purget.*

## Vſus & Doſis.

*Ex hac compoſitione ſumitur à ℈. vno ad duos ex vino Maluatico* [m] *vel alio generoſo, è iuſculo vel aliis Catapotiis aggregatiuis admixtis.*

*Sunt qui in vſu aliquot guttas olei Vitrioli addere ſolent.*

*In puluere Liquiritiæ ſine moleſtia omnes noxios humores expurgat.*

*Poſſunt inde efformari pilulæ & per ſe deglutiri, vel, quod optimum, diſſoluatur in hauſtu vini Maluatici.*

## ALIA DESCRIPTIO.

*℞ Pulpæ Colocynth. ʒ vj.*
*Agarici.*
*Scam. ſelect ana ℥ß.*
*Hellebori nigri.*
*Specierum Diarrod. Abb.*
*Aloës ſucco citrini ana ℥ j.*

*Extrahatur ex omnibus per Spiritum vini Eſſentia, à quo poſtea in Balneo Spiritus vini ſeparandus. Et quia in Extractione Purgantium ſæpe ſolet vis purgatrix debilitari, ideò quidam ſolent ad vnam partem Extractorum addere crudorum Purgantium Partem alteram: adde ergo ſuperioribus, antequam Extractum in fundo remanens planè inſpiſſetur,*
*Trochiſcorum Alhandal ʒ vj.*
*Diacryd. præparati.*
*Agarici Trochiſcati ana ℥ß.*
*Aloës Epatici ℥ j.*

Omnia

*Omnia ſint pulueriſata, & redigantur in maſſam iuſtæ conſiſtentiæ.*

*Doſis à gr.10.ad 15.& 20. forma pilulari.*

*a* Hæc deſcriptio Panchimagogi eſt Iſaaci Hollandi inuentum, reperitur nimirum in opere eius vegetabili, éſtque valdè commendabile. Tyrocinium illud inter extracta retulit lib.2.c.9. Panchymagogon autem dicitur præterea, quod omnes humores trahat.

*An detur Antimonii ſolum per inferiora purgans?*

*b* Quæ de deſiderato antimonij ſola per aluũ deturbandi vi pollentis voto adijcit autor, reclamant diſſidentium opinionum iudicia, quæ eſt experientia, & teſtimonium tot clariſſimorum virorum. Præparatur nimirum antimonium ſola per aluum mouendi vi præditum: Antimonio nimirum omnis vis emetica adimitur, ita vt nec ſupra nec infra moueat, ſolam diaphoreſin procreet: Id autem fit ab arte. Si itaque ars omnem poteſt adimere vim purgandi: ergo ſolam quæ per aluum ducit in eodem retinere poteſt, alteram mitigare vel prorſus tollere: Vtrumque nimirum eſt pars operationis ſolius tam per aluum quàm per vomitum. Quod itaque totum abolet, poteſt etiam alterutrum abolere: Sic igitur autor noſter paulo ante flores antimonij correxit, ne nimirum tam vehementer ſurſum moueant. Sic ibidem in notis ad flores antimonij diximus eoſdem flores circulatione per nobiliora menſtrua ſpiritus vini & mellis, denique per ſimplicem digeſtionem cicurari, ne ſurſum moueant. Et flores antimonij ſolâ tritione cum ſale communi aliquandiu continuata vim vomendi amittunt.

## SPIRITVS VITRIOLI PVRGANS.

Inſuper ſi vitrum antimonij pulueriſatum, aut etiam Flores cum oleo vel ſpiritu vitrioli non (quod probè notandum) rectificato ad ſuperemi-nentiam duorum digitorum olei vel ſpiritus infundantur in matratio, & relinquantur aliquādiu in calore leni, fit extractio nigro-punicea. Eius guttæ 4.5.6. vſque ad 10. in aliquo liquore conuenienti exhibitæ tantum per aluū impuritates ventris feliciter, ſine omni noxa, nauſea, & vomitu educunt; catharticum admodū vtile, & multis morbis accommodatum. Ab experientia itaque ſtandum potius quàm temerè pronunciandum.

*c* His addunt alij Maſtiches, roſ. rubrarum, ſeminis aniſi: fæniculi ana ʒ j ß.

*d* Alij commodius extractionem per aquam cinnamomi cum vino paratam inſtituunt.

*e* Antiquæ.

*f* Eſſentia chymica.

*g* Solue in eo menſtruo Aloës ſuccotrinæ ℥ ij. traijce per filtrum, adde ſuperioribus.

*h* Olea adijcienda in pauxillo ſpiritu vini ſolui poſſunt & debent, ſic nimirum cum extractis miſcentur.

*i* Magiſtera potius.

*k* Aqua fæniculi.

*l* Vel oſſium microcoſmi calcinatorum:

*An ad extracta purgantium ſpiritus vini adhiberi debeat?*

*m* Si indureſcit cum ſpiritu roſarum vel violarum diſtemperetur; poſtea in maluatico diſſoluatur.

*n* Vtrum ad extracta purgantia conficienda ſpiritus vini pro idoneo menſtruo adhiberi poſſit;

post

poſt alios multos diſputat autor Tyrocinij chymici lib 2.cap.9.de extractis. Exiſtimat autem, quod in nonnullis vis purgans, digeſtione per ſpiritum vini, infringatur: aſt cõmittere videtur elenchum: non enim infringit, ſed eam ad ſe non trahit. Facultas enim purgantium hoſpitatur in ſale volatili mercuriali: ea itaque deſiderat ſimile menſtruum, cuius ſymbolum eſt idem cum eodem, quod extrahendum eſt. Spiritus autem vini ſulphureus eſt, naturamque ſulphuris retinet: itaque ille attrahit ex rebus id, quod ſuæ naturæ eſt, nimirũ ſulphur; ſales mercuriales intactos relinquit: is itaque potius ad eorum extractionem facit, quorũ eſſentia conſiſtit in ſulphure, qualia ſunt diaphoretica; de purgantibus non item. Nec hanc noſtram ſententiam labefactare poteſt eorum opinio, quæ cõtrarium perſuadere conatur, quod ſcilicet nulla vis purgandi in illis relinquatur, quibus ſpiritus vini affunditur; dicunt enim, extrahi quidem vim catharticam à ſpiritu vini, ſed ab eo non facilè ſeparari poſſe, ſed, dum abſtrahitur, eam ſecum rapere. Verum diuerſum dictat experientia. Nam primò, quomodo ſpiritus vini poteſt attrahere ad ſe id, quod non eſt ſuæ naturæ, vt modo dictum? Deinde ſi vim purgandi planè extrahat, qui fit, quod, vbi eiuſmodi extractũ, hoc menſtruo inquinatum, poſtea probè exſiccatum fuerit, accommodatum aliud affuſum, vim catharticam, in ipſo adhuc deliteſcentem, optimè in apricum proferat? Et tandem quod additur, vim catharticam à ſpiritu vini non facilè ſeparari poſſe, huic itidem experientia manifeſtò repugnat. Quis enim negabit, quod ſpiritus vini, mẽſtrui loco in extracto colocynthi-

dis adhibitus,non facilè à tinctura purgante ſeparari poſſit? Quocirca nec vis purgandi in vini ſpiritu figitur: magmata enim purgantium, à ſpiritu vini, extractionis miniſterio abſoluto, relicta, aliis menſtruis poſtea excitata, vim purgandi, à vini ſpiritu non attractam, demum mittunt, quæ nulla eſſet. Ad extracta itaque purgantium, excepta colocynthide, ſcammonea, elaterio, quorum vehementia per ſpiritum vini corrigitur, rectè conficienda, inſeruiũt alia menſtrua, qualia ſunt, hydromel vinoſum, vinum canariæ, ſerum lactis, aquæ pomorum redolentium, betonicæ, fœniculi, aniſi, roſarum, vſmariæ, cardui benedicti, fumariæ & ſimilium; vbi imprimis ſemper guttulæ aliquot olei tartari, per deliquium concinnati admixtæ fuerint; ſic enim illæ ſal Mercuriale citius aggrediũtur ac ad ſe rapiunt. Ex his omnibus ſatis liquet, quænam cauſa, quod in extractis ſæpe vis purgatrix debilitetur, vt non rarò purgantia quædam in ſubſtantia in praxi addere ſoleamus. Quamobrem bene notandum & animaduertendum, quænam huic, vel illi purganti, menſtrua ſint adhibenda.

Sic paraui panchymagogum Anno 1615. menſe Decembri.

℞ Foliorum ſennæ ſelectiſſ. ℥ iiij.
Rad. Hellebori nigri veri ℥ iij.
Turbethi gummoſi.
Polypodij quercini.
Agarici albiſſimi.
Pulpæ colocynthidis ana ℥ ij.
Medullæ ſeminis carthami.
Rhabarbari electi.
Hermodactylorum ana ℥ j ß.

Scam-

Scammonij fini ℥ j.
Elaterij ʒß.
Spec.aromatic.caryophyllat. ʒ iij.
Spec.Diambræ.
Corticum citri ana ʒ ij.

F. Extract.cum aqua cinnamomi cum vino facta. Huius extracti ſimplicis erant ℥ viij. addidi ℥ iij. Balſami aloëtici, addidi quoque
Magiſterij perlarum.
Corallorum ana ℈ß.
Olei macis.
Cinnamomi.
Caryophyllorum ana gutt.x.

Doſis eſt à gr.10.ad ℈j. pro ratione & modo eorum qui purgantur. Vide Panſam in libro de proroganda vita parte 2, p.113.

Sic paraui Panchymagogum Anno 1619. Menſe Octobri.

℞ Aloës ſuccotrinæ ℔ß.
Rhabarbari optimi ℥ v.
Foliorum ſenæ ſelectiſſ. ℥ iiij.
Agarici albiſſimi ℥ iij.
Turbethi electi ℥ ij. ß.
Rhad.Mechoacannæ albiſſimæ ℥ ij.
Rad. Hellebori nigri veri ℥ß.
Pulpæ colocynthidis ℥ j.
Radicum chelapu.
Scammonij ana ʒ v.
Rad. Eſulæ præparatæ ʒß.
Hermodactylorum ʒ iij.
Cinnamomi acuti.
Zingiberis albiſſimi.
Macis ana ʒ ij.

Galangæ.
Zedoariæ.
Caryophyllorum.
Cardamomi.
Corticum citri.
Squinanthi ana ʒ j.

Infuſio fiat cum ſpiritu vini q. ſ. & aquæ fœniculi vel aniſi ℔ j. per octiduum, ſingulis diebus agitando, poſtea coletur per linteum cum expreſſione forti, fiétque extractum: adde in fine reliqua quæ Crollius addit: inprimis addatur extractioni eſſentia ſpec. Diambræ, Diarhodonis, M. omnia exactè.

## *ALIA NON MINVS FACILIS & nobilis.*

℞ Foliorum ſenæ ſine omnibus ſtipitibus ℥ ij.
Rhabarbari electi ℥ j ß.
Rad. Hellebori nigri Auſtriaci ℥ j.
Turbethi albi gummoſi.
Polypodij querni.
Trochiſcorum alhandal.
Agarici Trochiſcati ana ʒ ß.
Medullæ ſeminis carthami.
Myrrhæ rubræ ſelectæ ana ʒ iij.
Spec. aromat. Caryophyllat.
Diambræ ana ʒ ij.
Corticum citri ℥ j.

Conciſa & contuſa extrahantur ſimul omnia cū affuſione ſpiritus vini boni & aquæ cinnamomi ana ℔ j ß. poſtea exprimatur, fæces denuo extrahātur cum ſola aqua cinnamomi tenuiori, percoletur poſtea ſecundum mentem Crollij. Extra-

ſto,

ſto adde extracti aloës cum aquą betonicæ vel veronicæ facti ℥ iij. Fiat miſtio, deinceps ad maiorem conſiſtentiam in cálido redigendum, adde olei Caryophyllorum gutt. x. Doſis à gr. x. ad xx.

## ALIA DESCRIPTIO.

℞ Rhabarbari.
Turbethi optimi.
Pulpæ colocynthidis.
Agarici albiſſimi ana ℥ ij.
Hellebori nigri veri ℥ j ß.
Albi ℥ß.
Zingiberis albi ℥ j.
Rad. Cucumeris aſinini.
Hermodactylorum.
Euphorbij ana ℥ß.
Squinanthi.
Rad. Aſari ana ʒ ij.

Digerantur per horas 24. in ſ.q. aquæ aniſi vaſe clauſo, deinde bulliant ad lentum ignem ad medietatis conſumptionem, cola & inſpiſſa, adde
Scammonij pulueriſati ʒ vj.
Aloës ſuccotrinæ optimæ ℥ j.
Benzoini.
Moſchi.
Ambræ gryſeæ ana gr. vij.
Camphoræ ℈ß.
Illinc oleo aniſi.

## PANCHYMAGOGON ALIVD.

℞ Rad. Ireos.
Cyperi.
Aſari.

Angelicæ.
Ligni aloës ana ʒ j.
Rad. Cucumeris aſinini ʒ ij.
Turbethi albi gummoſi ℥ j.
Croci.
Squinanthi ana ʒ ß.
Rhabarbari optimi.
Agarici Albiſſimi ana ℥ j.
Hellebori nigri veri.
Diagridij ana ℥ j ß.
Pulpæ colocynthidis ʒ vj.
Aloës ſuccotrinæ ℥ ij.

Diſſolue Aloën & Diagridium in ſ. q. aquæ, ſtent in B. per dies 3. aut plures ſæpius agitando, reliqua infunde in ſ.q. Sp. vini nonnunquam mouendo, poſtea euaporando ad extractionis conſiſtentiam: Miſce vtrumque extractum, adde

Moſchi.
Ambræ.
Camphoræ ana gr.x.

Et redige in iuſtam pilularem maſſam, illine oleo aniſi.

*EXTRACTVM MECHOACANNÆ.*

℞ Rad. Mechoacannæ electæ, nõ carioſæ ℥ iij.
Turbethi gummoſi & albi ℥ j.
Zingiberis albi ʒ ij.
Rad. Polypodij ℥ ß.

Inciſis craſſo modo affunde ſpiritus vini optimi, aquæ betonicæ & quidem eius, quæ ab aloë eſt abſtracta, ana ℔ß. ſtet ad biduum in loco calido ac macerentur in vaſe vitreo clauſo, deinde fiat ſuccorum expreſſio fortiſſima ſub prælo: fæcibus reli-
ctis

ctis aliam affunde aquam betonicæ, vt parum emineat, deinde maceratum exprime, expreſſi liquores colligantur, & adde

Mannæ puriſſimæ ℥ ij.

Scammonij mundati ʒ j.

Agitando miſceantur, adde

Spiritus Vitrioli gutt. v.

Olei cinnamomi gutt. iij.

Doſis ℈ j. plus minus.

*EXTRACTVM COLOCYNTHIDIS & Scammonij ad incorporationem florum Antimonij præparatorum de quibus ſupra ſæpius.*

℞ Colocynthidis non recentis, ſed ab aliquot annis reſeruatæ ſine interioribus arillis & nucleis ℔ ß.

Scammonij puri & electi ℥ iij.

Inciſa extrahantur cum ſpiritu vini, donec omnia extracta fuerint, poſtea ſeruato menſtruo ad conſiſtentiam idem cum eodem ſpiritu vini antea vſurpato ſolue, & reiectis fæcibus ſeruatóq; menſtruo per deſtillationem denuò coagula & ſerua. Doſis per ſe à gr. xij. ad xv. Eius vſum in pilulis cum eodem incorporandis valde probo.

## SCAMMONII VERA præparatio.

*℞ Scammonij ſelecti non adulterati ℔ ß. teratur & cribretur, poſtea affundatur parum*

*ſucci Roſarum pallidarum, vel quod melius ſylueſtrium,* [b] *expreſſi & colati (additâ vnâ atq; alterâ guttulâ ſpiritus Vitrioli. In frigido ſeruatur ille ſuccus ad vſum, ne aceſcat) ac in Sole ſeu retrò fornacem exſiccatio inſtituatur. Hæc imbibitio & exſiccatio* [c] *vigeſies ſeu trigeſies renouetur, ſic enim lenta, viſcoſa ac tenax malignitas Scammonij diſſipatur, quæ alioquin adhæſione ſua in ventriculi tunicis tormina & cruciatus excitare conſueuit. Qui volet, poterit priori ſucco ad libitum ſucci Cidoniorum expreſſi & depurati dimidiam partem adiungere: ſic efficacius & minori moleſtia purgabit: & cum hoc Scammonio præparato poteris omnium Catharticorum vim purgantem excitare & acuere.*

Vſus.

*In multis morbis Euacuatione* [d] *egentibus.*

Doſis.

*Grana quinque: Robuſtiori à gr.12. ad 15. & 20. offerri poſſunt* [e].

*Formentur inde pilulæ, vel in puluerem poſt exſiccationem teritur, & grana 15. vel 20. illius pulueris in ſyrupo Roſaceo offeruntur.*

## OPTIMA SCAMMONII præparatio.

*Scammonium ſelectum præparetur per imbibitio-*

*bibitiones & exſiccationes reiteratas cum ſucco Roſarum, vt iam dictum eſt, deinde ad manus ſit bonum Alcohol vini ſine phlegmate (in quo per 24. horas prius in Balneo maduerit tantillum ſem. Aniſi, Fœniculi, Cinnamomi & Spicæ nardi) quantitate tanta quæ ſufficiat pro extrahenda Tinctura ſeu Scammonij Eſſentia, effundatur ad eminentiam trium vel quatuor digitorum Scammonio mediocriter trito, & in Balneo Mariæ per tres vel quatuor dies ſtent, quotidie aliquoties mouendo, ſic Spiritus vini Tincturam extrahet: Tinctum Spiritum purum per inclinationem aufer, & affunde nouũ Spiritum reiterãdo laborem, donec nullum Alcohol amplius tingatur. Poſtea omnis Spiritus Tinctus mixtus abſtrahatur in Balneo Mariæ, remanebit Scammonium inſtar mellis in fundo, quod vlterius exſiccetur calore leni in vaſe conuenienti. De hoc Extracto adhuc molli inſtar panis recens cocti ſumatur ℥ j. & ſucci Cidoniorum depurati ℥ iiij. ſucci depurati Roſarum rubearum ℥ j. miſce omnia in vaſe conuenienti vitreo, & lento calore effundatur Extractum in ſuccum, mouendo paulatim ſpatula argentea, vt ſucci exhalent, & Extractum priorem acquirat conſiſtentiam pro efformandis pilulis. Antequam planè omnis humor exhalet, ad ℥ j. Scãmonij adde Salis ſeu magiſte-*

*rij Perlarum & Corallorum ana ℥ j. Efformentur pilulæ j. ij. vel iij. Ita habebis præſtantiſſimum Catharticum, quod ſine moleſtia & nauſea purgabit.*

## Doſis.

*A granis* 10. *ad* 12. *&* 20.

*Nota in Extractione Scammonij, quod proprium habeat, vt ſubſidat, antequam humore priuetur: Itaque ſi duas partes Spiritus vini vel liquoris per alembicum à Tinctura traduxeris, poteris deſinere, & cum Balneum refrixit, vitrum eximes, in quo ad fundum videbis deiectum Scammonium, vel etiam pendere in reſiduo liquore inſtar liquidæ picis colore pellucido.*

*Hoc loco induſtrij obiter admoniti ſint, poſſe debita quantitate Eſſentiam Cathartici, (vnius vel plurium) Spiritu vini extractam & eidem adhuc immixtam, Electuario Cidoniorum vel Citriorum opaco ſeu pellucido circa finem decoctionis ſupra lentum calorem miſceri, & poſtea ad iuſtam conſiſtentiam ſecundum artem denuò incoqui, ita remanebit vis purgans Electuariis immixta poſt Spiritus vini euaporationem.*

*Hæc Cathartica debita doſi in minima quãtitate, neceſſitate exigente delicatulis & nauſeabundis, cum magno emolumento & nulla*

*ægro-*

*ægrotantium moleſtia aut animaduerſione, fraude honeſta, fuco ingenioſo, & officioſo, Medicis à Platone permiſſo mendacio poſſunt exhiberi, cùm nullum ingratum præ ſe ferant ſaporem.*

## *PRÆPARATIO SCAMMONII breuior.*

*a* Scammonij vtilem quidem, ſed valde laborioſam, autor noſter hic proponit, breuiorem, faciliorem, nec ἐνεργείᾳ ſua carentem propono hanc præparationem. ℞ Scammonium finum ſeu electum in marmore tenuiſſimè tritum, imbibe cum pauxillo ſpiritus vitrioli vel ſulphuris per cápanã facti, adijciendo 3. vel 4. guttas (alias pro quãtitate ſcãmonij guttas aliquot) olei ſtillatitij ex ſemine aniſi vel fœniculi, contere diligenter, & quàm diutiſſimè, vt fiat maſſa inſtar picis viſcida; quam in veſicam ſeu alias pilularũ maſſas adſeruare ſolent, ſerua. Hæc nimirum præparatio cum ſpiritu vitrioli, eſt planè Philoſophica. Cùm nimirum antimonium exuberanti calefaciendi qualitate, quæ à Mercurio & ſale volatili mordicante dependet, præditum ſit, hoc nobili menſtruo perfectè corrigatur. Nec nimirum poteſt mordicãs illud ſal amplius vigere, ſed retunditur quaſi, & ad beneficam operationem redigitur iſtud, per mortificationem, ab actione ex ſpiritu vitrioli & oleo aniſi contraria proficiſcentem. Eandem rationem & modum in euphorbio ritè dextréque præparando & corrigendo neceſſarium eſſe obſeruarũt chymici, quod ſanè nullo modo in pilulas aliaq; concinnãda inde remedia admittendũ fuerit, niſi genuinam hanc

*Vera ſcãmonij correctio per ſpiritum vitrioli.*

præparationem ſapientis manus admiſerit. Huius præparati ſcammonij doſis à gr.xv.ad xxv. purgat leniter & ſine moleſtia. Poteſt idem ſupplere vicem extracti colocynthidis & ſcammonij ad incorporationem pilularum mercurialium & antimonialium ante præſcripti. Vſus ipſius planè neceſſarius eſt ad Turpetum minerale. Huius grana ij. iij. vel iiij. in ſcammonij hoc modo præparati gr.xv. inuoluta in lue venerea repetitis vicibus exhibita, potenter morbum aggrediuntur. Quidam ſucco chelidoniæ antimonium corrigunt & quidem optimè. Cæterum eodem modo præparantur omnes ſucci purgantes, aloë, elaterium, Gummi de Peru &c. Mitigatur nimirum hoc modo eorum vehementia, & facilius intra corpus, forma pilulari ſcilicet ſumuntur.

*b* Scilicet dimidiam partem. Is nimirum ſuccus aſtringit, itaque impedit vim purgandi.

*Scammonij nō præparati noxa.*

*c* Scammonium non præparatum 1. Flatus mordaces gignit. 2. Inflammata acredinis exuberantia ſpiritus, febres hac ratione excitat. 3. Vehementer attrahit & aperit. 4. Abradit acri ſucco inteſtina, diſenteriam, tenaſmum excitat. 5. Obeſt cordi, iecori, ventriculo ſubſtantiæ proprietate.

*d* Præſertim bilioſis.

*e* Accommodentur hæ doſes ad reliqua etiam purgantia, cum conſideratione tamen facultatis ſingulorum.

*f* Scammonium etiam cum aqua maioranæ vel alia aliqua odorifera calida macerãdo extrahitur, poſtmodum ſeparatur & noua affunditur dum nihil amplius extrahit. Abſtractatum per Balneum aqua, in fundo reſidet ſcammonium purum & can-

candicans, deinceps ex præſcripto autoris cum ſuccis cydoniorum & roſarum depuratis ad conſiſtentiam pilularum redigendum.

## SPECIFICVM PVRGANS Paracelſi [a].

*Primò Purificatio Vitrioli à Sulphure fiat ſequenti modo.*

*℞ Vitriolum Vngaricũ,* [b] *& ſolue in aqua cõmuni in aheno cupreo, ſoluto inſperge oleum Tartari* [c] *commune, ad tres libras Vitrioli unciæ quatuor olei Tartari circiter requiruntur, refrigeſcant unà, poſteà quod clarum eſt aufer,* [d] *Sulphur enim fœtidum huic operationi inidoneum, inſtar argillæ fundum petiit: clarã ſolutionem fac paulatim euaporare donec ferè cruſtam incipiat obducere, poſtea in frigido in lapillos concreſcet Vitriolum, quod ſeruetur.*

*Secundò Deſtillatio Spiritus Tartari inſtituitur in hunc modum:*

*℞ ℔ ij. Tartari albi crudi,* [e] *affunde menſuram* [f] *Spiritus vini, clauſo vaſis orificio in calido hypocauſto, per quatuordecim dies unà digerantur: Poſtea deſtilla in lento cinerum igne donec incipiant guttæ flauæ oleoſæ egredi, ubi ceſſandum. Egreſſum Spiritum ſeorſim ſerua, caput mortuum permitte, ut igne forti tam diu euaporet, donec Tartarum mediocriter calci-*

*natus ſit, non tamen ad albedinem, ſed in colò-
re nigro deſinendum: ſupra hunc Tartarum af-
funde priorem Spiritum egreſſum, ſtet per tres
dies in Balnei putrefactione, poſtea deſtilletur
primò in arena, deinde in aperto igne fortiſſi-
mo, per alembicum lutatum non nimis altum;
ſic requiſitus Tartari ſpiritus elicitur.*

*Tertiò accipe remanentis prioris Tartari
calcinati (è quo Spiritus extractus eſt) ℔ j.
Vitrioli præparati, ut ſuprà dictum eſt, libram
quoq; unam, trita b miſce in vitro magno, af-
funde iam antè deſtillatum Tartari ſpiritum,
addita menſura vini albi generoſi & antiqui:
Vitrum claudatur alembico cæco, ſtet quatuor-
decim dies in lento calore: poſtea deſtillare in-
cipe. Primò lentiſſimo igne in arena, ut ſaltem
ſubtilis Spiritus vini, Tartari & Vitrioli aſcē-
dat, quem ſeorſim diligenter collectum aſſerua-
to: ubi iam phlegma dulce egreditur, illud
ſeorſim colligito: poſtea materiam iterum tere,
concreſcit enim, & deſtilla vehementi igne a-
perto in retorta luto obducta, primò tamē pau-
latim incipiendò, ne materia liqueſcat: ultimò
fortiſſimo igne pelle (ut in præparatione olei
Vitrioli fieri ſolet) donec ſpiritus omnes egreſſi
ſint. Hos ultimos ſpiritus fortes, miſce cum pri-
mis ſubtilibus ſpiritibus, medium enim phleg-
ma dulce nullius uſus abijciendum.*

*Quartò,*

*Quartò, iam extrahe è capite mortuo Salem ſecundum artem notam, beneficio Aquæ*[h] *communis, ſi opus ſit, reuerberetur materia, & iterum extrahatur. Hanc reuerberationem & extractionem toties reitera, donec omnis ſalſedo extracta ſit. Extractiones*[i] *Saliũ miſce, & aquam euaporando abſtrahe. Salem ſuper marmor tritum pone in alembico oblongo, affunde ad eminentiam trium vel quatuor digitorum proprios ſpiritus, primos videlicet ſubtiles & vltimos fortes (etſi aliquid phlegmatis adhuc immixtum ſit, nil inde incommodi) collocetur in B.M. per aliquot dies, tunc extrahit ſpiritus è ſalibus ſuam propriam eſſentiam,*[k] *quicquid ſolutum & extractũ eſt leniter per inclinationem effunde, ac affunde plus de remanente ſpiritu, denuo extrahat reiterando tandiu, donec ſpiritus extrahendo non amplius coloretur.*

*Quintò, has ſpiritus extractiones miſce & cohoba in B M. ad quatuordecim dies, ſemper quod egreſſum eſt reaffundendo: vltimò in arena fortiter deſtilla quicquid vult egredi: quod reſiduum eſt pelle igne aperto, tunc ſalia vna cum ſpiritu egrediuntur.*

*Sextò, egreſſos ſales cum ſpiritibus cohoba in B.M. ad placitum, ſi ſalia ſponte incipient ſe repercutere, craſſo modo & viſibili in fundum) fit inde liquor albus inſtar calcis Lunæ in*

*aqua valenti*[l] *ſoluta) ac tum in B.M. ſubtili calore ſpiritus proprius poteſt abſtrahi, vt materia in fundo ad pulticulæ conſiſtentiam remaneat.*

*Et ſic purgans ſpecificum non ſine magno labore & tempore paratum eſt.*

## Modus parandi facilior in ſecunda operationis reiteratione.

*Reſiduus ſpiritus, poſt primam abſolutam operationem vltimò abſtractus, pro ſecunda præparatione poteſt aſſeruari, ita labor erit facilior, videlicet vt ſaltem vulgaris Vitrioli ſalem & ſalem Tartari*[m] *accipias in æquali pondere, & hoc ſpiritu ex illis Eſſentiam ſeu Sales extrahas, & modo prædicto in omnibus procedas.*

*Quia autem Purgatiuum in magna copia citò fieri non poteſt, neque ſolum Realgaria*[n] *mineralia, ſed etiam Terreſtres*[o] *Impuritates à corpore microcoſmi expurgari debeant, abbreuiationis ergò quædam herbarum Salia extracta fieri poſſunt per alembicum volatilia, & in æquali pondere cum ſpecifico Purgante miſceri & exhiberi ſimul in Doſi priori, tunc efficacius ſolet operari.*

Salia

Salia herbarum ita præparantur:

*℞ Hellebori nigri, ⎫*
*Cardui benedicti, ⎬ herbas & radices:*
*Imperatoriæ, ⎭*
*Rad. Petroſelini, Angelicæ,*
*Centaureæ, Pimpinellæ,*
*Tormentillæ, Chelidoniæ,*
*Herbarum & florum Cichorij,*
*Herbarum Hyperici, Aronis,*
*Vincetoxici, Verbaſci,*
*Pentaphylli ana omnium pro libitu.*

*Siccentur in vmbra, non in Sole: incidātur & ponantur in doliolo affuſa aqua incoctionis tantilli Lupuli & Fermenti, fermententur in hypocauſto,[q] ſæpius mouendo per tres ſeptimanas,[r] poſtea deſtilla in veſica cuprea, vt moris eſt, cum refrigerio ſpirituum, ſicuti in deſtillatione Spiritus vini fieri ſolet: Hunc ſpiritum mediocriter rectifica,[t] nō tamē ad ſummum. [u] Faces remanentes (poteris illis ſiccas ſimiles herbas addere, vt habeas maiorē copiam)[uu] in cineres redige, & ſalem extrahe: Sali exſiccato affunde ſpiritum proprium, vt in B.M. ſpacio aliquot dierum eſſentiam eliciat, effunde hunc & affunde nouum reiterando donec non amplius extrahat.[x] Extractiones miſce & cohoba aliquot dies in B.M. (ſi fortè faces fundum*

*peterent, has per tritorium chartæ Emporeticæ ſeparare poteris) poſtea in bulliente Balneo deſtilla, tunc Sal ſimul aſcendit: ſi fortè aliquid remaneret, plus ſpiritus affunde, ac iterum cohoba, & tum in arena deſtilla: quicquid egreſſum eſt accipiatur, & affundatur bona quantitas ſui phlegmatis,[y] ſtent in loco frigido, tunc ſubtile deſtillatum Sal fundum petit, ſpiritum per inclinationem aufer & ſerua pro ſecundo Extractionis vſu, quod fundum petiit, parum edulcorari poteſt, & exſiccari in hypocauſto, tunc reſtabit[z] Sal Herbarum efficaciſſimum in vſu medico, cuius*

*Vſus ſecundum Theophraſtum talis eſt:*

*℞ partem vnam Specifici[aa] purgatis, partem alteram Eſſentiæ Croci Orientalis cum S. v. extractæ, à qua Spiritus vini non ſeparatus eſt, circula duas vel tres ſeptimanas, & ad vsũ ſerua. Datur etiam ſine eſſentia Croci, ſed præſtat cum illa propter Cordis confortationem.*

Vires, Modus exhibendi, Doſis.

*In omnibus morbis euacuatione egentibus ſine diſcrimine.[bb]*

*In omnibus putrefactionibus & ſuperfluis humiditatibus corporis vndecunque proueniant.*

*Datur in vino vel abſinthite, Maluatico, iuſculo, ſucco Roſarum, ventriculo ieiuno.*

Pro-

*Prouectioris ætatis hominibus, vtpote 20. 30. 40. & 50. annorum grana quatuor dantur: adoleſcentibus quindecim annorum grana tria, pueris & infantibus duo grana. Incaleſcant per horam poſt ſumptionem in lecto, deinde ſurgat patiens, ambulet, vel ſedeat, ſi in duabus horis non operatur, eandem Doſin denuo exhibe, ieiunet tres horas cum cuſtodia*[cc] *integri diei ab aëre. Quacunque viâ operetur, ne ſis ſollicitus, ſiue per vomitum, ſedes, ſudorem, vrinam. Sequenti die quieſcat patiens. Tertia die auge Doſin dimidia parte ( vt ſi ante grana quatuor exhibueris, iam ſex offeras ) ſeruet Diætam primi diei: ſequenti iterum quieſcat. Si neceſſitas flagitat, offer tertia, quarta, quinta, ſexta vice, prout morbus eſt longus.*[dd] *Sufficientiæ*[ee] *hoc ſignum eſt : Dum ſupereſt in corpore Impuritas, purgat & diſcurrit in membris hinc inde, & præcipuè in Centro morbi dolorem excitat. In defectu Impuritatis non facit dolorem, & vix amplius purgat; quia humorem radicalem*[ff] *non aggreditur more vulgarium Catharticorum.*

*a* Paracelſus libro 4. Archidox. Specifici purgantis præparationem breuiter deſcribit. Iubet nimirum magiſterium vitrioli cum magiſterio Tartari ad æquales partes eſſentiæ Croci coniungere, inque pelicano per menſis vnius ſpatiū digerere. Quomodo verò magiſteria fiant non exprimit:

nec in vllo Paracelſi ſcripto veſtigium exſtat vllius modi ad hanc præparationem neceſſarij. Solertes autem artifices mentem Paracelſi, quantum potuerunt aliquantulum conſequuti, hanc deſcriptionem ab autore noſtro propoſitam, certitudine quidem ſua non carentem, ſed laborioſam admodum & tædio plenam ſubſtituerunt. Eam verò vt pro genuina agnoſcamus, cauſæ in promptu ſunt nullæ. Paracelſica nimirum technoergemata ad leges naturæ commenſurata haud difficilia eſſe probè nouimus. Ea itaque quo faciliora, eò magis occultata, & periphraſi tum dictionum, tum deſcriptionum pro more obſcurata ab eodem Paracelſo. Nos prius autoris verba conſiderabimus, poſtea faciliorem modum huius purgantis ſpecifici præparandi ex praxi & experientia propria fideliter monſtrabo.

*Paracelſi præparationes breues, non difficiles.*

*b* Cæruleum.

*c* Per deliquium.

*d* Decanta.

*e* Melior eſt cremor Tartari, de quo egimus, in digeſtiuo vniuerſali.

*f* Libras quatuor.

*g* Admiſta argilla ſicca vel alia terra, quæ ſit ad materiam tripla. Si argilla admiſta non eſt, liqueſcit materia.

*h* Calidæ.

*i* Priores & poſteriores.

*k* Cum quadam flauedine tendente ad rubedinem.

*l* Forti.

*m* Siue ſeorſim ſiue coniunctim extractum.

*n* Hoc eſt, impuritates exaltatæ vt in morbis

bis acutis, peſte &c.

*o* Tartarum in morbis chronicis.

*p* Nonnulli planè omittunt imperatoriam, Angelicam, pimpinellam, chelidonium, vincetoxicum, pentaphyllum.

*q* Vel alio loco calido.

*r* Donec aciditatem quandam contraxiſſe viſæ ſint.

*ſ* Lege Iuniperi aut aliorum ſpirituum ex vegetabilibus vel etiam ſeminibus.

*t* Deſtilla igne lento.

*u* Non ex toto, vt nimirum aliquid phlegmatis ſecum retineat.

*vv* Cinerum & fæcum.

*x* Aut quod melius, procede ſtatim cum illis, ſicut paulo poſt in deſtillatione ſpiritus Tartari dicetur.

*y* Antea poſt rectificationem ſpirituũ reſidui.

*z* In fundo.

*aa* Hoc eſt ℞ Specifici purgantis, eſſentiæ croci, ſpecifici vegetabilis ana q.p.

*bb* Non conſiderato eo humore, qui peccare videtur, ſiue ſit bilis, ſiue ſit pituita.

*cc* Alioquin grauia ſequuntur ſymptomata.

*dd* Semper tamen reſpiciendum ad naturam ipſius ægroti.

*ee* Purgantis.

*ff* Hoc eſt, vires non labefactat.

## *MODVS FACILIOR PRÆPARANDI Specificum, purgans Paracelſi.*

Compendioſior & ad elaborandum facilior eſt

modus à me inuẽtus & ſæpius elaboratus. Deſtilletur ſpiritus Tartari ceu præcipit autor infra de Diaphoreticis, ſine tamen adiectione ſpiritus vini. Iſtius ℔ j. adde ſpiritus vini ℔ ij. ſpiritus vitrioli rectificati ℥ ij. & ſimul ſuper colcathar vitrioli & caput mortuum Tartari, ex quo nempe ſpiritus prolectus, poſtea autem ad nigredinem calcinatũ fuerit, effunde inq. vaſe bene clauſo, digere in Balneo Mariæ per dies pluſculos. Tandem deſtilla per retortam igne nudo; ſed ab initio admodum miti & lento, ne nimirum ſpiritus, qui tenerrimi ſunt exhalent & pereant. In fine vrge igne vehementiori: Hæc deſtillatio vix trium dierum ſpatio abſoluitur. Ex eo capite mortuo quod poſt deſtillationem hanc reliquum fuerit, prius tamen in furno figulino probè vehementérq; calcinato, elice vulgari modo ſal, ac cum præcedenti ſpiritu deſtillato per quindecim dies in Balneo Mariæ digere, tandem vtrumq; cum argilla ſicca, vel etiam cum pumice calcinato impaſta, & ex retorta terrea igne aperto deſtilla. Sic prodibit cũ ſpiritu ipſum ſal omnẽ ſpirituoſum factum, ac eidẽ liquori prolecto miſcebitur. Hunc verò liquorem ſecundum autorem per iteratas vices cohoba, hoc eſt aliquoties deſtilla, vel ſaltem in Balnei digeſtione relinque, donec ſpõte ſua ſales in fundo repercuſſi, apparere inceperint exoptatæ deniq; purgationi inſeruientes. Lucraberis hac ratione plus quàm dimidium temporis, alias prolixiori illi præparationi inſumendum, nec bonitate ſua autoris modus præponderat, cùm compendioſior conficiendi ratio prolixitate & multitudine operationum præſtantior ſit. Doſis & vſus extat apud autorem.

MODVS

## *MODVS MAGISTRALIS ARCANORVM & Vegetabilium.*

Poſſunt autem ex illis vegetabilibus ad ſpecificum purgatiuum neceſſariis, quemadmodum ex aliis omnibus arcana ſubtilia quodam modo extrahi, nondum quidem multis cognita: ſed tamen planè Philoſophica: conſeruantur nimirum integræ omnes virtutes, quibus alioquin crudæ vigent, præterea rediguntur in liquorem palato & ſtomacho gratum, cuius minima pars tantum poteſt, quantum integra quotacumque. Eum modum diſcipulis meis omnibus fideliter commendo, vt ſincerè ſibi traditum, ſanctè quoque cuſtodiant. Ex herbis quibuſlibet & radicibus; nominatim verò ex iis, de quibus autor noſter præcipit, ſiue omnibus viridibus ſiue quibuſdam exſiccatis: vno & eodem tempore non omnes haberi poſſunt fermentatis aliquantum & digeſtis fac ſpiritum & phlegma: illum à phlegmate partim ſeparatim ſerua ſeorſim quemadmodum & phlegma. Ex capite mortuo calcinato more communi cũ phlegmate ſalia elice, vt fiant lixiuia, quæ euaporata ad olei formam quandam ſubſtantiam coniunge cum ſuo ſpiritu antea reſeruato, ac miſce cum triplo vel quadruplo aut argillæ aut pumicis calcinati, & ex retorta igne paulatim inualeſcẽte deſtilla in receptaculum ampliſſimum, cuius in fundo prius poſita etiã ſint vegetabilia in mediocri quãtitate cõiuncta, ſi ex pluribus, vel vnũ ſolum, ſi ex vno ſolo ſaltem fiat deſtillatio (non quidem planè ſicca, ſed aliquantulũ flaccido, humore ſcilicet elementari vel aduentitio aliquantum iam rure abſumpto)

prodibit ſpiritus ac ſimul quoque ſalia ſpiritualiter, quæ iniecta vegetabilia calcinabuntur, quaſi in ſeſe contracta videantur, ac liquor erit rubeus. Peracta deſtillatione, omne quod in receptaculo fuerit, deſtilla per retortam ex reuerberio clauſo, & prodibit liquor rubicundus cum aliquo fœtore, omnibus aliis vehiculis poſtea miſcibilis in ſeſe retinens totam facultatem totius mixti. Poteſt exhiberi per ſe vel in aliis appropriatis vehiculis à ℈j. ad plures. Quod ſi ſpecificum purgans ſupra ex vitriolo, Tartaro factum & cum croci eſſentia miſtum pondere ſuo in iſtiuſmodi liquore, vel ex aliis herbis quas autor noſter appoſuit, vel etiam ex aliis prædicto modo præparatis, appropriatis tamen & conuenientibus propinatum fuerit, felicius effectum ſuum ſortietur: atque hac ratione tam realgaria, quàm terreſtres impuritates exactius ex corpore exterminabit.

## IV.
## DIVRETICVM[a].

*QVia non per aluum excerni volunt omnium morborum Impuritates, igitur Diureticis & Diaphoreticis opus.*[b]

*a* Diuretica varia è variis præparata exhibentur, non vulgaria verò ſunt & eiuſmodi. 1. Aqua ex nucleis perſicorum puluerifat. cum vino maluatico maceratorum deſtillata, cochlear vnum exhibitum efficaciſſimum eſt. Silices albiſſimi fluuiatiles igniti in vino generoſo extinguãtur toties, donec planè in puluerem redacti fuerint, quod in terna

quarta

quarta extinctione fieri ſolet. 2. Olei ceræ ʒ. vel 4. guttæ in aqua vrticæ maioris exhibitæ, inuncto ſimul loco affecto cum oleis ceræ laterum, ſcorpionum, fortiter ad vrinæ & calculi expulſionem faciunt. 4. Iulepus Diureticus & oxymel Diureticum, vide in practica chymiatrica noſtræ editionis p.17.

*b* Diuretica autem non ſemper nec vbique applicanda.

## I. SAL SVCCINI[a].

*Huius præparandi modum paulò poſt olei Succini deſcriptionem indicabo.*

### Doſis & Vſus.

*A granis tribus ad* 4. 6. 8. *&* 10. *in aqua Petroſelini ſeu Ononidis.*

*Mirabiliter pellit remoratam vrinam.*[b]

*a* Alij ex fortiter calcinati capite mortuo ſuccini in oleo deſtillati ſal fixum, per aquā communem collectum, & crebris ſolutionibus & coagulationibus purificatum cum ſale volatili iungunt, ac totius compoſitionis ℈ j. cum ℈ ij. viſci quercini in aqua radicum vel florum pæoniæ ter exhibent, vel ante, vel in ipſo paroxyſmo, omnémque epilepſiam, modò à tranſplantatione non prouenientem, hoc modo curant, præmiſſis tamen iuxta methodum præmittendis.

*b* Summum etiam ſecretum in partu difficili facilitando.

## II. SPIRITVS SALIS[a].

℞ *Salis Cracouienſis*[b] *natiui, vel Salis ma-*

*rini exſiccati vel calcinati*[c] ℔ *iiij. affundendo aquam pluuialem, impaſta vel malaxa*[d] *cum alba argillæ figulinæ recentis, & per ſetaceum cribratæ libris duabus (vel quod melius, argillæ loco ſumatur matrix, ſi haberi poßit, ſeu cortex Terram ſigillatam inuoluens & proximè ambiens, & è qua terra ſigillata tanquam nucleus eruitur, ſic enim efficaciorem liquorem ad vſus medicos habebis) inde facias orbiculos rotundos ſeu oblongos, quos retro fornacem ad duritiem exſiccatos impone retortæ terreæ luto obductæ, vix ad dimidietatem impletæ, iungatur Recipiens ſatis capax, & ſeruatis Ignis gradibus, donec phlegma egreſſum eſt, vltimò pelle forti & indeſinenti igne aperto continuando, donec ſpiritus albi omnes egreßi ſunt. Deſtillatio eadem quæ in paranda aqua Forti adhiberi ſolet.*[e]

## Vſus & Doſis.

*Duæ vel tres*[f] *guttæ in aqua Cardui benedicti & Parietariæ ſubitò remoratam pellunt vrinam, ſicuti etiam aqua Vitæ per ſe optimè à phlegmate rectificata facit.*

## Obſeruationes de Spiritu ſeu Oleo Salis.

*Mirum quod hic Spiritus cum Sale communi ſingularem antipathiam & naturam contrariam*[g] *habet.*

*Primò,*

*Primò, ratione Situs: Sal commune excitat ſitim: Spiritus hic pellit eandem, quod manifeſtè apparet in hydropicis*

*Secundò, ratione Putrefactionis: Sal commune omnia à putrefactione præſeruat, & mordax eſt: Spiritus hic abſumit,*[h] *corrodendo ſpatio vnius diei, at ſine dolore, quicquid in vulnerib. aut affectionibus aliis putredini obnoxium.*

*Tertiò, ratione Guſtus: Sal commune eſt acre & mordax: Spiritus habet ſaporem γλυκύπικρον, & odorem ſucci expreſſi è pomis agreſtibus.*

## Sequuntur vires & virtutes Olei, ſecundùm Paracelſum.

*Sal ſimplex, omnium condimentorum condimentum, omne ſtomacho inſuaue inſuetumq́, ſuaue & nutritioni aptũ facit, & cùm putredinem neſciat, maximè omnia à putredine vendicat, & naturali corpori ſalutaris, humanæ naturæ adeò conducibilis, vt ſine eo viuere neſciamus, corporibus inditus quicquid adeſt humidi abſumit, & quod reliquum eſt ſolidæ ſubſtantiæ adſtrictione contrahit, vnde corpora condita ſiccat, & à putredine vindicat. Hæ igitur virtutes, cum crudo inſint Sali, quanto potiores Spiritui eius conuenienter præparato?*

1. *Paracelſus illo vſus eſt in omnibus morbis in menſe*[i] *ſemper tres guttas exhibendo: Re-*

*nouat* [k] *Hominem, præſertim ſi aliquot folia auri in illo ſoluantur, Sal enim omnia* [l] *præſeruat. Aliquin etiam ſpiritum Salis feliciter cum oleo Vitrioli miſcuit,* [m] *& poſtea ad varios morbos intra corpus cum maximo ſucceſſu exhibuit, præſertim in hydropicis cum aqua Abſynthij.*

2. *Leproſos,* [n] *& alios tam virorum quàm mulierum morbum* [o] *in vino ſumptum ſanat, & ſanguinem purificat.*

3. *In hydrope miſcetur Sali Abſyntij, vel aliquot guttæ offeruntur in aqua Abſynthij, quotidie, donec Hydrops in paucis diebus euaneſcat.*

4. *Ad confortationem capitis in aqua Lauendulæ, Maioranæ, Saluiæ.*

5. *Ad Cor in aquis Cordialibus frigidis, Violarum, Roſarum, item Borraginis, Meliſſæ.*

6. *Ad Stomachum, cum aqua Mentha, ita appetentiam cibi auget.*

7. *Ad Hepar cum Cichorio, Lactuca, Carduo benedicto.*

8. *Ad Splenem, cum Endiuia, Portulaca.*

9. *In Peſte, cum aqua appropriata Cordiali: Infecta etiam* [p] *regio illo vngatur, apoſtema retrocedit, & venenum ſine noxa expellitur per aliud emunctorium.*

*Si guttæ quatuor cum ℥ß. Electuarij* [q] *Iuniperini*

*niperini offerantur, expectato ſudore, vt ſingulare commendat Theophraſtus in Peſte & Venenis, quia cor confortat & ſanguinem purificat.*

10. *In aceto ſi offerat, pellit ſudorem Anglicum*[r].

11. *Renes & Veſicam expurgat, & calculum rumpit. Vſus eius cum Balneo*[s] *certò iuuat.*

12. *Lumbricos pellunt aliquot guttæ in Aqua Artemiſiæ*[t].

13. *Hernioſos*[u] *Paracelſus in loco affecto hoc liquore vnxit,*[uu] *adhibito Balneo Hernioſo*[x]*: aliquot etiam guttæ intra corpus dentur, ita intra paucos dies patiens ſanabitur.*

14. *In Colica, duæ vel quinque guttæ in forti vino præſentaneum remedium*[z].

15. *Pellunt febres*[aa] *etiam diuturnas guttæ quatuor in aqua Vitæ.*[bb]

16. *In Ictero*[cc] *tres vel quatuor guttæ proſunt, continuetur, donec patiens ſit reſtitutus, quod fit in tribus ſeptimanis.*[dd]

17. *In Iliaca, Dyſenteria, Paralyſi, Apoplexia, Podagra in aquis appropriatis.*[ee]

18. *Vlcera interna etiam ſanat.*

## Doſis.

4. 5. & 7. *guttæ in cochl. vini Maluatici, vel aquæ Cinnamomi, vel alia appropriata.*

## Vſus eius ab extra.

1. *Cum aquis appropriatis mixta, vtiliter parti dolenti Podagricæ inungitur.*

2. *Penetrat omnes venas, carnem, oſſa, & promouet omnium vlcerum curam.*

3. *Vbi membra contracta, & de ſede mota ſunt, ſiue ſit contractura, ſiue Apoſtemata, inunctio inſtituatur, cum appropriatis vnguentis.*

4. *Omnia vlcera cacoethea, inſanabilia, fœtida, vt Fiſtulam, Cancrum, Lupum, & ſimilia Phagedænica cum inunctione continuata paruo tempore ſanabis.*

*a* Elegantior fit ſpiritus ſalis, ſi ille ex Maria ſeu ſale marino, vt ſale Hiſpanico, Gallico cum terra ſigillata cruda in tripla aut quadrupla proportione mixto, tandem per retortam igne forti & nudo per gradus aucto deſtillatur. Sed in hiſce ſalis deſtillationibus primo non totum ſal in ſpiritum abit, ſed in capite mortuo tum adhuc reſidet, poteſt verò ex eodem capite mortuo ſal liberari per aquam communem, in qua illud caput mortuum coctum fuerit. Vnde idem ſal ſpiritui primo loco aduenienti adiectum, inque calido loco aliquandiu digeſtum, tandem cum noua terra ſigillata diligenter exſiccata coniunctum fuerit, ſubinde repetitis vicibus vniuerſa ſubſtantia ſalis in forma ſpiritus tranſibit. Quantum nimirum ſalis primo deſtillati ſpiritus in repetitis digeſtionibus ſoluunt, tanto ſingulis deſtillationibus ſpiritus augeatur; vt nimirum poſtremo totus ſal, ſi ita placuerit, abiturus ſit.

Hoc ſpiritu puriori aurum potabile optimum præparatur. Extrahit nimirum tincturam relicto in fundo corpore auri albo, lunâ fixa nominata.

## SPIRITVS SALIS COMPOSITVS.

Eſt & alius ſpiritus ſalis elegantior & purior, magnarum virtutum, ſed compoſitus ex nitro & ſale communi confectus, cuius præparatio compendioſior eſt talis:

℞ Nitri puriſſimi & ſalis communis decrepiti ana q.p. miſce cum tripla quantitate (alij quadrupla) argillæ ſiccæ & exinde igne nudo more ſolito ſpiritum prouoca. Huius ſpiritus ℞ ℔ j. adde ſalis communis fuſi ℥ iiij. digere aliquandiu, vt nimirum ſal adiectum à ſpiritu ſolui poſſit, & protinus per retortam deſtilla. Augebis hac ratione ſpiritum & fortiorem reddes, quem eodem planè modo cum nouo ſale fuſo eadem quantitate ſumpto pro lubitu toties augebis, quoties & quamdiu placuerit. Ab illo ſpiritu per Balneum Mariæ abſtrahe phlegma, & deinceps ex retorta ſpiritum rectifica, tandem cum alcohol vini coniunge ana, poſtea circulando, cohobando inuicem ſpiritus iſtos, vini nimirum & ſalium inſeparabiliter vnitorum. Hic ſpiritus adeo reſiſtit ſiti, vt hydropici non expetant per triduum.

Poteſt etiam ex ſale marino dulce oleum elici hoc modo. Soluatur illud in aqua pluuiali deſtillata, & filtretur & calcinetur igne moderato ſemper mouendo, ne fluat, idque fiat 15. aut ſæpius, poſtea idem ſal extrahatur cum ſpiritu vini optimo, quo ablato ſal lapilleſcet, ex iſtis cryſtallis cum ar-

gilla vel terra ſigillata cruda impaſtatis fiat more vſitato ſpiritus fulgeſcens, vlterius cum alcohole vini coniungendus, & ſæpius cum eo per cohobia deſtillandus. Glorioſa eſt admodum apud chymicos de oleo ſatis dulci oſtentatio, ſeu nunquam demonſtrari poteſt. Tale nimirum oleum ſatis dulce ſeu ſpiritus ſalis dulcis, ab ipſo ſale nulla deſtillatione elici poteſt abſque ſpiritu vini vel olei Tartari. Spiritus itaque vini ſolus eſt, qui dulcedinem hanc procurat, ſiue ab initio cum ſale deſtillando coniungatur, ſiue poſtea ſpiritus ſalis cum eodem ſæpius cohobando, deſtilletur: ſic nimirum non alio modo omnem acrimoniam à ſpiritu ſalis aufert, cúmque ſubdulcem reddit, ſimili modo in cæteris ſpiritibus idem efficiendo.

*b* Præſertim antiqui. Recens hic ſal difficile emittit ſuos ſpiritus, facilius ſi iam vetuſtus vt 20. vel 30. annorum.

*c* Hoc eſt, decrepitati ſeu leuiter vſti.

*d* Sal fuſum nullum planè ſpiritum de ſe emittit, niſi viciſſim diſcontinuetur.

## CRYSTALLI SALIS DVLCES *inſtar ſacchari.*

*e* Sal etiam in ſummam dulcedinem hac genuina & philoſophica ſic rediges: Fiat primo retorta terrea ampla & fortis: ita tamen, vt ex ſuperiori capacitate ventris exterius fiſtula terrea perpendiculariter penè in mediũ corpus retortę deſinat, quę ſit foris orificij latioris, ſed intus anguſtioris. Iam igitur ſalis communis vel marini, qui melior eſt ℔ iij. vel iiij. imponãtur, & vaſe ad deſtillãdum cum recipiente adaptato capaciſſimo, tamdiu per gradus

dus augeatur ignis, donec ſal intus fluat, tum per fiſtulam vna vel altera guttula aquæ frigidæ immittatur, & è veſtigio orificio fiſtulæ prominente terra figulina præparata obſtructo, in retorta ſpirituum copia mediante humiditate ſoluitur. Hoc nimirum toties cum aqua frigida continuandum eſt, donec maſſa ſalis hac ratione in ſpiritum fuerit redacta. Ab eo autem per lenem deſtillationem Balnei remoueatur phlegma, reliquúmq; frigidiori loco reponatur, & ſubcreſcent lapilli inſtar nitri, ſacchari dulcedinem referentes, qui per deliquium in liquorem diſſolui poſſunt, & guttæ v. vel vj. pluribus diebus hydropicis exhibitæ omnem ſitim tollunt, illis integro quatriduo, vel etiam pluribus diebus potum nullum expetentibus. Eſſentialem nimirum humiditatem, quæ multum in hydropicis exhauritur, ſpiritus ſalis adiuuat, & ventriculum & reliqua viſcera corroborat. Sal verò tanquam miſtum corpus eſſentialem humiditatem aliàs non promouet, ſed etiam aufert. Sitis itaque à ſumpto ſale non minuitur, ſed promouetur. Si ad ℔ j. ſalis exſiccati, accipiantur ℔ ij. carbonum puluériſat. optiméque miſceantur, ex ℔ ſalis accipies ℔ j. ſpirituum. *Vſus & doſis.* *Hydropis cur.*

*f* Ad viij. vel xij.

*g* Id non aliunde dependet, quam à ratione mixtionis, ſal nimirum tanquam corpus mixtum habet in ſe partes diuerſas, quarum ſingulæ alias atque alias habent qualitates & alios effectus. Coniunctum verò id oſtendunt, quod mixti eſt.

*h* Eſt nimirum tenuis, igitur facilè penetrat.

*i* Potius in ſeptimana.

*k* Hoc autem potius de oleo compoſito ex ſale

& nitro facto prædicandum.

*l* Lege conſeruat.

*m* Proportione longa.

*n* Lepra Græcorum eſt ſanabilis, Iudæorum autem inſanabilis, niſi digito Dei ſanetur.

*o* Cutaneos.

*p* Corporis regio.

*q* Mellis.

*r* Et alios humores ſuperfluos.

*ſ* Diureticos emolliente, parietariæ, maluæ, meliloti.

*t* Vel mellis.

*u* Recentes.

*vv* Cum pinguedine erinacei.

*x* Quod fit ex chamomilla, meliloto, debita inſuper ligatura. Balſamum ſalis Gemmæ vide in Practica chymiatrica de bubonocele, enterocele, & epiplocele p.168. noſtræ editionis.

*y* Præſertim flatulenta ſi aluus ſit libera.

*z* Compoſitus præfertur, præſertim ſi cum ſpiritu vini ſit miſtus.

*aa* Præſertim ventriculi.

*bb* Ante paroxyſmum exhibitæ.

*cc* Planè inueterato, in decocto fragariæ, manè & veſperi.

*dd* Citius.

*ee* Olei bubuli in maio deſtillati, fraxini, filicis.

*ff* Paracelſus hoc modo operatus eſt: Miſcuit oleum ſalis cum æquali portione olei vitrioli & ſpiritus Terebinthinæ prudẽter & guttatim (propter ſtrepitum & efferueſcentiæ periculum) ſeparatim. Videbis materiã viſcidam & nigram phleg-

mati

mati innatare. Hæc coniuncta & bene mixta teſtificâ, accipies lapidum parum, illa in ſpiritu Terebinthinæ miſcendo, poſtea membra contracta prius cum Balneo ſequenti lota inunxit.

℞ Summit. origani.
Iuniperi.
Fol. quercus.
Abſinthij.
Gallitrichi ana M iiij. vel v.

Conorum abietum, (Danzapffen der längsten) num. vj. vel vij.

Coque cum aqua communi ad iuſtam coctionem. Vtrumque ſæpius repetit, donec omnia membra fuerunt reſtituta, ſæpius ſpatio octiduì vnam curam abſoluit. Magnum hoc ſæpe vſum habet in aridura membrorum, In ſchwindung des Glieder, in inueteratis contracturis, adde oleum ſuccini. Prodeſt membrum affectum poſt inunctionem inuoluere pelli vulpinæ. Contracturis nimirum valde ſuccurrit. Vide practicam chymiatricam noſtræ editionis p. 236.

## SPIRITVS SALIS NITRI.[a]

*Eodem planè modo*[b] *& ſimili Ignis regimine Spiritus Salis Nitri deſtillatur, qui per fumum rubicundum egreditur.*

*Hoc ſaltem notandum quod ad j. partem Salis Petræ purificati, tres partes argillæ figulinæ admiſceri ſolent, pro efformandis globis oblongis, poſt exſiccationem demum ad opus adhibendis.*

Vſus & Doſis.

*In Colica:*[c] *Et hoc nemini videatur mirũ, ſiquidem in ſimili affectu crudum Nitrum nõnulli offerunt: nam ſpiritus Salis microcoſmici efferueſcentia & malignitas ex huius debito vſu mirè inhibetur & reprimitur.*

*In Pleureſi.*

*Prunella*[d].

*Miſcetur cum ana Spiritus vini, & de illâ mixtura dantur ℈ ij. vel ʒ. integra in hauſtu aquæ Fontanæ tepidæ. Si in Colicâ vtimur, tũc ab extra vmbilicus oleo Nuciſtæ expreſſo cum tantillo Zibeti admixto, inungitur: Intolerabiles cruciatus & dolores confeſtim non ſolùm ſedat, ſed & diſcutit & reſoluit malignos, crudos, nitroſos atq; vitioſos humores, qui niſi impediãtur, ne ad partes neruoſas & articulos repant, quod non rarò fit propter certam ſympathiam, qua cum talibus membris habent illi humores aliquid mixti, condolẽda ſequitur articulorum impotentia, laxatio & reſolutio: Circa finem curæ*[e] *Enulæ Campanæ vſus Salem reſolutum efficaciter expellit. Porro Nitri ſeu Salis Fuſilis vires reconditæ à Filiis Hermetis ſemper in magno pretio fuerunt habitæ.*

*a* Nitrum animale eſt, vegetabile & minerale: idémq; in his omnibus vires exſerere animaduertitur. Finita hui⁹ ſpiritus deſtillatione omnia prius

bene

bene refrigeſcant & relinquantur aliquandiu, donec ſpiritus probè conquieuerint, quod ſpatio v. vel vj. dierum & noctium fieri ſolet. NB. In albedine phlegmatica latent ſpiritus corroſiui, minus vtiles ad opus medico-chymicum. Horum verò ſpirituum rubeſcentium ex ℔ j. vix ℥ i ß. vel ℥ ij. recipies. Quare, ſi optimè procedere voles, phlegma ſeorſim, & rubeſcentes ſpiritus etiam ſeorſim accipies.

*b* Melius procedit operatio ſine globorum efformatione, ſi nempe ſaltem terra bene admiſceatur pulueri ſalis nitri, ac tandem ipſa deſtillatio inſtituatur.

*c* Ante vſum huius ſpiritus aluus prius ſoluenda eſt. Datur cum aquæ fontanæ tepidæ ℥ ij. mixturæ ex ſpiritu vini & nitro, mouet ſudores & cõfeſtim ſedat dolores colicos. Vide Praxin chymiatricam noſtræ editionis p. 111. de colica paſſione. *Cautela.*

*d* Datur etiam hic ſpiritus, loco refrigerij in febribus in conuenientibus vehiculis, ſcilicet in aqua endiuiæ, cichorij, taraxici, & ad ſitim ſedandum à gutt. vj. ad xj. conuenientior exhibetur ipſo lapide Prunellæ, quia nauſeam interdum excitat.

*e* Non in fine tantum, ſed etiam in principio colicæ, Enulæ decoctum mirificè valet. *Decoctum enulæ.*

℞ Radicum Enulæ in taleolas inciſæ ℥ j.
*Seminis Fæniculi puluériſ.* ℥ ß.
*Aquæ meliſſæ* ℔ ij. vel iij.

Coque in diplomate ad horam vnam & dimidiam, poſtea per manicam Hippocratis cola, colati primum hauſtum veſperi intro cubitum, ſecundum inane, tertium etiam veſperi, & ita perge, ſi opus eſt, & cura erit abſoluta.

## V.
## DIAPHORETICVM.

Multi ſūt morbi qui ſaltem per ſudorē & pororum emunctoria curari volunt. vt Peſtes & Pleureſes.

SVdor in Peſte & Morbo Vngarico[a] eſt vniuerſalis euacuatio Veneni totius corporis, non in ſanguine modo, ſed etiam in habitu[b] corporis, adeoq; in omnibus partibus hærentis. Huius ſudoris beneficio Venenum, quod circumſtans frigus ad cor propulerat, excluditur: Nam vt attractione ſpiritus,[c] ſimul etiam venenatam auram attrahimus, ita ſudore oportet illud ipſum ex omnibus membris exterminari: Nulla enim corporis pars, licet parua, aëris eſt expers: proinde ſudare omnes poſſunt: Ideo ſudor eſt vniuerſalis euacuatio, ſiquidem ferè tertia pars omnium morborum, qui corpus humanum infeſtant, per ſudorem curari poſſunt.

## ANTIMONIVM DIAphoreticum.[d]

℞ ℔ j.[e] Mercurij ſublimati per Vitriolum & Salem, adde iij. ℔ Antimonij Vngarici, terantur inuicem & miſceantur, ac retorta Vitrea[f] luto munita omnia indantur, adiuncto receptaculo clauſo, deſtillatio fiat in arena cum Ignis regimine, ne guttæ in collo inſtar

Butyri

*Butyri congelentur, eo apparente mox carbo ignitus cum forcipe admouendus erit tam propè, vt vitro non noceat, & tamen reſoluat, idq́; toties iterandum, quoties neceſſe fuerit: Liquorem egreſſum ſemel rectifica*[g]*: poſtea calore*[h] *liquefactum effunde in vitrum capax*[i]*, quod collum longum habeat, & affunde aquam Regis (aliij ſolo Spiritu nitri*[k] *vtuntur) guttatim ſaltem fiat, propter ſtrepitum*[l] *& efferueſcentiæ periculum, vbi videris totam materiã ſolutam eſſe planè, affunde exempli gratiâ ſi ℔ß olei fuit, etiam lotonem vnum auri*[m] *in aqua Regis ſeorſim prius ſoluti, ita mixtio manebit clara, non turbida, & rubicundiſſimi coloris, alioquin niſi ita proceſſeris, turbida fiet ſolutio, & aurum non verè ſe incorporabit, ac poſt abſtractionem apparebunt adhuc auri ſcintillæ micantes. Totam hanc claram & rubicundiſſimam ſolutionem pone in alembico bene lutato, addito capitello & receptaculo, iuncturis bene munitis, ſeruatis poſtea gradibus. Ignis incipe phlegma abſtrahere (ſpacio duorum dierum operatio abſoluitur) vltimò fortificando*[m] *Ignem ita, vt fundus Cucurbitæ candeſcat: Parum ſe ſublimat, quod abſoluto opere, vaſe refrigerato & fracto abiiciendum: reliquum in fundo etiam in parietibus hærebit, colore ſubflauo, inſtar Terræ*

*ſiccißima & hiantis, nullius ferè ſaporis: adhæret linguæ ſine corroſione inſtar cornu aduſti & calcinati. A* ℔ *j. olei habebis poſt exſiccationem libram Terræ dimidium*[n]. *Calx illa fixa non eſt edulcoranda, niſi velis, ſed in crucibulo per dimidiam*[o] *horam ignienda: Mirum, quod examen Ignis in crucibulo ſuſtineat, & omnia corroſiua in ipſa mortua ſint.*

*In vſu Chymico, quamuis hæc terra ſitiens fixa ſit, & beneficio vulgaris Sulphuris*[p] *arte admixti, auro in fluxu peculiari induſtria maneat admixta, non tamen in cineritio optatæ & expectatæ fixioni ſolet reſpondere.*

*In vſu medico vnum eſt è Spagyricis medicamentis maximè* πολύχρηςον.

*Conſtitit mihi ferè ducentis Daleris, ego candido lectori cum reliquis gratis communico.*

## Vires & Vſus.

*Arcanum ſummum in variis & ferè omnibus morbis per ſudorem & vrinam operans efficaciſſimè, non purgat,*[q] *nec debilitat ægrotantes, ſed plurimum ſudorem & vrinam*[r] *moderatè ciendo, ratione auri*[ſ] *additi Naturam confortat.*

*In Lue Venerea*[t].

*Peſte*[u].

*Podagra*[uu].

*Hydrope.*

*Hydrope* [z].

*Febribus* [y].

*Obſtructionibus & doloribus Lienis* [a].

*Calculo* [aa].

*Doſis* 3. 5. 7. 8. *grana in aquis conuenientibus.*

*Circumferuntur deſcriptiones Mercurij Vitæ, quibus nonnulli hoc corroſiuum oleum per cornu Cerui cũ Saturni eſſentia eſſenſificatum in puluerem Diaphoreticum redigere conantur. Operoſus eſt labor,* [bb] *nec propria experientia optatum & deſideratum videre licuit euentum. Nam adhuc acredinem retinet ille puluis, nec ita fixus eſt, vt hic noſter, per dicta corroſiua fixatus, quæ in hac operatione omnia moriuntur & euaneſcunt, quod ſummè mirandum* [cc] *eſt. Ergo hac deſcriptione contentus ſis, lector beneuole, qua tibi vix offeretur alia melior.*

*a* Febribus malignis omnibus.

*b* Scilicet tota ſubſtantiâ, membranis, muſculis, carne.

*c* Aëris per anhelationem.

*d* Antimonium Diaphoreticum hactenus appellaui Bezoardicum minerale, ab ipſo Quercetano ſæpius dilaudatum, nec quantum opinor, ab alio, quàm à me primum erutum, & quidem anſa cogitandi mihi data à Fratre Baſilio Valentino, qui in additamento ad claues Philoſophicas ſub titulo

antimonij, vbi butyri mentionem faciens, tandem concludit & pronuntiat: Idem oleum (ſic nimirũ vocat butyrum antimonij) poteſt amplius præparari cúm adiectione aquæ factæ ex petrarum ſerpente Aus der Steinſchlange / & neceſſario aromate, non illo, quod ex Indiis adfertur, Nothwendiger Gewürtz nicht die aus India gebracht wird. Puluis ille, inquit vlterius, inſignes poſſidet vires ad exterminãdos veteratos multos & exulceratos morbos, ſub quibus verbis Baſilius Monachus Bezoardici præparationem occultam deſcribit. Facit nimirum ex ſale Petræ der Steinſchlangen / cum ſale communi das beſte Gewürtz / aquam, cuius beneficio aut ſolius, aut cum aqua Regis, butyrum illud valdè corroſiuum planè emoritur, & in puluerem Bezoardicũ conuertitur. Libauius in explicando variè ſe torquet, id quod magis carpendi, quàm inquirendi ſtudio facit, vide in tomo altero arcanorum chymicorum cap. 32. de igne naturæ, & in eodem t. apocalypſeos hermeticæ partis prioris cap. 9. & 10.

*Libauij error.* Certum autem eſt, Libauium, vt de aliis ita de confectione huius Bezoardici iudicare inſtar Argi foris oculatiſſimi, domi verò Tyreſiæ: Nunquam verò is loquaculam linguam cum experientia chymica coniunxit, aut ſi fecit, non tamen ita fecit, quemadmodum bonum artificem facere decet. Ergo hominis procacitatem ſcribendi non miror, & forſan oſtendam publicè vbinam is fuerit in laboratorio, quod is totus profitetur, atque ego ſic, qualis in balneo canis. Cæterum neque Crollium neque me aliquid noui protuliſſe lubenter fatemur, neque eſt vnquam vtriuſque noſtrum mens fuit. Rubeum verò hoc idem antimonium diaphoreti-

phoreticũ, vel propriis vel aliis verbis deſcripſiſſe, ceu Libauius ad finem d.18. cap. partis prioris Apocalypſeos Hermeticæ friuole aſſerere audet, mẽdacium eſt, cuius merito Libanium ſuperſedere decuiſſet. Rubeus in libello de deſtillationibus, præter quem ab ipſo nihil editum eſt, toto capite 21. Sect. 2. agit de ſtibio vel antimonio eiuſq; præparationibus variis, ac in fine facit mẽtionem medicinæ ex Mercurio ſublimato, Regulo antimonij & auro, ſeorſim in aqua ſeparationum ſolutæ, confuſæ & cohobiis deſtillatæ, in rubeum puluerem crematæ. Sed quantum is diſtat ab antimonio Diaphoretico? Hic etiamſi antimonium ad butyri cõfectionem aſciſcitur; de eius tamen ſubſtancia parum aut nihil ingreditur: ibi regulus egreditur & figitur totus. Deinde Mercurius ſublimatus cum illo rubeo puluere rubeus vix manet, ſed in ſingulis deſtillationibus aquæ fortis tandem aſcendit, atque licet aliquid maneat, idem tamen in calcinatione totum cum fumo abit, hic verò mercurius ſublimatus, qui eſt butyrum antimonij, figitur. Tertio puluis ille Rubeus Rubei eſt corroſiuus: Bezoardicum verò minerale neutiquam. Poſtremò puluis Rubei eſt idem cum auro vitæ, itaque inter Mercurios præcipitatos numeratur, eſtque ſimul catharticus. Noſtrum verò Bezoardicũ, Crollij nimirum & meum non eſt tale. Deſinat itaque Libauius calamum mendacem in alios ſtringere, niſi propterea viciſſim peſſimè audire velit. Noti ſunt hominis mores & peſtilens inuidia, quam timere aut laudare non eſt cordati viri.

e Autor in præcedentibus, in confectione n mirũ florũ antimonij ex mercurio ſublimato & anti-

monio crudo, ſumpſit partes æquales vtriuſque, eaſdem etiam hic ſumere non erit abſonum.

*f* Si vitrum non ſit forte.

*g* Per retortam.

*h* Vel aqua, vel igne, vel arena.

*i* Cucurbitam amplam.

*k* Idque melius eſſe deprehendi.

*l* Claudendum poſtea ne ſpiritus exhalent, & relinquendum per horas 12. vel etiam vltra.

## *VERA BEZOARDICI SOLARIS præparatio.*

*m* Hanc adiectionem auri nullo modo neceſſariam eſſe vel vtilem experientia & ſequens ratio euincit. Aurum nimirum redit in priſtinũ corpus nullo ergo modo agere neq; puluerem antimonij virtuoſiorem reddere poteſt. Quod ſi verò aurum eſſet planè à corporeitate ſua reductũ in ſpiritualem ſubſtantiam, vtique eius additio eſſet valde vtilis. Si etiam per minima aurum ipſi Bezoardico mixtum eſt, vires ſuas exſerit. Quod ſi verò placet facere Bezoardicum ſolare, ne labor & ſumptus irritus fiat, ſic procedendum eſt. Dicemus infra in deſtillatione prima ſpiritus nitri, vel aquam fortẽ ab ipſo butyro progredi menſtruum colore rubicundiſſimo tranſparente, illúdque denuo poſtea ſuæ radici ex aqua prodiit, nempe ipſi antimonio coniungi per repetita nimirum cohobia. Quod ſi verò illud menſtruum prima vice productum aſſeruetur, & cum eo ſoluatur aurum finum, hoc eſt finatum, q.placet de auro vero ſoluto abſtrahatur illud menſtruum leni calore vſque ad pelliculam, ſeu oleoſitatẽ, ac recens rubicundum menſtruum

ab

ab eodem auro ſoluto denuo, idq; tertia vel quarta vice deſtilletur ex retorta oblõgioris colli, bene loricatâ & hermeticè clauſa ſemper leni calore, ne nimirum ſpiritus prodeant: ac iis deſtillationibus finitis tandem hæc ipſa ſolutio auro imprægnata à ſpiritibus illis ex retorta aliquantum fortiori igne pellitur, quod deſtillatum fuerit iterum affunditur, ídque tantiſper fit, donec ipſum aurum rubicundiſſimo colore inſtar rubini eleuabitur. Hoc aurum ſpirituale redditum, à butyro antimonij in ſpiritu nitri vel aqua regis ſoluto iunctum prioribus deſtillationibus neceſſariis repetitis, cum illo vniri, ac denuo figi, & poſt extremam calcinationem in Bezoardicum purpurei coloris (quod ſignum eſt auri ſpiritualiter ſoluti & per minima coniuncti) præparari poteſt magnarum virium in medicina.

## *DIAPHORETICVM SOLARE Korndorfferi.*

Ex eo auro etiam fit Diaphoreticum illud magnum Bartholomæi Korndorfferi, qui fuit Præceptor Paracelſi: cum alcohole nimirum vini præſtantiſſimo, ſoluitur, ſeparatíſque fæcibus hæc ſolutio in Pelicano ad certiſſimum calorem Balnei per menſem digeritur: interea temporis aurũ ſpirituale ab *ipſo ſpiritu* vini ſpõte ſua ſe ſeparat, inque fundo vaſis ſeorſim quieſcit, fluctuando deſuper nobili menſtruo ſolo, quo per inclinationem caute ſeparato, calx auri aquis dulcibus aliquoties eluitur & lentiſſimo calore exſiccatur. Tandem in iuſtæ proportionis phiola hermeticè obſignata lento primum calore athanoris poſt auctiori figi-

tur, donec in puluerem purpureum deſinat, qui denique in ſpiritu vini optimo ſolutus, inque vna exigua doſi guttarum iij. aut iiij. exhibitus vitam ſanitatémque conſeruando omnes morbos per ſudorem expellit. Diaphoreticum tale, cui vix vllum comparari poſſet.

*m* Vt fortior ſit prima hæc deſtillatio non eſt conſultum. Repetenda nimirum ſunt per idem menſtruum cohobia, ita tamen, vt ſemper aliquid recentis nitri ſpiritus (quod melius deprehēdi) vel aquæ Regis addatur. Hac nimirum ratione repetitæ cohobationis plus de antimonij puluere figitur, id quod vnica ſaltem, & quidem in fine fortiori deſtillatione periret: Atque hoc vnum eſt ex iſtis de quibus aliquando ad Rulandum ſcripſi, Crollium ſiluiſſe. Alterum eſt, quod in deſtillatione menſtrui prima, illud ſeu ſpiritus nitri, præſertim ſi celerius vrgeatur, planè rubicundum, & illa rubedo non ex ſeſe, ſed aliunde nimirum à ſpiritibus antimonialibus (ſtibium nimirum continet in ſe rubedinem quandam volatilem) ſimul ad antimonialis butyri confectionem, h.e. ad Mercurium ſublimatum in butyraceam quandam mucilaginem & conuerſionem maximè facientibus per repetita cohobia tandem & cum puluere Bezoardico figitur & hoc modo redditur excellentius. Iſta nimirum rubedo aquæ fortis inſigniter vtilis eſt, ad corpus auri Volatile reddendum, inque quandam ſpiritualitatem reuocandum.

*n* Nimirum ſi tertia vice fuerit deſtillatum, inde menſtruum, ex butyri antimonij ℔ j. habebis ℥ xij. vel ℥ xiv. etiam, poſt repetitam cohobationē.

*o* Imo per duodecim horas.

*p* Ἐγχείρημα

*p* Ἐγχείρημα eſt tale: Accipe duplum ſulphuris communis ad partem vnam huius terræ fixæ ſcilicet Bezoardici mineralis, tere & miſce in marmore, liquefac poſtea in tigillo, & liquefaciendo fac flammam concipiat ſulphur, quam permitte donec ſponte ceſſarit, relinquitur puluis gryſeus, qui in fluxu auri in idem proiectus, admiſcetur auro, ſed ex ℥ j. vix ℈ iiij. manent, denuò tamen in cineritio conflagrando pereuntes.

*q* Neque per ſuperiora neque per inferiora.

*r* In quibuſdam, ſed rarò.

*ſ* Etiam ſine auro.

*t* Per ſe non admodum quidem, ſed præmiſſis præmittendis neceſſariis, poſtea cum aliis ſudoriferis, imprimis cum aqua perſicariæ exhibetur.

*u* In aqua vlmariæ, ſcordij, ſcorzoneræ.

*vv* In aqua filicis, chamedryos.

*x* In aqua ebuli.

*y* In decocto centaurij minoris vel aqua febrifuga.

*z* In aqua ſpecifica ad Lienē, ſcolopēdriæ &c.

*aa* In aqua ononidis, ſaxifragiæ, fragariæ, petroſelini.

*bb* Non caret tamen hæc operatio ſua euidentiâ, ideóque non prorſus eſt contemnenda, primo impraegnatur Cornu cerui vſtum cum eſſentia ſeu dulcedine ſaturni, eum in morē, qui obſeruatur à docimaſtis, quoties ex cineribus & oſſibus animalium maiorum combuſtis faciūt capellas: Hæ igitur capellæ ex ſolo cornu cerui vſto & eſſentia ſaturnina prius cuſæ igniantur ſub tegula, vt cōſueuit fieri, poſtea terātur: deindè puluis ille cū æquali parte butyri antimonij iungatur, tandem inde

& tertia vice idem butyrum abſtrahatur deſtilla-
tione, poſteaq; per ſpiritum aceti vini fortiſſimum
figatur, repetita cohobatione, vt ſupra oſtenſum
eſt. Hac nimirum ratione à corroſiuis metus nul-
lus fuerit; ea nimirum ſimiliter partim à cornu
cerui vſto, & eſſentia ſaturni (de qua vide infrà
de ſaccharo ſaturni) & ab aceto emoriuntur &
mortificantur, ſaluntari duntaxat relicta ſubſtan-
tia iiſdem vſibus cum ſuperiori vſurpanda.

*ee* Vbi nempe maneat aciditas.

## *ANTIMONIVM DIAPHORETICVM,* *vel Antimonium fixum.*

Eſt antimonium Diaphoreticum aliud, quod
cum eiuſdem ſola calcinatione fit per vitrum. Vn-
de nimirum per hanc calciuationem ter repetitã,
quam alioquin chymici detonationem vocant, o-
mnes ſulphureæ & Mercuriales partes pereunt, &
relinquitur ſola pars terreſtris, quæ vim exſiccãdi
& ſudorem promouendi obtinet. Deſcribit illud
Beguinus in Tyrocinio chymico lib. 2. cap. 12. ſub
titulo antimonij diaphoretici, & quidẽ rectè. Sed
docuit experientia ipſa, in elaboratione huius me-
dicamenti liquefactionem, quam ibidem Begui-
nus innuit, non debere eſſe metallicã ſed tantam,
quanta eius opus eſt ad fluxum inſtar ſalis iniectæ
mixturæ. Præterea poſt ternas ſingulas cum nitro
calcinationes, illud ſemper aqua calida dulci eluẽ-
dum eſt, & puluis ſiccandus, qui extremò albeſcit.
In qua ſanè operatione acquieſcit Tyrocinium &
alij. Sed lõgè ſubtiliores fiunt pulueres, ſi poſt ex-
tremam calcinationem, & aliqualem liquefactio-
nem totum illud, quod remanſit, tritum coquatur
in aqua

in aqua fontana per aliquot horas, poſtea calens decoctum per filtrum tranſmittatur, & loco frigido relinquatur: ſic nimirum per hanc ebullitionem id, quod ſubtilius, in aqua ſoluitur & tandem præcipitatur in puluerem admodum albicantem & tenuem; ſæpius eluendum & exſiccandum. Quod ſi acetum deſtillatum immittatur in idem decoctum filtratum, facilius & celerius puluis iſte cadit, maiorum virtutum. Baſilius Valentinus in curru Triumphali antimonij ſub titulo florum antimonij fixorum ſeu pulueris albi antimonij (ſic nimirum ille & alij appellant) valde commendat ad interiora apoſtemata, eius enim gr. xv. propinat quinquies ſingulis diebus. Idem maximè præualere ait in lue venerea eodem modo & doſi vſurpatum Neque verò vtrumque extra rem: In poſteriori adfectu cum ſpiritu Guaiaci exhibitum mirabiliter totam ſubſtantiam ſanguinis renouat & morbum Neapolitanum funditus extirpat.

### *BEZOARDICA MINERALIA varia.*

Bezoardicum minerale aut fit per ſe, hoc eſt ſine vlla additione alterius metalli; aut fit cum iiſdem:

### *BEZOARDICVM MINERALE ſimplex.*

Per ſe eſt primo id; quod voco Bezoardicum ſimplex, cuius Quercetanus ſæpius meminit, & clariſſimo Sennerto poſtea ex mea cõmunicatione clarius expreſſum in Inſtitutionibus Medicinę lib. 5. part. 3. Sect. 3. cap. 8. Per ſe vt fiat, expedita eſt ratio; Vel nimirum à ſolo butyro antimonij rectificato, ſpiritus nitri ſubinde fortificatus terna deſtil-

latione prolicitur, demum calcinatur, & fit Bezoardicum ſimplex albiſſimæ formæ & coloris, multæ efficacitatis. Aut poſtquam butyrum antimonij ſemel factum, deinde ex ſcoriis reguli antimonij ſine marte facti prius cum aceto deſtillato (alij cùm ſpiritu vini) tinctura rubra extracta, & in formam pulueris liberata, ac ſuper eundem puluerem butyrum antimonij denuo deſtillatum fuerit; idem rubicundiſſimi fiet coloris. Quod ſi igitur cum ſpiritu nitri more debito fixetur, fit Bezoardicum ſimplex, propria tinctura antimoniali prægnans magnarum virtutum.

## BEZOARDICVM SCHEVNEMANNI.

Bezoardicum minerale ſeu Nepenthes aliud deſcribit Scheunemannus in libello de fonte S. Annæ, quem vocat Hydromantiam pag. 59. debilliori Draconi hoc eſt, antimonij regulo addit martem ante pugnam deuorandum, quo deuorato ad pugnam hoc eſt, deſtillandum producit, & confeſtim magnas ebulliciones edunt h.e. incaleſcunt vehementer, atque ita deſtillat exinde butyrũ, apparente ſerenitate h.e. poſteaquam omnia prodierũt, martẽ relictum poſt deſtillationem abluit: & ſolari æſtu reſuſcitat h.e. ſoluit in ſpiritu nitri, quẽ poſtea cum dracone hoc eſt, cum butyro & ſpiritu nitro ſoluto ſoluit & deſtillat, atq; ita figit more alioquin vſitato. Vide pluribus ipſum autorem.

## BEZOARDICVM SOLARE.

1. Eſt ab ipſo autore deſcriptum, aurum nimirum ingreditur, ſed admodum corpulentum, nec aliquantulum attenuatum, ad edendum itaque vi-

res

rei minus habile, vt ſupra aliquoties demonſtratum. Præſtantius eſt hoc. 2. Solue aurum in aqua Philoſophica ſeu regia ex nitro & ammoniaco facta, cuius præparationem docent commentaria noſtra ad Tyrocinium chymicum Beguini, à Glukradio edita in fine lib. 2. c. 3. A ſoluto eandem aquam toties per retortam deſtilla, recenti ſoluente ſubinde affuſa, donec per retortam aurum tranſierit rubicundiſſimè, quod poſtea cum Mercurio vulgari ad fundum præcipita, (Mercurius iſte debet bene purificatus eſſe: alias noxiæ Mercuriæ fæces manent cum auro) denuo præcipitatum, & ab eodem per calcinationem liberatum prodit purpurei coloris. Hunc puluerem denuo in aqua regis ſolutum, & ad ſolutionem butyri antimonij decupla proportione cum eadem aqua Regis iunctum euocato per retortam menſtruo, ac deſtillationibus ſæpe repetitis poſtea per calcinationem ſub tegula (vnder einer Mäffel) reduc in puluerem; ſi lenis, ſi vero intenſior, calcinatio inſtituatur in purpureum. Bezoardicum nullis non laudibus dignum, proptereáque magni faciendum.

3. Idem aſſequeris, ſi aurum per ſpiritum nitri fortificatum, ceu paulò antea oſtenſum eſt, ſolutum & quantitate auctum; dicta proportione cum butyro antimonij iunxeris, & per menſtruum repetitas ſeparationes demum calcinando in puluerem rubeum verteris.

## BEZOARDICUM LUNARE.

1. Solue Lunam finam ſeu capellatam in aqua forti, abſtrahe ad ſiccitatē vel oleoſitatem in Balneo, ex hac elice per ſpiritū vini tincturā viridem,

quam ſeuocato paululum à Luna ſpiritu vini, iunge proportione octupla cum butyro antimonij in ſpiritu Nitri ſoluto & l.a. deſtillando fige. Habes Bezoardicum viridiuſculum ad capitis adfectus vtiliſſimum, præſertim ad Eryſipelas capitis mulierculatum, valde vſitata, vide praxin chymiatricam p.13.

2. Vel ex Lunâ ſulphure communi calcinata, cum ſpiritu vrinæ, de quo in præparationibus Microcoſmicis ſub titulo vrinæ, ad extrahendum ex metallis vitriolo dixi, colorem cæruleum extrahe, quem vltromarinum vel Lazurinum aliâs appellant, quem, in aqua forti ſolutum, cum butyri decuplo antimonij in aqua forti liquefacti iunge. Cæteris inſtitutis laboribus habebis eiuſdem, vel etiam maioris virtutis Bezoardicum Lunare.

3. Vel ℞ Lunam finam, ſolue in aqua forti, eam præcipita cum oleo ſalis Tartari per deliquium vel ſolutionem in aqua communi facta in vaſe maiori. Præcipitabitur ad fundum inſtar goſſipij. Poſtea edulcoretur & cum aceto deſtillato extrahatur, tunc acquirit colorem cæruleum, ſi verò diutius ſteterit, viridem. Cum hâc Tincturâ procede vt cum reliquis.

4. Omnium verò præſtantiſſimum futurum eſt Bezoardicum Lunare, ſi luna cum ſpiritu nitri in vitriolum redacta, & cum butyro antimonij l.a. in puluerem fixatum fuerit. Hâc nimirum ratione corpus lunæ à ſpiritibus nitri aliquo modo tenuius redditum faciliùs cum butyro antimonij per minuta miſcetur, atque ad effectum medicum producendum efficacius fit.

BEZOAR-

## BEZOARDICVM SATVRNINVM.

Simili prorſus modo Bezoardicum ſaturninum ex vitro Saturni, quod fit ex minio & ſilicibus ſimul fuſis & aliquoties cum eodem butyro antimonio rectificato, tincturam extrahe, illudq́; dicto modo cum ſpiritu nitri fige. Eſt in omnibus affectibus ſplenis remedium efficax.

## BEZOARDICVM IOVIALE.

℞ Reguli antimonij ſine marte facti ℥ vj. cui in crucibulo fuſo adde Iouis Anglici puriſſimi ſimiliter fuſi ℥ iiij. vt fiat amalgama, poſtea in marmore reduc in puluerem ſubtiliſſimum, cui adde Mercurij ſublimati optimi partem æqualem hoc eſt ℥ x. ac ex retorta vt ſupra, inde factum butyrum ternis deſtillationibus cum ſpiritu nitri fige, poſtea calcina, ignitumq́; in ſpiritu vini extingue, exſicca & ſerua. Fit puluis gryſeus. Doſis à gr. j. ad ij. potentiſſimè mouet ſudores, ad omnia, maximè verò ad obſtructiones epatis, polychreſtum.

## BEZOARDICVM MARTIALE.

Ex Croco Martis ſolius ignis beneficio ad perſcriptum Tyrocinij lib. 2. cap. 15. facto, cum butyro antimonij rectificato in digeſtione elice Tincturam rubicundiſſimam: butyrum tinctura antimonij imprægnatum fige cum menſtruo ſpiritus nitri more vſitato. Eſt ſpecificum & præſentiſſimum remedium in omnibus fluxionibus ventris, præſertim ab epate ortum ſuum capientibus. Color ipſius epatis colorem refert Leberfarb. Vide Scheunemannum in hydromantia Paracelſica p. 59. vbi habet Bezoardicum martiale.

## BEZOARDICVM VENEREVM.

Eodem planè modo ex ſquama æris elicitur Tinctura cum butyro antimonij correcto per digeſtionem, & cum toties decantato menſtruo ſpiritu nitri nimirum figitur. Præter cæteras virtutes obtinet vim alexitericam in qualibet gonorrhæa certiſſimam.

## BEZOARDICVM MERCVRIALE.

Ex vitro Mercurij vitæ, cuius deſcriptio tradita eſt, cũ butyro antimonij correcto elicitur Tinctura rubea. Idem igitur per ſpiritum nitri fixatum, tranſit in Bezoardicum excellens virtute & prioribus non cedens. (NB. Si iungeres mercurium vitæ cum butyro antimonij & poſtea cum ſpiritu nitri figeres, quid quæſo inde fieret? an non egregium purgans correctum cum eodem butyro, in maiori doſi exhibendum? cogita diligenter.)

His itaque modis poſſunt Bezoardica ſeu Diaphoretica cum omnibus metallis fieri, in quibus virtuoſæ partes ipſorum metallorum cum butyro antimonij coniunctæ, per nobile menſtruum ſalis nitri ſimul figuntur, ac in nobiles medicinas abeunt: Quinimò ad eaſdem formulas illorum plura alia ex iiſdem effingi & confici poſſunt, de quibus prius ſeculum forſan non cogitauit. Eat nunc Libauius, & nihil noui prolatum eſſe contentiosè dictitet.

## SPIRITVS TARTARI.

*℞ Tartari vini albi optimi ( quod frangendo vi-*

*do videlicet niteſcit*[a]*) libras ſex, laua ex aqua pluuiali tepida,*[b] *donec nulla puluerulenta cõſpiciatur ſpurcities, tandem è vino tepido*[c] *optimè eluatur, & ſiccetur ad Solem, vel in hypocauſto, & redigatur in puluerem: Vel puluериſatus Tartarus in aqua pluuiali calida abluatur & ſoluatur,*[d] *quod non ſolutum remanſit in fundo, in aqua pluuiali coquatur, vt ſoluatur, poſtea filtretur, aqua paulatim euaporet, & vltima medietas in loco frigido ponatur, vt Tartarus iterum lapilleſcat,*[e] *& hic eſt Tartarus purificatus (per ſe etiam Catharticus*[f]*, ſi drachma vna è iuſculo carnis ſumatur) & ad deſtillandum aptiſſimus: Indatur Cucurbitæ luto oblitæ,*[g] *& aperto igne deſtilletur inſtar Aquæ Fortis, ita tamen adhibenda eſt multa cautio, vt commiſſuræ Receptaculi capaciſſimi probè adapti ſint diligenter propter ſpirituum penetrantiam luto munitæ, ne huius aquæ ſpiritualis euanida virtus in auras euolet. Ignis Primò ſit lẽtus, poſtea fortificetur, donec omnes ſpiritus exierint, & Recipiens nubibus repletus iterum factus ſit tranſparens & pellucidus. Da operam, ne ignis nimium inualeſcat, propter ſummam ſpirituum penetrationem. Aqua primùm emanat, deinde fœtidum oleũ: ſeparẽtur per tritorium,*[h] *Aqua ſeu ſpiritus primùm corrigitur & rectificatur in cellario,*

*collocando occlidunm in gelidam aut candidam arenam: Oleum corrigitur ex aceto deſtillato per retortam igne aperto, tunc eliciatur cum aceto, atque emanat nunc rubrum, nunc citrinum, atque ita acetum recipit Empyreuma in oleum, & oleum aureo colore ſine fœtore ſuccedit. Spiritus ſeu Aqua poſtea in cineribus per alembicum deſtillatur, & rectificatur bis vel ter, vt ſit purus, nec ita odore grauis, qui tamen planè tolli ſine virium amiſſione non poteſt. Si ſalem è capite ſuo mortuo arte extrahas, & ſpiritum hunc deſuper in Balneo rectifices,* [i] *tunc fœtor* [k] *magna ex parte perit: Eodem enim modo* [l] *omnia olea à fœtore per abſtractionem à ſuo Sale proprio rectificari poſſunt.*

*Vel circula* [m] *illum ſpiritum cum ſpiritu vini ana in digeſtione, ita odor gratior erit: Vel ſupra Caryophillas poteris illum rectificare.*

*Vel aliquot guttæ olei Vitrioli cum duobus vel tribus cochlearibus Spiritus vini digerantur, & poſtea miſceantur cum Tartari ſpiritu, ſic etiam fœtor perit.*

*Sunt qui aquæ Roſarum aliquid propter odoris emendationem miſcent* [n].

## Obſeruatio.

*Fœtor ille ſpiritus Tartari in totum non eſt auſe-*

*auſerendus, nec formidandus, cùm habeat ſignaturam Fœtorum, quando videlicet in Peſte, vel in aliis morbis venenatis exhibitus, magno iuuamine profluentes fœtidos ſudores è corpore copiosè expellit.*

Vires & Vſus.

1. *Præ omnibus ferè aliis medicamentis & Arcanis hoc ſolùm excellit in tollendis omnibus obstructionibus* [o] *& putrefactionibus.*

2. *Si ter quotidie exhibeatur, multum facit in Paralyſi, totum enim corpus penetrat & roborat,* [p] *quod in hoc morbo maximè requiritur.*

3. *In Hydrope etiam feliciter vtimur cum Aqua Soldanellæ & Ebuli: Aſſumitur etiam cum oleo Vitrioli, tunc aquas per vrinam* [q] *pellit, quicquid hac viâ non perficitur, difficulter tentabitur aliâ* [r].

4. *Vitia menſtruorum retentorum corrigit* [ſ].

5. *Initia Lepræ profligat* [t].

6. *In Eryſipelate cum æquali pondere Theriacæ* [u] *circa finem morbi ℨ j. exhibetur, ita tamen, vt venæ ſectio in robuſtioribus præcedat.*

7. *Icteritiam & omnes inde exortos morbos expellit* [uu].

8. *In Lue Venerea* [x] *ſingulare eſt medicamentum, ſi Turbit minerale ſimul exhibeatur: Expellit enim è Centro Luem internam, poſtea*

*cruſta oleo Guajacino inuncta decidunt.*

9. *A Centro ad circumferentiam & ſuperficiem expellit omnem ſcabiem latentem, ſerpiginem, lentiginem* [y].

10. *Prouocat ſudorem.*

11. *Prodeſt Pleuritidi & Anginæ* [z].

12. *In morbis capitis etiam vtimur.* [aa]

13. *In Febribus.* [bb]

14. *In contracturis.* [cc] *Huius enim vſu Dauidem Syderocratem Spirenſem quondam medicum, olim generoſam Dominam Catharinam Bappenheimiam, nunc in Chriſto quieſcentem, neque manus, neque pedes è doloribus Colicis mouentem, ad perfectam ſanitatem, adhibitis etiam Balſamis externis, reſtituiſſe vidi.*

15. *In puncturis Laterum.* [dd]

## Doſis.

*A ſcrupulo vno ad duos in aquis ſpecificis & conuenientibus.*

*Sulphur Tartari verum,* [ee] *ſummè cauſticum, ab Expertis Philoſophis olim in magno ſemper pretio fuit habitum: Extrahitur beneficio ſpiritus Homogenij, & à quibuſdam per ſe vel cum Leone reſoluto rotatur, an auidæ illorum expectationi ſatisfaciat, iudicium eſto penes experientiam.*

*a* Signum

*a* Signum boni Tartari.

*b* Non eſt neceſſarium ſemper, vt ſit tepida.

*c* Non eſt opus.

*d* Ebulliendo.

*e* Partim ad ſuperficiem decocti, partim ad latera vaſis.

*f* Vocatur alias cremor Tartari, ſeu ſal eſſentiale Tartari, de quo nos ſupra egimus in initio ſub tit. digeſtiui vniuerſalis, qui ſanè ad hanc ſpiritus præparationem accommodatiſſimus eſt, purior nimirum per ebullitionem factus, deinceps quoque ſpiritum puriorem reddit.

*g* Retortæ terreæ.

*h* Satius eſt ab initio non ſeparare, ſed ad vlteriorem rectificationem, totiúſque ſpiritus fortificationem, quæ fit à ſale proprio, cuius ſpiritui tandem iungitur & vnitur totum, vlterius hoc modo elaborare. Ex capite mortuo nigricante elice ſal more ſolito, ceu actum eſt in ſpecifico purgante. Hunc verò aliquot ſolutionibus & coagulationibus purificatum coniunge cum illo toto, quod priore deſtillatione prodiit, & in vaſe bene clauſo digere in Balneo, donec nimirum ſal omnis ſolutus fuerit. Quod vbi animaduerteris, totum argilla ſicca miſce & impaſta, & denuò per retortam igne nudo vrge. Prodibit cum ſpiritu & oleo rectificatus ſal totus ſpiritualiter impoſterum à ſpiritu Tartari non ſeparabilis: ideóque cum eodem coniunctus, eundem magis penetrantem & ad efficiendum habiliorem reddit. Poſtea oleum fœtens ſeparandum eſt à ſpiritu, & tam oleum quam ſpiritus ſecundum mentem autoris corrigendus. Ita poſſunt omnia ſalia extrahi.

*i* Melius eſt ſimul cum eodem ſpiritu idem ſpirituale reddere, quam ſaltem ab eodem rectificare.

*k* Alij felicius ad obſtructiones contumaces, enormes & difficiles ſic præparant.

## *SPIRITVS TARTARI APERITIVVS compoſitus.*

Ex cremore Tartari, vt dictum eſt, prolecti ſpiritus ſimplicis ℔ j. addunt ſpiritus vini ℥ iiij. quibus mixtis vitrioli ad rubedinẽ mediocri igne exſiccati ℔ ij. irrorant ſenſim imbuendo, digerunt in Balneo per octiduum, mox per retortam adhibitis ignis gradibus omnibus pellunt. Totum deinceps quod prodiit, ſuper caput mortuum nigrum Tartari, ex quo nimirum ſpiritus ſimplex eſt factus, fundunt, per 24. horas digerũt, poſtea aquam Tinctura Tartari imbutam, per inclinationem ſeparant, fęces reſiduas Tartari ad albedinem calcinãt, ex quibus per aquam prius tinctã ſal per horas 24. in calido relinquendo extrahunt, aquam verò hãc per filtrum purificant, & ad contumaces obſtructiones viſcerum, ad fædos colores, febres diuturnas, aquam intercutem, magno cum ſucceſſu exhibent à ℈ j. ad ℈ ij. in aquis appropriatis.

*l* Salia in leui deſtillatione retinent fætorem, qui eſt ab oleo combuſtibili, quo ab vtroque ablato redduntur puriora.

*m* Id quod alias etiam in eo, qui cum ſale ſuo eſſenſificatus eſt, verùm expedit vel cum vino vel cum caryophillis.

*n* Eius operatio debet eſſe iuſta, aliàs quæcunque miſcentur, eum imbecilliorem reddunt.

*o* Ob-

*o* Obſtructiones & putrefactiones potiſſimum à ſale vel ſeparato à ſanguine, vel reſoluto. In obſtructionibus autem præfertur ſpiritus Tartari compoſitus aperitiuus.

*p* Neruos à pituita viſcida, & viſcida putrilagine liberat, quod in hoc morbo maximè requiritur.

*q* Præmiſſis præmittendis.

*r* Itaque ſuperior præparatio cùm ſpiritu Vitrioli non eſt contemnenda, ſed magnifacienda.

*ſ* In aqua artemiſiæ vel infuſo florum borraginis.

*t* In vino.

*u* In aqua fl. ſambuci vel ſenecionis.

*vv* In decocto fragariæ vel rad. chelidoniæ. Præfertur tamen ſpiritus compoſitus.

*x* Aliquoties poſtea ſpiritum Guajaci in aqua perſicariæ extremo Septembri & Octobri collectæ. Maculæ verò ex lue venerea tolluntur ſacharo Saturni, diſſoluto in aqua roſarum & inuncto.

*y* In aqua fumariæ balſamica.

*z* In aqua cardui benedicti, carduimariæ, flor. papaueris, Rhæados.

*aa* In aqua maioranæ, verbenæ.

*bb* In decocto centaurij minoris, Taraxici, Nicotianæ.

*cc* In contracturis è colica à vehementioribus purgantibus imprimis abſtinendum. Conueniunt hic purgantia è vegetabilibus non è metallis. Præmiſſo autem panchymagogo noſtro vegetabili, vel extracto Hellebori nigri, quotidie exhibendus ſpiritus Tartari. Quandoque etiam ſudandum, ſed non nimium: conſtat nimirum experientia & ratio ipſa dictitat, hic paulatim progrediendum eſſe,

tandem ad topica deueniendum, quorum omnium inprimis eſt præſtantiſſimum Galbanetum Paracelſi, cuius præparationem & modum applicandi vide in practica chymiatrica noſtræ editionis, non Francofurtenſis p. 48. 49. 50. & 233. 234. & nulla contractura reſiſtit: plerumque ſpatio 14. dierum curatur; ſi ſcilicet Medici prudentia cum patientis æquanimitate correſponderit.

*dd* In aqua vel ſyrupo florum papaueris Rhœados, vel aqua florum prunorum ſylueſtrium.

*ee* Sulphur Tartari cauſticum eſt eiuſdem Tinctura Extracta, alioquin magnarum virium in Medicina. Non defuerunt quidam, qui olim & recens ex hoc ſulphure medicinas metallorum quæſiuerunt. Sed quicquid ab iis fit, id præter mentem ſinceriorum Philoſophorum & naturæ conuenientiam fieri certum eſt. Nos relictis ſecus ſentientium diuerſis opinionibus, hoc loco medicinalia tractabimus: Genuina eius præparatio eſt:

## *SVLPHVR SEV TINCTVRA Tartari vera.*

Primo itaque præparatur Sal Tartari defæcatiſſimũ, quod crebris ſolutionibus, coagulationibus & fuſionibus tandem acquiritur: Id ſumme depuratum valido crucibulo igne valido fundatur, inque fluxu tamdiu ſeruetur, donec ex viridi colore in cæruleum tranſierit, tantæ acrimoniæ & eroſionis, vt ad guſtum linguæ admotũ inſtar ignis vrat. Extrahitur per ſpiritum vini; homogeneũ nempe, ſuperfundendo eundem lentè non confertim, ad eminentiam 3. digitorum, ac relinquendo aliquandiu in frigido, poſtea vero in cineribꝰ leniter ebulliando,

liendo, & hanc extractionem tamdiu repetendo, quamdiu opus poſſibile fuerit. Separato autẽ per deſtillationẽ ſpiritu vini manet liquor rubeus inſtar ſanguinis, odoris fragrantiſſimi, qui deniq; cũ recẽti ſpiritu vini ad eminentiam vnius digiti cõiũctus, & in phiola lento calore Athanoris aliquãdiu digeſtus, partim in forma liquida rubet. Eius guttæ iiij. ad viij. in vino generoſo exhibitæ per vrinã vehementer pellunt inferiorum viſcerũ morbos. Præſtantiſſimum in Melancholia hypochondriaca, hydrope, cachexia & omnibus obſtructionibus, remedium. Et quod admirari licet, alui ſegnitiem vel à purgantium, vel puluere ſerpentum crebro vſu, vel naturâ, vel ſenio contractã, mirificè reſtituit, & lubricitatem inteſtinorũ ad expultricẽ virtutem excitandã promouet, ſi ſingulis diebus eius guttę 2. vel 3. in vino ante ſomnũ ſumãtur.

Tollit calculum renùm & veſicæ. Ex ℔ j. vix remanet ℥ j ß. ſalis Tartari. Signum perfectionis eſt, quando in fluxu acquirit colorem cæruleum. Vide etiam Practicam chymiatricam noſtræ editionis p. 17. 114. 118. 136. 140. &c.

## *DIAPHORETICVM IN PERACVTIS*
### *Paracelſi vel mixtura ſimplex.*

Paracelſus in conſiliis Medicis, quæ exſtant tomo 5. edit. Germ. in quarto pag. 128. facit mentionem alicuius diaphoretici in peracutis, cuius rudimenta etiã habet in libro de Peſte ad Sterzingenſes Tom. 5. p. 116. & 117. eiuſdem editionis. Illud verò eſt magnarũ virtutum, proptereaq; non negligendũ. Nonnulli hodierni Practici vocãt mixturã ſimplicẽ. Eſt nimirum medicamentum cõpoſitum per ſe, ex Tartari ſpiritu, ſpiritu Theriacali, myrrha

& ſpiritu vitrioli, ſed quod poſtea ad varias mixturas quorumlibet aliorum miſcibilium, aliis morbis vtilium, tanquam baſis vſurpari & miſceri poſſit, eius reſpectu vocatur ſimplex. Conſtat ex tribus ſpiritibus, ſpiritu nimirum aquæ Theriacalis camphoratæ, ſpiritu tartari, & ſpiritu vitrioli, digna & elaboratione & conſideratione. Eius præparatio eſt eiuſmodi. Primo fiat ſpiritus Tartari eo modo, quem diximus. Deinde fiat ſpiritus Theriacalis hoc modo.

℞ Theriacæ Andromachi veteris ℥ v.
Myrrhæ rubræ finæ ℥ ij ß.
Croci orientalis ℥ ß.
His mixtis in cucurbita ſuperfunde
Spiritus vini correctiſſimi ℥ x.

Adaptato alembico conueniente cæco & iuncturis bene clauſis reponũtur aliquandiu poſt fornacem, vel in æſtate ad ſolem. Poſtea impoſito alembico roſtrato apto (prius in eundem reponitur Camphoræ electæ ʒ ij. tritæ) cõmiſſuris vero vaſorum diligenter obſtructis, leniſſimo Balnei calore extillatur liquor ab initio, qui tãdem ebullitione Balnei augetur, & ipſa camphora ſimul tranſit & ſpiritus prodit elegans. Refrigeratis vaſis liquor deſtillatus affunditur materiæ, à qua euocatus eſt, clauſiſque iuncturis digeſtio primum, poſtea deſtillatio inſtituitur, eáque vel tertio repetũtur. Atque hoc modo habetur aqua Theriacalis optima & penetrantiſſima, cum aliquot olei guttulis præſtantiſſimis inde ſeparandis contra venena & peſtem, doſis gutt. iij. vel iiij. valde vtilis. Deinde fiat ſpiritus Vitrioli hoc modo. ℞ Vitrioli Vngarici optimè ſoluendo, & coagulãdo purificati & mun-

dati q.ſ. imbibe cum ſpiritu vini optimo, vt fiat quaſi paſta. Poſtea ex retorta forti igne nudo appoſito receptaculo capaci, deſtilla primo ſpiritum vini, ac inde etiam phlegma, gradibus nimirum ignis obſeruatis: tandem vrge fortiſſimo igne, donec omnes ſpiritus exierint. Refrigeratis vaſis ex Balneo à deſtillato ſpiritu primum ſeuocetur ſpiritus vini, poſtea & phlegma, reliquum verò ſpiritum Vitrioli per retortam ex arena pelle, & habebis ſpiritum Vitrioli correctum. Ex his tribus ſpiritibus fiat itaque illud Diaphoreticum Paracelſi in peracutis, hac proportione.

℞ Spiritus aquæ Theriacalis camphoratæ ℥ v.
Spiritus Tartari ℥ iij.
Vitrioli ℥ j.

Miſce & ſerua diligenter in vaſe clauſo in loco tranquillo. S. Diaphoreticum Paracelſi in peracutis. Doſis eius eſt ℨ j. in conuenienti vehiculo vel liquore, pro patientis aut morborum varietate. Eſt in infinitis grauiſſimis præſertim acutis morbis ſummũ Diaphoreticum. In epilepſia feliciter curanda excellit. Pleuriticis præſens eſt remedium, obſtructiones viſcerum ſoluit, inflammationes ſedat, venenum à corde ad exteriores partes per ſudorem expellit. Febrium æſtum compeſcit, earúmque materiam conſumit; melancholicis prodeſt. Matricem frigidam calefacit, & ſuffocationes hyſtericas ſiſtit, menſtrua prouocat, ſuperflua ſiſtit.

## *AVRVM TRANSPARENS.*

Coronidis loco pro tertio & quarto Diaphoretico adijcio aurum tranſparens, quod & perſpectibile vocant barbaro planè nomine, tum Para-

cæram ex ſulphure antimonij compoſitum; illud
eſt vitrum antimonij tranſlucidum, cui in fuſione
admiſtum eſt aurum, à qua miſtione & tranſpa-
rentia id nomen accepit. Præparatio eſt eiuſmo-
di.

℞ Auri puriſſimi ℥ß. antimonij Vngarici ℥ viij. pone in tigillo ad ignem, vt inuicem fundatur, & vbi fuſus eſt, effunde: Caue tamen ne in regulum abeat. Hanc mixturam probè probeq; contere, vt fiat puluis ſubtiliſſimus, qui calcinādus eſt eo modo, quo antimonium calcinant, quando vitrum conficere volunt, donec non amplius fumiget. Quando igitur puluerem ita fixum habes, tigillū ad ignem pone, vt apprimè candeat, vt abeat in vitrum; Poſtea paulatim eo modo puluerem in vitrum funde, & fluat tantiſper, donec vitrum hoc ſit rubeum & tranſparens, quod bacillo aliquo ferreo explorare potes. Et inuenies aurū in fundo crucibuli dimidia parte diminutum. Vitrum in peluim effunde, & habebis aurum tranſparens cum Vitro antimonij æquali pondere permiſtum. Accipe huius auri tranſparentis puluerisati ad placitum, ipſique affunde ſpiritum vini ex vino facti & optimè rectificati ad eminentiam 4. digitorum, & clauſo vaſe ſepone ad calorem digeſtiuum, & ſpiritus ex auro extrahet Tincturam rubicundiſſimam, quam ad vſus reſeruabis. Hic ſpiritus à ℈j. ad ℈ iij. vel plures exhibitus mouet ſudorē, mundificat ſanguinem ab omnibus impuritatibus & fæculentiis tartareis, ſalem microcoſmicū reſolutum, ex quo hydrops, coagulat, & phlegmata noxia ex corpore exterminat. Podagricos iuuat, & à dolore & morbo liberat, ſi præſertim cum arcano filicis fuerit

propi-

propinatus, de quo infra in ſpecifico podagrico. Dolores ex lue venereâ in perioſtiis brachiorum & tibiarum ortos mirificè tollit, ac inſuper in lue venerea feliciter curanda, præſertim in delicatis, cum decoctis mobilibus chinæ, ſalſaparillæ & guajaci multum prodeſt. Curat vlcera. In peſte & aliis morbis epidemicis magnum eſt ſolamen. Spiritus hic, nec vomitum, nauſeam, aut vllam ſedem prouocat, quod vulgaris vitri antimonij non facit, ſed cum impetu maximo purgat, quod albo calculo probè notandum.

## *PANACÆA SVLPHVRIS Antimonij.*

Panaceæ inſtar eſt ſulphur antimonij verum, cum Regulo antimonij ad dictum iam in auro transparente modum fuſo & facto, iunctum & fixatum. Habet nimirum in ſe vim hydroticā, ideóque quibuſlibet morbis ritè rectéque ex corpore expellēdis inſeruire poteſt. Præparatio eſt talis. Ex cinnabari antimonij ſuprà ad flores butyri antimonij, poſt butyrū deſtillatum cōcinnatè eliciatur ſulphur rubeum hoc modo: Fiat lixiuium fortiſſimum ex cineribus clauellatis & calce viua ana, vt moris eſt, cum quo exactè purificato prius & filtrato cinnabaris antimonij pulueriſata ebulliat per 3. vel 4. horas: lixiuium redditur rubicundū; argentum verò viuum in fundo vaſis fluit currens. Tinctum lixiuium per inclinationem ſeparatū & adhuc calidum per chartam bibulam colatū quieſcat per horas 8. vel plures, atque ita ſulphur antimonij fundum petet in forma pulueris rubei, quod à lixiuio ſeparatum, edulcorandum eſt aqua

communi ſæpius poſtea lento calore exſiccandũ. Huius & Reguli antimonij ℞ ana V.G. ℥ j. olei ſulphuris per campanã facti vel olei Vitrioli ʒ iij. digere per aliquot dies in retorta vitrea in loco calido, deinde deſtilla ex arenâ ter cohobando, vrge poſtremâ vice igne quarti gradus per 12. horas & erit totum fixum in igne remanens. Huius ℞ ℥ j. Salis ſeu Magiſterij corallorum ʒ ij. Miſce exactè & fiat puluis. Doſis à gr. x. ad xv. & xx. Repete exhibitionem ſæpius in morbis quibuſlibet, præſertim verò in morbis epidemiis & malignitatem aliquam ſecum conuehentibus. Vide etiam Practicam chymiatricam noſtræ editionis p. 14.

## VI.
## CONFORTATIVVM.

*Confortans & corroborans [a] Internum & Innatum Balſamum, clarificando & mundificando ſpiritus & Elementa omnia microcoſmi: In quo ſecundum Paracelſum non curandum, calidáne res ſit an frigida: [b] ſed arcani conſideranda vis.*

*Ita curationes, quæ corroboratione, ſedatione & mitigatione abſoluuntur, tutiores ſunt, preſtãtiores, altiores, vtpote ad Balſami Innati Naturam ac proprietates propius accedentes, & quoad fieri poteſt cum prioribus curationum Indicationibus, id eſt, cum Purgantibus, Reſoluentibus, Abluentibus, cũ Diureticis, Diaphoreticis,*

*reticis, & Mundificantibus miſceri & coniungi debent.*

*Sic Natura confortata per διαπήδησιν, ſeu inſenſibilem Tranſpirationem, ſæpè etiam Criticè* [c] *per hæmorrhagiam ſponte concitatam, materiam morbidam deponere, & exonerare, magno ægrotantis leuamine & ſalute inſperata conſueuit.*

## SAL [d] MARGARITARVM Orientalium.

*Variæ excogitata ſunt viæ* [e] *ſoluendi Margaritas, per ſpiritum vitrioli, per ſpiritum Guaiaci rectificatum: item per aquam Locuſtarum Quercus* [f] *nouellæ: ſimpliciſſima & optima videtur per acetum deſtillatum.*

*Poſt ſolutionem abſtrahitur acetum ad ſiccitatem, & Sal aqua pluuiali deſtillata, vel quod melius, Rore Majali ſupra Triticum collecto, ſolutum & filtratum denuò euaporatione ſiccescat, reiterando quinquies vel ſexies hunc laborem, donec Sal candidiſſimum habeas ab omni acetoſitate acri liberum.*

### Vſus & Vires Salis Perlarum.

*Cordiale eſt nobiliſſimum, Auro potabili in temperatura & operatione, quam proximè accedit.*

1. *In Contracturis, reſolutione Neruorum,*

*Conuulſione, & Phrenitide* [g].

2. *Corpus ſanum conſeruat* [h], *læſum priſtinæ ſanitati reſtituit, lac muliebre emendat, vtriuſque ſemen ſexus auget & corrigit* [i].

3. *In confortatione cerebri, memoriæ, & Cordis conducit, in aqua Cinnamomi, Borraginis, Bugloſſæ, Saluiæ* [k].

4. *Prophylacticum Apoplexiæ, & Vertiginis* [l].

5. *Exſiccat & conſumit omnes prauos humores* [m] *in corpore exiſtentes, è quibus Podagra, Arthritici dolores, & Febres ſolent exiſtere* [n].

6. *Contra Tabem, ariduram, & marcorem ſenilem* [o].

7. *Vtimur etiam in Hydrope ad confortationem præmiſſis generalioribus* [p].

8. *Contra Calculum ſingulare* [q].

9. *Renouat, auget & confirmat humidum Radicale, ita etiam à ſenectute debilitatis ſummopere conducit* [r].

10. *Certiſſimum præſeruatiuum contra Paralyſin bis in ſept. 10. grana in vino Maluatico* [ſ].

11. *Mitigatiuum in morbo Venereo quotidie decem grana ſumendo, idque per decem dies* [t].

12. *In Epilepſia ſingulare eſt medicamentum:*

*tum: uſus eius per 6. ſeptimanas mane & veſperi* [u].

13. *Præſeruatiuum in Podagra, quotidie 10. granis Salis utendo, & per 12. dies continuando* [uu].

14. *Fortificat humorem Vitæ & Naturam internam in omnibus membris* [x].

15. *Contra Tremorem & pulſationem Cordis* [y], *item animi deliquia in aqua Cinnamomi.*

16. *Fœtum in utero etiam fortificat* [z].

## Doſis.

*Doſis Salis à gr. 10. 12. 15. ad ℈ j. ex aquis conuenientibus, Cinnamomi, Bugloſſæ.*

*Offertur etiam in aqua Roris Majalis* [aa] *ſupra triticum, vel frumentum collecti.*

*Vel ex Aqua Rorellæ vel Roris Solis* [bb], *quæ deſtillando flaua egreditur, quod mirum eſt, ſicuti etiam Crocus facit, & Verbaſci florum ſuccus expreſſus inſolatus & deſtillatus.*

*Herba & flores inter deſtillandum flauas guttus emittentes.*

*Notandum, ſi perlæ per acetum Botrin* [cc] *reſoluantur, & edulcoratum Sal in cella ſuis menſibus in liquorem fluat, tunc huius liquoris aliquot guttæ* [dd], *miro & iucundo ſpectaculo coagulant optimum vini Alcohol in Butyrum ſciſſile* [ee].

*a* Scilicet ſpecificum generale.

*b* In confortatiuis nō ita accuratè reſpiciendum eſt ad qualitates morbi, an ille calidus vel frigidus

*c* Semper ante dies criticos natura confortanda.

*d* Sal dicitur, quia ſalis inſtar reſoluitur, ſed propriè eſt magiſterium. Magiſteria nimirum illa dicuntur, in quibus omnia ſimul manent, quod in hac præparatione margaritarum videre licet, per acetum deſtillatum. Quod ſi in hanc ſolutionem per acetum purificatum factam ſpiritus vini infundatur, paulo poſt per deliquium perlæ ad fundum deſtillantur. Spiritus nimirum aceti cum ſpiritu vini miſcetur. Tertium itaque nimirum perlæ, ſpiritibus aceti liberatæ, hac ratione viſibiliter prodeunt. Hic puluis exſiccatus facile ſoluitur, inque vola manus fluorem accipere dicitur.

*e* Perlarum præparationes inueniuntur quam plurimæ, ac imprimis earũdem ſed ad mentem autoris noſtri elaboratus ſua virtute exquiſita nõ caret. Neque verò ideo vulgarem perlarum præparationem cõtemnimus. Ex iis nimirum ſic præparatis ſunt duæ illæ compoſitiones in officinis Diamargariti nempe calidi & frigidi. Sic verò vulgo præparãtur. A ſordibus expurgatæ, aqua roſarum, caryophyllorum, meliſſæ, violarũ lotæ, porphyrio lapide ſine vllius metalli miniſterio tantiſper teruntur, donec leuigentur, eum planè in modum, quem pictores in coloribus ſuis leuigandis obſeruant. Cæterum per hanc leuigationem etiam operoſam in tam minutiſſimas particulas perlas haud redigere poſſunt, vt omnem ſuam corpulentiam depoſuiſſe videantur. Igitur eam elaborationem deſiderant & inueſtigãt chymiatri, quæ vires ſuas maximas melius exſerere poſſit nẽpe quales ſunt: Sal de quo autor, Magiſterium, Quinta Eſſentia.

Sal

Sal perlarum ſic vocatur,quia proximè accedit ad formã ſalis:nec hic nimirum ad tertium hypoſtaticum principium, quod ex hoc quoque ſale perlarum, tandem poſtquam ſulphur & Mercurius remota fuerint,elici poteſt: ſed tantum reſpiciendũ eſt ad perlarum in liquorem beneficio menſtrui ſoluentis redactarum, tandem poſt ablatum ſoluens in ſalis quandam formam habẽtis reductionem. Laudat autor pro ſoluente perlarum menſtruo acetum deſtillatum vini, quod extra rem nõ eſt; ſed neque reliqui ſucci ſunt aſpernandi. Quidam per ſuccum limonum expreſſum & Betulæ liquorem ſolutionem perlarum ſic expediunt.

℞ Succi limonum expreſſi & depurati ℔ ij.

Cum ℔ viij.liquoris Betulæ menſe Aprili collecti, in olla deuitreata leniter coquunt ad caſum ℔ vij. cui denuo addendo ℔ j. ſucci limonum primũ deſtillant, poſtea ex cucurbita bis vel ter, hoc menſtruum ſeruãt in vitro probè obſtructo, deinde perlas vino lotas & exſiccatas integras in idem emittunt, inque liquorem inſtar vini recentioris ſeu muſti ſoluunt,quem poſtea in aqua meliſſę vel alia cordiali exhibent à ℥ j.ad ℥ß. Communiſſima perlarum ſolutio eſt cum aceto; ſi ſcilicet ita proceſſum fuerit, quemadmodum autor iubet. Nonnulli ſic acetum conficiunt,deſtillant à cineribus Herbæ Kali geniculati ℔ j. (quibus fiunt lixiuia,item ſapones,item iis vtuntur vitrarij ad purificandum vitrum) ſenſim prius infuſi, propter metum ſcilicet efferueſcentiæ,aceti deſtillati optimi ℔ vj. cohobando bis vel ter: Acetũ tale fit dulce,& non admodum mordax; nec tamen magnis caret viribus: dico enim,corallia,vt & perlas,ſoluit. Ex illa

porro perlarum & corallorum ſolutione cum aceto deſtillato fiunt eorundem magiſteria, de quibus vide Tyrocinium chymicum Beguini cum notis meis lib.2.cap.19. Immiſſo nimirum in hanc ſolutionem oleo Tartari per deliquium comparato; lactеſcit ſolutio. Hac nimirum ratione perlæ & corallia ſoluta viciſſim à menſtruo liberantur & ad fundum paulatim ſubſident, ſæpius deinde decantato menſtruo ſoluente & præcipitante aqua dulci eluenda & exſiccanda. Magiſterij perlarum reſolubilis præparationem per ſuccum auri vide in praxi chymiatrica editionis Lipſenſis pag.10. Cunctis iſtis menſtruis palmam facilè præripit ſpiritus quidam ſecretus, paucis cognitus, cum ſuo phlegmate, ſi perlæ in marmore ſaltem tritæ, ſoluantur in hoc phlegmate: ſolutæ poſtea & à fæcibus liberatæ, cum pauxillo alterius ſpiritus infuſi præcipitentur in liquamen, inſtar ſpermatis, tantæ volatilitatis, vt etiam viſu dignoſcatur in auras abire. Hac via præparatum Magiſterium corallorum & perlarum, dicitur Magiſterium perlarum Butyraceum, quia butyri inſtar in ore liqueſcit, de quo infra in magiſterio corallorum.

*Magiſterium perlarum butyraceum.*

Magiſterium perlarum Riuierij Medici Regis Galliæ vide in practica chymiatrica editionis noſtræ Lipſenſis p.184.185. Summum præſeruatium arthritidis.

## *ARCANVM PERLARVM.*

Præſtantiſſimum ex perlis præparatur arcanum, quod eſt magnarum virium, idque beneficio ſpiritus ligni Guajaci, qui conficitur hoc modo. Ex ſatis magna quantitate ſcobis ligni Guajaci per retor-

*Spiritus Ligni Guaiaci.*

tam

tam ignea atenæ vel etiā nudo elicitur, ſpiritus acidus, prodeunte ſimul oleo fœtente. Hoc autem à ſpiritu eſt ſeparandum & aliis vſibus aſſeruandum (rectificandum autem eſt oleum per panem toſtum, & pauxillum Tartari omnem fœtidā emittit pinguedinem, præparationem etiā vide in practica chymiatrica noſtræ editionis pag 212.) Cum hoc ſpiritu rectificato extrahe perlarum puluerē in porphyrio rectiſſime leuigatum, reponendo in lentam digeſtionem, & extractio fit rubicundiſſima. Reitera hanc extractionem bis aut ter. Poſtea perlarum pulueres, in igne leniter calcina & viciſſim extrahe ſemper cum nouo ſpiritu Guaiaci. Poſtremo perlas fortius calcina, & idem ſal cum eodem menſtruo extrahe. Extracta omnia miſce & per alembicum in Balneo euoca phlegma, vſque dum in ſuperficie extracti liquoris apparuerit cuticula verſicolor, quæ ſignum præbet abſtracti phlegmatis, ſoliuſq; arcani ſeu eſſentiæ perlarum cum ſpiritu Guaiaci in forma coagulata quodammodo reſtitantis, quæ vix ab inuicem ſeparari poterunt. Hæc eſſentia ſeu arcanum perlarum cum aquæ meliſſæ q. ſ. ſubito ſoluitur, inque rubentem pellucidum colorem vertitur boni coloris ſaporiſque elegantis. Arcani doſis eſt guttæ vj. ad xiiij.

## *QVINTA PERLARVM ESSENTIA.*

Sal & magiſterium perlarum in medicina maximè ſunt vrina, præſtat tamen earum quinta eſſentia, quę nempe eſt interior & purior eorum ſuccus ſeu liquor per multas ſolutiones & digeſtiones tādem inde extractus. Eius modum conficiendi docet Anſelmus Bood in libello ſuo de gemmis c. 38

lib.2.pag.87.ſed cum aliquota parte deſcriptio illa manca ſit, ad amuſſim reſpondebit ſequens. Perlarum quantitas electa ſoluenda eſt in ſpiritu aceti vini, idque non aliter eſt abſoluendum quàm in autore eſt dictum: mẽſtruo aceto nimirum per deſtillationem remoto, ſal perlarum denuo in nouo aceto deſtillato ſoluendum eſt, & fæces remouendæ, abſtracto denuo per deſtillationem menſtruo eodẽ, deinceps hæc operatio ſolutionis per ſpiritum aceti & coagulationis, ſemper reiectis fæcibus, eſt peragenda, donec nullæ amplius fæces ab vltimis ſolutionibus reſtiterint, atq; ideo ipſæ perlæ ab omni immunditie liberatæ fuerint. Hinc cũ aqua pluuiali vel Rore majali ſal perlarũ purificatum eſt ſoluẽdum, & ſæpius remoto hoc menſtruo aqueo omnes ſpiritus aceti reſidui cum perlis, per deſtillationem ex cineribus auferendi, id quod oſtendit ipſius aquæ poſtremò deſtillatæ dulcedo aliqua, ſpirituum aceti ſeparationẽ factam eſſe coarguens. Huic ſali perlarũ defæcatiſſimo in phiola affunde alcohol vini rectificatum ad 2. digitorũ eminẽtiam, ab orificio vaſis bene occluſo illud ad digerẽdum pone in Balneo per 8. vel 10. dies, perlæ cum tempore eſſentiam ſuã inſtar olei ſpiſſi ad ſuperficiẽ ipſius ſpiritus vini remittunt, quã cautè ſepara, alióque alcohole vini ſuperaffuſo, æqualis temporis ſpatio digeſtione inſtituta eã toties collige, quoties viſum fuerit. Conuertitur autem totum ferè ſal, relictis pauciſſimis feculis, in Eſſentiam. Hanc de nouo cum ſpiritu vini aliquandiu circula, poſtea leni deſtillatione Balnei ſpiritũ vini ſepara & ſerua. Eadem porro perlarum eſſentia cum ſpiritu vini ex retorta per Balneũ ſeu reuerbera-

beratorium ſiccum inſtituris cohobiis tãdem omnis tranſit, maiorum virtutum propter ſummam ſuam ſubtilitatem. De vſu huius conſtat ex viribus ſalis margaritarũ. Doſis à gutt. vj. ad x. vel ad xiiij.

*f* Cymarum & ſummitatum, Newe Sprößlinge.

*g* In aqua bugloſſæ, enulæ campanæ, florum tiliæ, lilij conuallij.

*h* In vino maluatico vel aqua cinnamomi.

*i* In aqua fœniculi.

*k* In aqua cordium, cerui, apri, vel aqua cordiali Herculis Saxoniæ.

*l* In aqua lauendulæ, ceraſorum nigrorum, florum tiliæ, Lilij conuallij, epileptica Langij, Anhaldina.

*m* Et fluxiones.

*n* In aqua ſerpilli, melius in ſerpilli eſſentia vino extractâ.

*o* In aqua Tuſſilaginis, pulmonariæ.

*p* In aqua vincetoxici, chamedryos.

*q* In aqua vrticæ maioris, Raphani, ononidis, petroſelini.

*r* In aqua cinnamomi.

*ſ* In aqua herbæ paralyſis. Hoc mirifice præſtat arcanum perlarum, de quo ſupra.

*t* In aqua perſicariæ.

*u* In aqua fl. Tiliæ, pæoniæ, Felicius arcanum perlarum.

*vv* In aqua braſſicæ maioris.

*x* Cum maluatico, vel lacte muliebri.

*y* In aqua cordiali ſaxonicæ.

*z* In aqua vitæ mulierum, vel Balſamo embryonum.

*aa* Deſtillata;

*bb* Collectâ luna creſcente ſolis primo ortu.

*cc* Floreſt. Terebinthinatum, vel etiam ſpiritum ſalis nitri ſoluantur & edulcorentur, fluunt in cella menſe Iunio, Iulio, Auguſto in liquorem.

*dd* Immiſſa.

*ee* Sed in calido in formam priſtinam reſolubile.

## SAL [a] CORALLORVM.

*Eodem modo Sal Corallorum paratur, Concharum margaritiferarum* [b], *oculorum Cancri, & aliorum Cruſtaceorum lapidum* [c].

*Reſoluuntur autem omnia hæc Salia menſibus Iunio, Iulio & Auguſto demum, in cellariis, ſupra porphyrium vel vitream tabulam, in liquorem, tunc enim propter Antiperiſtaſin cellæ ſunt frigidiores: Aliis autem menſibus fruſtra reſolutionem attentabis, aut ſolitis menſibus indicatis difficiliorem.*

*Tincturam Corallorum* [d] *veram & genuinam apud neminem adhuc videre contigit: Optima enim quæ affuſione Aquæ mellis extrahi creditur, potius Tinctura Aquæ mellis eſt, quàm Corallorum. Multa enim ſunt Menſtrua, ſi ſtēt aliquandiu in digeſtione, per ſe ſponte rubeſcūt (vt in ſpiritu Terebinthinæ multoties licet rectificato videre eſt) & ita incircumſpectos decipiunt arbitrantes ſe Tincturam Rei ſoluendæ habere, cùm tamen ipſius ſit Menſtrui ſoluētis.*

*Nec*

*Nec Spiritus vini Sali Corallorum affuſus licet coloretur in digeſtione Balnei rubedinem veram extrahere videtur. Sunt qui Corallos in Spiritu Salis ſoluunt, effundendo poſtea ſolutioni rectificatiſſimum vini ſpiritum, quem ſupernatando dicunt tincturam ad ſe attrahere, & per tritorij ſeparationem & abſtractionem in B. per ſe poſtea recuperari poſſe.*

### Vſus & Vires Salis Corallorum.

*Siculti coralli mirabiliter creſcunt, ita etiam mirabilia ſunt illorum Arcana, myſteria, ſecreta & magnalia: quemadmodum enim rutilantes integri ex commentatione Paracelſi excellentes ſunt contra Phantaſiam, Phantaſmata, Spectra, Rueſtra [e], Melancholiam; ſic Sal uſu medico ſingulares virtutes etiam de ſe exhibet.*

1. *Salis Corallorum ea vis eſt & Natura, ſanguinem in vniuerſo corpore ſic mundificare & renouare; vt omnibus morbis & affectionibus, ex ſanguine corrupto ortum ducentibus, breue intra tempus ſublatis ac ſanatis, corpori veluti redintegrato, alacris priſtinæ ſanitatis vigor reſtituatur.*

2. *Siſtit omnes fluxus muliebres immodicos in aqua Plantaginis [f].*

3, *Omnes fluxus ventris [g].*

4. *Omnem ſanguinis profluentiam & re-*

*iectionem, hæmorrhoïdas* [h].

5. *Ad mundificationem vel renouationem ſanguinis in aqua Fumariæ vel Cichorij.*

6. *Siſtit putredines, roborat Cor & ſpiritus vitales, ipſumq́, tuetur à labe Veneni* [i].

7. *Confortat & corroborat Stomachum & calidum innatum* [k].

8. *Omnes obſtructiones tollit, in præcipuis membris Pulmone, Iecore, Renibus* [l].

9. *Concretum ſanguinem dirimit* [m].

10. *In vehementiſſima ſuffocatione matricis* [n], *vbi omnia irrita, item in menſtruis ſuperfluis cum aqua Artemiſiæ, Meliſſæ, Pulegij.*

11. *In Hydrope, Spaſmo, Paralyſi, Epilepſia, in aqua Cinnamomi continuando.*

12. *Contra Calculum in aqua Ononidis.*

## Doſis.

*A granis 6. 10. ad ℈ j. vel duos ratione ætatis, & ſecundum morbi vehementiam.*

*In ouo ſorbili loco Salis communis, iuſculo, vino generoſo, aqua Cinnamomi: poſſunt etiam tabellæ parari.*

## Extra.

*Sanat vlcera* [o].

*a* Ad ſal corallorum parandum eadem menſtrua, quæ antea ad perlarum ſolutionem accommodata fuerunt, proficiunt; Nec alia eſt via magiſterij corallorū, quàm quæ ante in perlis fuit. Maioris verò lucis gratia probe obſeruetur, & hæc

magi-

magiſterij butyracei corallorum per ignem magicum præparatio. ℞. Corallorum rubrorum minutiſſime pulueriſatorum q.v. ſuperfunde ignem magicum, hoc eſt ſpiritum ſoluentem ſpagyricum, ac illico bullire incipit, tanquam ſuppoſitus ignis eſſet: Color præterea rubeus in bullis apparebit, ſed qui ſubinde euaneſcit. Spiritus verò inſtar ſpumæ lactis albæ commixtus, videbitur, craſſa & fæculenta materia fundum petendo. Hunc lacteum & ſpumantem ſpagyricum ſpiritum à fæcibus auſer leniter decãtando, & in arena igne fortiori deſtilla, relicto in fundo puluere pene impalpabili: quem per rorem maialem deſtillatum aliquoties, edulcorandum & ad ſolem exſiccandum ſerua: Butyri inſtar in ore liqueſcit. Magnum arcanum ad menſtrua inordinatè fluentia corrigenda, ſtomachoque robur conciliandum in morbis diſſolutis, vt in dyſenteria, Diarrhæa & Epilepſia.

*Magiſterium corallorum butyraceũ.*

*b* Mater perlarum, Perlenmutter.

*c* Cryſtallorum, lapidis iudaici, ſilicum, Lyncis, ſpongiarum, percarum.

*d* Tincturam corallorum quamuis factu difficilem, non tamen plane impoſſibilem eſſe euincit experientia: nec quæ extractione mellis fit, potius Tincturæ mellis adſcribẽda eſt: Nam ſpiritus mellis dextre paratus ſoluit aurum per ſulphur & Mercurium calcinatum vt docet Bɛguinus in Tyrocinio chymico lib.2.cap.16. eiuſque Tincturam elicit, quæ non eſt ab auro in eodẽ ſpiritu ſoluto. Multo magis igitur tincturam corallorũ ad ſe raptam poſtea meliori menſtruo alcoholi viui nempe libens tradet. Hæc itaque corallorum Tinctura per ſpiritum mellis rectiſſimè præparatur hoc

*Tincturã corallorũ per ſpiritũ mellis.*

modo. In cineribus ex melle cum ſacculis arenâ repletis pugni magnitudine & in mel deſtillandum iniectis fit lege artis ſpiritus mellis per alembicum. Is ſupra fragmenta corallorum cum ſpiritu cum nitro prius calcinatorum fuſus coloratur ſubinde: quo decantato, ſimili modo per eundem ſpiritum mellis in Balneo lente abſtrahitur. Reſiduum in fundo manens bis terve aqua deſtillata ſoluitur, & euaporata aqua coagulatur, indeque cum ſpiritu vini Tinctura rubicundiſſima extrahitur, deinde abſtracto alcohole vini ad maiorem conſiſtentiam redigenda. Sic itaque cum ſpiritu mellis vera Tinctura corallorum extrahitur. Circumferuntur Tincturæ corallorum multiplices, nec tamen veræ, ſed tantum ad imponendum excogitatæ quæ ſanè etiam autori noſtro ſcrupulum mouiſſe videtur, cum liberè profiteatur, ſe veram & genuinam corallorum Tincturam nunquam vidiſſe. Eſt tamen ab experientiâ comprobatum, Corallia mittere ſuam Tincturam, eamque deponere in nobiliora menſtrua, modò rectè omnia fiant & cætera quoque neceſſaria iuſto ordine ac lège adhibeantur. Nos duos modos docebimus propria experientia comprobatos.

## PRIMVS MODVS TINCTVRÆ *corallorum.*

Corallia primum in aceto fortiſſimo ſoluantur; poſtea, vt autor noſter docuit, ablato menſtruo per deſtillationem ſal eorundē colligatur. Hoc ſal deinde imprægnetur aceto deſtillato tātiſper, donec nihil iſtius ſpiritus amplius in idem ſal recipi poſſit. Progrediendū itaq; hac ratione: Ad ſingulas

las libras ſalis corallorũ adde primo vice aceti deſtillati acerrimi ℥ ij. & leniter inde deſtilla, exſtillabit ſaltẽ phlegma inſipidũ. Secunda vice adde ℥ iij. aceti prioris, & viciſſim leniter deſtilla, atq; ita perge, ſingulis vicibus aceti ℥ j. adijciendum, augendo & exinde deſtillando, doqec acetum deſtillatum tã acre inde prodierit, perinde ac primò infuſum fuerit. Vide Tyrocinium cap. 3. lib. 2. de quinta corallorum Eſſentia, Beguini tamẽ proceſſus non eſt perfectus. Sal iſte impregnatus diebus 20. in Balneo calente putrefiat, & poſtea ex retorta in reuerberio clauſo ſiue Balneo ſicco deſtilletur, ita tamẽ, vt prius phlegma inutile euaporet: poſtea prodeuntes ſpiritus albicantes ſeorſim in capaci recipiente excipiantur & ita pergendum, donec omnes ſpiritus cũ oleo rubro inſtar ſanguinis prodierint. Hic ſpiritus eſt boni odoris, ardétque inſtar ſpiritus vini, eſtque denuo per retortam rectificandus remanente oleo rubro. Hoc nobile menſtruum, partim ab aceto partim ab ipſis corallijs productum, ex recentibus corallijs impoſitis extrahit Tincturam rubicundiſſimam, quæ ſi denuò ab hoc ſpiritu deſtillatione liberata, & tandem cum ſpiritu vini vel alia aqua cordiali & appropriata coniuncta, aut per cohobia cum iiſdem volatilis facta fuerit, eſt elegantiſſima corallorum Tinctura, ſuauiſſimi saporis, fragrantiſſimique odoris.

### SECVNDVS MODVS TINCTVRÆ Corallorum.

Altera Tinctura præſtantior priore, vtut menſtruum illud ex corallis Tincturã extrahat, eſt tamẽ ex aceto deſtillato potius quã ex corallis ipſis.

Hoc ergo, quia non ſincerum, inſtituto medico vix ſatisfacere poteſt. Eſt igitur alius modus perueſtigandus, quo Tinctura ex corallis elegãter extrahi poſſit; que eſt talis: Calcinantur prius corallia nõ puluerifata, ſed integra igne reuerberij primum lento, vt ſaltem viua flamma corallia in teſtis (ſcutellis terreis) in furno reuerberij poſita, ſuperficie tenus tangat. Corallia hoc modo primo gradu albeſcunt, colorémque natiuum abſcondunt. Tamdiu ergo gradibus ignis inuicem ſuccedẽtibus corallorum corpus eſt fatigandum, donec ex albedine in flauedinem, & ex flauedine in rubedinem ſummam reducantur, corpore toto reddito ſpongioſo & leui, id quod plerumque biduo vel triduo abſoluitur. Hoc igitur ſignum dum in promptu fuerit, tunc demùm corallia beneficio graduum ignis facta ſunt habilia ad propriam tincturam in aliud menſtruum deponendã. Sic itaq; præparata corallia ſi in ſpiritũ vini, vel in alcohol ſpiritus roris majalis inijciantur, paulo poſt ſponte ſua in id idem alcohol tincturam deponant, fæcibus illis ſine vlla virtute in fundo remanentibus. Tinctura igitur hæc aliquantulum mẽſtruo vini per deſtillationem inde ablato, fit rubicundiſſima cum quadam dulcedine. Eſt tantarum virium, vt poſt eius vſum aliquoties repetitum, impoſſibile ſit vllam impuritatem in ſanguine totius corporis humani ſuperſtitem eſſe poſſe. Exhibetur in vehiculis cõuenientibus à gutt. iij. ad vj. viij. & x. Hæc ſanè Tinctura corallorum Medico commendatiſſima eſſe debet ob ſtupendas eius vires, vt quæ cum ſpiritibus hominum magnam conuenientiam habet.

NB. Tincturam Corallorum in 2. part. Medullę deſtil-

deſtillatoriæ Conradi Kunradis.

*e* Eueſtrum eſt alioquin perpetuum & æternum illud in quatuor elementis mundi. Secundò, ſignificat ſpiritum Propheticum, qui per præcedens ſignum præſagit, & aliquid certi prædicit.

*f* Quercus tormentillæ, ſpermatis ranarum.

*g* In aqua vel decocto radicis Tormentillæ.

*h* In aqua plantaginis, burſæ paſtoris.

*i* In aqua borraginis, bugloſſæ, cordiali Saxonicæ.

*k* In aqua menthæ, pulegij.

*l* In aquis acetoſæ, graminis, centaurij minoris, cuſcutæ, epaticæ nobilis. Hinc factum eſt, cur autor ſupra in digeſtiuo vniuerſali ſalem vel liquorem corallorum admiſcendum eſſe ſuaſit, ad maiorem nimirum deoppilationem.

*m* In aqua chærefolij vel bellidis minoris.

*n* Si accipias Tincturæ auri cum ſpiritu mellis factæ & Tincturæ corallorum ana gr. vj. vel vij. & miſceas cum gr. vj. vel vij. Magiſterij perlarum nihil habebis præſtantius in affectibus vterinis deploratis.

*o* Aſpergendo vel etiam emplaſtris miſcendo.

LIQVORES [a] GEMMARVM, vt Rubinorum, Granatorum, Hyacinthorum, Topaſiorum, Amethyſtorum, Cryſtallorum, item & Silicum ſic parantur.

*Cum Sulphure*[b] *ter vel quater comburuntur earum pulueres*[c] *in igne Rotæ*[d], *in crucibulo*

*cum coopertulo, vltimò Carbonibus tegitur totum crucibulum: abluitur Sulphur, & faces* [e] *tritæ cum ana Salis nitri purificati miſcentur & calcinantur in tigillo clauſo in igne Rotæ vt fluant, Sal à puluere, propter corroſionem, aqua calida abluitur, poſtea pulueri edulcorato Menſtruum Terebinthinatum* [f] *affunditur, diligenter primis horis mouendo omnia, ne materia lapideſcat, ſic reſoluentur: Menſtruũ* [g] *poſtea abſtrahatur* [h] *in alembico, & Sal in fundo remanens dulcificetur aliquoties, ſemper filtrando aqua deſtillata & euaporando. Poſtea illum Salem ſupra nominatis menſibus ponito ſupra marmor in cella vinaria, vt in liquorem* [i] *reſoluatur. Fæces in fundo remanentes poſt ſufficientem Menſtrui affuſi extractionem, iterum poſſunt comburi nouo Sulphure, & pro vlteriori Extractione Salis denuo modo priori in vſum adhiberi.*

a Liquores gemmarum etiam inter confortantia numerantur; idq; non tam opinione, ceu multorum eſt opinio, quam propter ipſam naturam lapidum pretioſorum fieri videtur. Illæ nimirum ab eodem principio naſcuntur, quo reliqua metalla & mineralia. Cum iis itaq; & proprietatibus conſentaneis & coloribus, cæteriſque accidentibus correſpondent: Hinc igitur meritò eorum liquores ſiue eſſentiæ, quæ puriores ipſarũ partes ſunt, à compedibus elementaribus & durioris coagulationis

tionis ſubſtantia liberatæ, intra corpus ſumi poſſunt, melius inſtituto medico ſatisfacientes, quam ſi in integris fruſtulis, vel puluere, vel per ſe propinentur, vel cum aliis alexiteriis admiſceantur. NB. Problema de lapide Bezoardico cur eo vtamur crudo, quia nimirum leuis eſt & blandus, vt facilè abradi poſſit, in aquâ hærens aut ad lignum facilè liqueſcat.

*b* Æquali parte.

*c* Facti in mortario ferreo.

*d* Circulari paulatim admoto.

*e* Caput mortuum Gemmarum & Lapidum.

*f* Supra raphanum ſyluestrem deſtillatum.

*g* Solutione gemmarum prægnans.

*h* In arena.

*i* Quod ſi ſuper iſtum liquorem bonum vini alcohol effuſum fuerit, id ex eodem tincturam ſeu ſulphur in ſe imbibit, ſeparatq; eum à ſale ſubtus in vaſe reſtitante & natante, ſeparato vtroq; Tincturam in formam craſſiorem ablato menſtruo reduc. A ſalis vero liquore euoca ſpiritum vini, & cum recenti ſpiritu vini & aceto Terebinthinato ana deſtilla per retortam, & poſt ablatum menſtruum prodeunt ſales in forma olei.

## ACETVM RADICATVM, quod Huſerus Acetum Terebinthinatum vocabat, Verum Menſtruum omnium duriorum Lapidum.

*℞ Exempli gratia ℔ ij. vel iij.* [a] *Terebinthina, affunde vltima medietatis aceti deſtillati* [b] *libras duas, & deſtilla ſecundum artem;*

*in arena primò lento igne, donec acetum cum ſpiritu Terebinthinæ egreſſum ſit, poſtea auge ignem, & exibit oleum flauum (& aqua rubicunda acerrima, quando oleum rubrum vult ſtillare, ceſſandum eſt à labore.) Separa poſtea ſpiritum Terebinthinæ, & oleum ab aceto per tritorium, & ſolum acetum ſupra Zinziber*[c] *rectifica*[d].

*Huius aceti*[e] *parata copia in promptu habenda, cum illo enim dicto modo vna opera ſoluentur omnes lapides Paracelſi contra calculum, vt paulo poſt ſuo loco dicetur*[f].

*a* Vel ℔ iiij. Terebinthinæ, vel quod melius, craſſioris fæcis, quæ reſidet in fundo vaſis.

*b* hoc eſt, ſpiritus aceti vini.

*c* Melius eſt abſque Zinzibere.

*d* Bis vel ter, donec nullas fæces poſt deſtillationem relinquat, ſed omnino puriſſimum euadat.

*e* Fit & alio modo acetum acerrimum. ℞ Mellis optimi part. vnam, aquę fluuialis partes viij. coquãtur ſimul vſque ad medietatem, ceu in hydromelite coquẽdo fieri alias ſolet, poſtea vaſculo inde, & per ſuperius foramen in linteo ſuſpende farinæ ſeminis erucæ q. ſ. relinque in calido, vel ſoli expone, donec deferueat, fit paulatim acetũ acerrimum, quod deſtillatum etiam ſilices reliquoſque lapides etiam ſine vlla præcedente calcinatione ſoluit, aliis quoque vſibus accommodatum.

*f* Poteſt etiam phlegma ipſius Terebinthinæ per ſe cum ſpiritu deſtillato aſſeruari, aliquoties

recti-

rectificari, & tandem cum forti aceto deſtillato coniungi, ad ſimiles operationes ſolutionum ſuſtinendas, ſed prior modus potior eſt & melior.

## OLEVM CINNAMOMI.

*Oleum Cinnamomi* [a] *legitimè præparatum, inter efficaciſſima confortantia Spagyrica referri poteſt.*

*Et licet eius præparandi modus cuiuis in Chymicis exercitato ſit obuius: hic tamen obiter admoneo, aromata deſtillanda in puluerem non eſſe redigenda, vt quidam præpoſterè facere ſolent, ſed tantum in fruſta confringenda, modicumq́ contundenda, alioquin dimidio minus tibi olei ſuppeditabunt, vt periculo facto aliquoties ſum expertus.*

*Hac via maior olei copia haberi poteſt, quàm vulgaribus deſtillationibus.*

*Confractum ſelectiſſimum Cinnamomum in retortam vitream immittas, & in Balneo vaporoſo* [b] *deſtilles, tunc exit Aqua & oleum* [c] *ſimul: Illam Aquam recenti ligno affunde & perge in deſtillatione* [d], *quam continuaueris aliquoties dicto modo, habebis magnam copiam Aquæ & olei, fæces* [e] *in fundo omnino aridas, ſubnigras & inſipidas.*

Vires & Vſus.

1. *Omnia principalia membra corporis con-*

*fortat, inprimis Ventriculum frigidum, Cor, & Cerebrum, anhelituſq́; fœtorem abigit, eiuſq́; ſuauitatem inducit* [f].

2. *In vniuerſum Balſamo Naturali (ſicuti etiam oleum Caryophyllorum) reſpondet, intus putrefactionem arcet: Extrinſecus omnia recentia Vulnera ſeu vlcera conſolidat* [g].

3. *Tollit Tuſsim frigidam, & Capitis dolorem* [h].

4. *Cor exhilarat & omnia membra confortat, ſi illo inungantur* [i].

5. *Prouocat menſes* [k].

6. *Partum promouet* [l].

7. *In deliquiis animi ſingulare eſt medicamentum, ſicuti etiam Croci Eſſentia, per aquam Vitis* [m] *extracta, ſumma eſt medicina, vbi aliquis quaſi ad deſperationem* [n] *è nimia triſtitia venit.*

## Doſis [o].

2. *vel 3. guttæ è vino, aqua meliſſa, vel alia ſpecifica.*

*Hâc viâ ferè ex omnibus aromatibus Olea elicere poteris longè efficaciora & ſubtiliora, quàm vulgari viâ præparata: è Caryophyllis ſcilicet, Nuce muſcata, Macere &c.*

*Hæc olea ſi in vſum medicum adhibere volueris, fiat hoc aluo aperta, & grauidis* [p] *vltra guttam non offerenda: Vſus Olei Cinnamomi conue-*

*conuenientior hyeme, quàm æſtate.*

*Fuerunt qui mediantibus hiſce Oleis aromaticis Calci auri* [g] *peculiariter præparato extraxerunt eſſentiam coloratam magno ægrotantium iuuamine in vſum medicum adhibitam.*

*a* Præſtantius eſt oleum ex caſſia lignea vera, malè à quibuſdam inter canella & cinnamomum relata. Habet nimirum in ſe lentorem quendam & mucilaginem, ipſa maſticatione deprehenſibilem; quæ in cinnamomo non deprehenditur; præterea ſapor eius cum acumine fortiori, & magis oleaginoſo: quamobrem oleum quoque, ex ea deſtillatum, fortius, maioríſque virtutis eſſe, maximè conſentaneum eſt.

*b* Reuerberio ſicco.

*c* Quod ſi in fine igne fortiori vrſeris, oleum quidem fœtidum prodibit, ſed tamen ab empyreumate, ad eundem modum, quem ſuprà in oleo Tartari fœtido autor dixit, liberatur. Eſt præſtantiſſimum vulnerarium, quodlibet vulnus ſiue recens, ſiue vetus citiſſime ſanans. Multo autem magis id fit in Caſſia cum mucilagine.

*d* Hoc eſt, corticibus recentibus cinnamomi, præmiſſa digeſtione in calido.

*e* Sali conficiendo perquam vtiles, ſi cum ſulphure fæces calcinentur fit cryſtallinum.

*f* Cum vehiculis conuenientibus & appropriatis.

*g* Si ſcilicet ſic deſtillatum, aliàs ſi cum vino acre & corroſiuum.

*h* In tabulis bechicis.

*i* Hinc quidam id membris arthriticis inungunt.

*k* In aqua artemiſię vel ſaluię, pulegij, fl. cheiri.

*l* In iiſdem prædictis aquis.

*m* Menſe Martio collectam ex putatis vitibus, & iterum deſtillatum.

*n* Et in Melancholia Hypochondriaca.

*o* Doſis à guttis iiij. ad viij.

*p* Propter obſtructionem earundem.

*q* Detegenda eſt hic nonnullorum empiricorum verſutia & impoſtura, dum cum oleis aromatum præſertim deſtillatis aurū potabile (putabile potius) fabricare conati ſunt & ſtudent adhuc; vt eiuſmodi ſtelliones à veris Doctoris chymiatricis & Medicis quilibet vir bon⁹ diſcernere valeat. Thurneiſſerus & poſt eum Huſerus, ac ab illis aliquot multi cum oleis aromatum deſtillatis, inprimis vero oleo cinnamomi, caryophyllorum, thymi & Tiliæ, cum oleo camphoræ, quod vocabant, limaturam ſolis, vel eius calcem in coloratam eſſentiam quādam redigebant, ac pro auro potabili magno pretio vendebant. Sed falsò. Proceſſus eſt talis: Cāphora prius electa ſoluatur in aqua forti, ex nitro & alumine ana factâ, ac paulo poſt innatabit aquæ cāphora, inſtar olei flaui; quod ſæpè ſeparandum & ſeorſim ſeruandum eſt. Deinde ſint in promptu olea caryophyllorum, cinnamomi, thymi, & tiliæ, ac inſuper calx ſolis ſubtiliſſima.

*Aurum potabile falſum.*

Igitur ℞ olei caryophyllorum ℥ v.
Cinnamomi.
Thymi ana ℥ ij.
Tiliæ ℥ j.
Olei camphoræ per aquā fortē ſoluti ℥ iiij.

Calcis

Calcis ſolis ſubtiliſſimæ ℥ iv.

Hæc ſingula ſigillatim in ſuis vaſis ſtituantur præſentia: celeriter enim res expedienda eſt: in promptu inſuper ſint duæ conchæ vitreæ ſatis capaces, quæ, ad miſcendum ſuperiora, probè terſæ & idoneæ ſint. Vna concha capit oleum camphoræ: in hoc calx ſolis immittatur, & ſimul oleum caryophyllorum infundatur, ſtatim omnia feruere & ebullire videbuntur. Extemplò itaq; ex illa conchâ in alteram; hinc inde tranſvaſando, totũ mixtum fundatur, ac refundatur, vt, cum incaleſcere & ebullire viſa ſint, calx ſolis ſimul cũ illis miſceatur, & inter bulliendum quaſi ſoluatur: fiũt enim omnia rubicundiſſima, & craſſa, inſtar ſanguinis. Dũ hæc tranſvaſando perficiuntur, deinceps etiam reſidua addantur olea, ac, identidem tranſvaſando, miſceantur omnia diligenter. NB. Conchæ vitreę, quemadmodum & olea ad hanc operationem requiſita, debent planè eſſe ſine omni phlegmate aquoſo; alioquin res ipſa nõ ſuccederet Hanc igitur compoſitionem Turnheiſſerus pro magno ſecreto habuit, & admodum carè vendidit, ſcilicet ℥ß. pro 18. Imperialibus. Atqui Philoſophus Hermeticus hanc empiricam & craſſam operationem vituperio dignam exiſtimat: eſt enim fallax & nimis à veritate aliena. Camphora quidem ab aqua forti redigitur in oleoſum liquorẽ: ſimul enim ſpiritus illius aquæ fortis in ſe continet: oleum itaq; reuera non eſt. Iam igitur quando miſcetur liquor hic cum cæteris oleis pinguibus, fit mutua ebullitio, quæ nõ aliunde eſt quam à ſalium aquæ fortis ſpiritibus, aliàs ſimili modo cũ aliis oleis, propter contrariam naturam pugnãtibus: parum itaque ac

fere nihil de Sole ſimul ſoluitur; aut, ſi quid ſoluitur, id à nullo oleorum fit; ſed merè ab ipſis corroſiuis ſpiritibus, inuicem ab oleis incaleſcentibus. Præterea eadem olea, ſine calce Solari inter ſe, eo vt diximus modo, confuſa & miſta, deinceps craſſa fiunt & rubent: hæc igitur rubedo eſt ab ipſis non protinus ab auro. Quid itaque de iſtiuſmodi fucis boni ſperandum ſit, modò liquet. Veriſimile igitur eſt autorem noſtrum parum & nihil hiſce attribuendum, obiter ſaltem monere voluiſſe, nec tantam ſtultitiam defendere.

## ELIXIR [a] PROPRIETATIS PARACELSI.

*℞ Myrrha Alexand.*
*Aloës Epat.*
*Croci Orientalis [b] ana ℥ iiij.*

*Pulueriſentur omnia diligenter, & in vitrum indantur humectãdo optimo Spiritu vini Alcoholiſato, poſtea affunditur rectificatum oleum Sulphuris per campanam factum (præparetur illud oleum è Sulphure flauo vel ſubgryſeo, tempore pluuio [c], ſic maiorem copiam habebis) ad eminentiam 4. digitorum ponatur in digeſtione & circulatione per duos menſes [d], tandem quòd tinctum & extractum fuit per inclinationem ſepara, materiæ in fundo reſtãti bonum Spiritum vini affunde, & circulando per menſes duos iterum coloratum extrahe, ſepara;*

*ſepara, ac priori liquori colorato miſce. Fæces in fundo lentè* [e] *deſtillentur, quod primum egreditur, addatur ſuperiori Tinctura, & ita per menſem adhuc ſine deſtillatione* [f] *circulentur. Sapor eſt ſuauis, non amarus, multo minus Empyreuma ſapiens, vt fieri ſolet vulgariter deſtillando.*

*Diligenter obſeruandum, materiam primo irrorandam Spiritu vini* [g], *vt fiat quaſi paſta, & demum oleum Sulphuris affundendum, alioquin tota materia in nigredinem* [h] *comburetur, id quod Paracelſus ſtudiosè occultauit.*

## Vires & Vſus.

*Balſamum priſcorum eſt, vt Paracelſus ait, tenuium prorſus partium calefaciens, & ſiccus, ſicq; à putrefactione conſeruans. Eſt perfectum Elixir, in eo ſunt omnes virtutes Naturalis Balſami, & virtus conſeruatiua maxima, præcipuè in ſenibus.*

1. *Miranda in affectionibus Thoracis & Pulmonis præſtat* [i].

2. *Aduerſus peſtifera Luis contagia populatim graſſantia, aëremq; corruptum mirè efficax* [k].

3. *Humores Ventriculi diuerſos educit* [l], *ſtomachum cum inteſtinis confortat, & à doloribus præſeruat* [m].

4. *Hecticis, Catharroſis & Tuſſientibus in*

*genere ſubuenit, & pectus mundificat* [n].

5. *Capitis & Stomachi refrigerationi prodeſt* [o].

6. *Hæmicraniam & Vertiginem curat* [p].

7. *Oculorum caliginem depellit* [q].

8. *Cor & memoriam confortat* [r].

9. *Paulatim Pruritum, dolorem item Iliorum & Coſtarum leuat* [ſ].

10. *Calculos Renum rumpit* [t].

11. *Quartanam curat* [u].

12. *A Paralyſi & Podagra præſeruat* [uu].

13. *Intellectum & omnes ſenſus acuit* [x].

14. *Melancholiam aufert, & lætitiam adfert* [y].

15. *Senectutem fortiſſima iuuentutis conſeruatione arcet, ac canitiem retardat* [z].

16. *Vitam ex nimia cibi & potus ſumptione abbreuiatam prolongat* [aa].

17. *Vulnera & vlcera interiora breui conglutinat tempore* [bb].

18. *Omnes demum tam calidas, quàm frigidas infirmitates occulta quadam proprietate curat.*

## Doſis.

*A 6. ad* 10. *&* 12. *guttas in vino vel aqua conuenienti & ſpecifica.*

a Elixir in genere eſt medicina ſanans omnes morbos humanos, & auferens à metallis imperfe-

ctis

ctis impuritatem. Elixiria ſunt ſpecies chymicæ ex pluribus diuerſi generis ſimplicium ſpeciebus compoſitæ. Talis ſpeciei eſt Elixir Proprietatis, quod Paracelſus ita vocat Archidoxeos lib. 8. titulo 6. Elixirios. Cur autem à proprietate hoc elixir appellet, videtur in promptu eſſe ratio. In eo nimirum maximè reperire licet naturales Proprietates harmonicas ad efficiendum id, cui proximè deſtinatum eſt. Hæ facultates igitur non conciliantur ingredientibus in hoc elixir, à præparatione, ſed potius ſunt ingenitæ iiſque propriæ, felicius tantum ſeſe exſerentes, quando dextra acceſſerit extractio, de qua recte autor noſter præcipit. Paracelſus nimirum eiuſdem deſcriptionem aliquantulum mancam reliquit.

*b* Præſtat crocus Vngaricus vel Auſtriacus; quia facilius abſque impoſtura habetur.

*c* Vel in cella.

*d* Ita ſunt verba Paracelſi 8. archidox. Vide Phytopæum in vincetoxico.

*e* Per Balneum ne empyreuma redoleant.

*f* Vaſe bene clauſo.

*g* Imprægnatur Angelica, Valeriana, Enula, zedoaria, Petaſitide & Pimpinella.

*h* à ſpiritu ſulphuris in myrrham & aloen propter pinguedines ſuas agente.

*i* In aqua tuſſilaginis, hyſſopi, pulmonariæ, ſcabioſæ.

*k* In aqua Vlmariæ, Vincetoxici, Valerianæ, &c.

*l* abſtergendo.

*m* in aqua menthæ, pulegij, vino abſinthiaco, maluatico.

*n* in aqua betonicæ, potius tamen in arcano tuſſilaginis.
*o* in aqua zinziberis, ſpiritu calami aromatici.
*p* in aqua borraginis, bugloſſæ.
*q* in aqua fœniculi, euphraſiæ, rutæ, chelidonij, valerianæ.
*r* in aqua magnanimitatis, florum anthos vel potius eius arcano.
*ſ* in aqua florum ſambuci, chamomillæ, prunorum ſylueſtrium
*t* in aqua ſaxifragiæ, ononidis, petroſelini.
*u* in aqua naſturtij aquatici, vel decocto raparum.
*vv* in aqua herbæ paralyticæ, chamedryos.
*x* in aqua magnanimitatis.
*y* in vino maluatico, vel vino meliſſæ.
*z* in aqua cinnamomi.
*aa* in ſpiritu granorum iuniperi.
*bb* eorumque mala auertit in aqua veronicæ.

## BALSAMA CONFORTANTIA
## beneficio ceræ inſpiſſata.

*Quia Olea Aromatica forma liquida propter effuſionis periculum, aut vitri rupturam, ſatis aptè & commodè circumferri non poſſunt, cœperunt Chymiatri cogitare de modo inſpiſſandi, ita vt illorum varia pixidibus ſtanneis aut argenteis, ſed probè inauratis, eò commodius circumferri, & vrgente neceſſitate ad manus eſſe poſſint.*

Ad

*Ad illa autem conficienda ſatis ſit hac vice ſolertibus ſaltem innuiſſe, requiri ad cuiuſq; præparationem tam Oleum deſtillatione prolectum, quàm Tincturam per S. v. Alcoholiſatum extractam & inſpiſſatam per ſeparationem ab eodem Spiritu: Item Salem poſt incinerationem miniſterio Aquæ ſuo capite mortuô prolectum: Medium, quod iuſtam conſiſtentiam dat, raſuram eſſe Ceræ albæ ſæpius in aqua Roſarum coctæ, vt acredo tollatur, nec vllam ſaporis alienam qualitatem referat: Hæc omnia ſi debito & Chymico artificio miſceantur, habentur odorifera Balſama aromatum & vegetabilium, tam pro externo illitu, & inunctione Narium & Temporum, quàm pro internô vſu efficaciſſima, ſecundum ſimplicium vſum & proprietatem.*

a Balſama confortantia nihil aliud ſunt, quàm olea aromatica cõpoſita, aliarum rerum additione, quæ inſtar baſiũ ſunt, ſpiſſiora facta, vt ſcilicet rectius circumferri & retineri poſſint. Cæterùm ad horum balſamorum compoſitionem an certum pondus principiorum per omnia obſeruari debeat, vel etiam poſſit, controuertitur. Nos negamus. Quædam nimirum ſicciora ſunt, habéntque Tincturam planè aridam, quale eſt cinnamomum: quædam habent Tincturas oleoſiſſimas, vt nux Moſchata, Macis, fœniculum, aniſum, Caryophylli: quædam mediocrem obtinent naturam, vt

Zingibet. Prout igitur naturæ ſunt vel ſiccioris & aridioris. pro eo etiam olei pondus variat. In genere verò tantū baſis conſiſtentis admiſcetur, quantum ſufficit ad olei coagulationem, quo poſtea cū tinctuta eò felicius permiſceri queat. Exempli gratia in balſamo fæniculi, hæc ponderum ratio.

## BALSAMVS FÆNICVLI.

℞ Tincturæ Fæniculi ex ſemine per ſp. vini factæ ℥ iij.

Ceræ albæ ʒß.

Olei Fæniculi ʒ ij.

Ceram optimè mundatam, & raſam tenuiter, leni calore ignis funde, fuſæ adde oleum, & extra ignem ſpatula ferrea agitando miſce, donec conſiſtat; adde poſtea Tincturam cum ſpiritu vini extractam, & iterum miſce. Cùm omnia iam ad conſiſtentiam ſuā perductæ fuerint & refrixerint, adde ſalis fæniculi ad ſingulas vncias totius cōpoſiti ʒß. quæ faciunt ʒ ij. atque ita ſeruetur vſui. Quia vero cera per vetuſtatē rancida fit, & hinc talibus compoſitionibus ingratum ſaporem conciliat, inſuper naturæ emplaſticæ & eſſentiæ craſſæ perſpirationem prohibentis Galenus lib. 7. de medicamentorum facultatibus, ideo & poros claudat, clauſis verò poris, ſterilem balſamorum operationem ſubſequi neceſſe ſit; & ſterilem operationem non niſi effectus ſterilis ſubſequatur, in compoſitione horum balſamorum cera videtur inutilis, vt igitur hæc omnia euitentur, prudentes medici ex oleo Nucis Moſchatæ expreſſo per ſpiritum vini Tincturam extrahunt, donec corpus albiſſimum reſiduum fuerit; Quod cum planè inſipidum nul

liúſ

liúſque qualitatis peregrinæ capax ſit, id loco ceræ vel mannæ ad conſiſtentiam balſamis conciliandum ſumunt, oleo nempe & tinctura aromatum, cum eorūdem ſale, in iſtud magma immiſtis. Alij craſſamentum ſumunt, quod poſt expreſſum oleum ex nuce moſchata relinquitur & ſpiritu vini extrahunt, procedunt vt iam dictum. Ad Balſamorum ex vegetabilibus confectionem maximè conducit medulla ex oſſibus ceruinis ſumta & eliquata ac poſtea ſepoſita: Hæc poteſt eſſe baſis genuina etiam & maximè conueniens ad oleorum & principiorum impaſtationem.

Balſami cinnamomi deſcriptionem & vſum vide in Practica chymiatrica editionis noſtræ veteris Lipſenſis p.18.

## AMBRA ESSENTIFICATA.

Septenarium cōfortatiuorum ab autore noſtro poſitorum claudat ambra rectificata, cuius vſum ſæpe laudauit Imperator Rudolphus: eam verò compoſitionem accepit à Regina Angliæ Eliſabetha, cui in vſu magno pariter eadem fuit. ℞ Ambræ Gryſeæ puræ & probæ partes viij. Moſchi odoratiſſimi p. 1. & pauxillum ſachari candi albiſſimi, omnia pulueriſentur, poſtea ſupra marmor cum ſpiritu roſarum ardente, de quo Tyrocinium lib. 2. cap. 2. ſub titulo aquæ Roſarum ardentis, terēdum inuicem & quidē diutius, ſæpius aliquid de ſpiritu Roſarum ardente affundendo, vt totum fiat inſtar pulmenti. Hoc reponatur ad vitrum diligentiſſimè clauſum, ac ſubtus terram in æſtate defodiendo, ſerua per menſem, vel ſeſquimenſem, donec totum fiat homogeneum. Hunc denuò cum nouo

ſpiritu Roſatum terendo diſtempero, & rurſum priori modo, repone, poſtea omnia ad vſum reſerva. Doſis eſt inſtar piſi minoris in liquore vinoſo. Omnium viſcerum confortatiuum ſummum: imprimis verò vim generandi vnicè promouet; vide infra ſpecificum venereum ex ſatyrione & pane.

Spiritus fuliginis deſcriptionem & vſum vide in Practica chymiatrica noſtræ editionis p. 18. 19.

Auri potabilis Anglici, Liquoris hyacinthi deſcriptio & vſus extat in Practica chymiatrica editionis Lipſienſis p. 21. 22.

# VII.

# ANODYNVM [a], MITIGATIVUM, Somniferum, Sedans.

*MVlti ſunt morbi, qui abſque Anodynis ſanari non poſſunt. Ergo in omnium morborum curationibus, vbi dolorum comites vigiliæ, viriumq́ reſolutiones adfuerint, Anodyna intrinſeca appropriata poſſunt adminiſtrari, vt ablatis ſymptomatum ipſis radicibus pernitioſorum cruciatibus, amica quies Naturæ reddatur.*

*Somnus enim eſt arcanum in medicina, ſupra omnes gemmas & Lapides pretioſos: Et qui in arcanum ſomniferum à vera Eſſentia ſumptum (quando videlicet morbi inimici quieſcentes intempeſtiuè à ſomno excitati ſunt) po-*

teſt

teſt Naturæ egenti commodè applicare, magni-faciendus eſt apud ægrotum medicus.

## LAVDANVM [b] PARACELSI LAVDATISSIMVM.

℞ Opij Thebaici [c] ℥ iij.
Succi Hyoſcyami debito tempore collecti, & in Sole prius inſpiſſati ℥ j & ß.
Specierum Diambræ & Diamoſchi fideliter diſpenſatorum ana ℥ ij. cum dimidia.
Mumiæ Transmarinæ ſelectæ ℥ ß.
Salis Perlarum,
Corallorum ana ʒ iij.
Liquoris Succini albi per Alcohol vini extracti.
Oſſis de Corde Cerui ana ʒ j.
Lapidis Bezoartici.
Vnicornu animalis vel mineralis ana ʒ j.
Moſchi
Ambræ ana ℈ j.
In defectu genuini auri potabilis nullis corroſiuis inquinati addantur
Oleorum Aniſi
Carui
Arantiorum
Citriorum
Nuciſtæ.

*Caryophyllorum*
*Cinnamomi*
*Succini ana gutta xij.*

*Fiat ex his ſecundum artem Chymicam maſſa ſeu Extractum, è quo ad neceſſarios vſus poßint pilulæ efformari.*

## OBSERVATIONES IN præparatione Laudani.

1. *Radices & cortices Hyoſcyami iuniores, recentes, ſucculenta, exteriores, (abiecto interno trunco lignoſo) colligantur Sole & Luna exiſtentibus vel in Ariete vel in Libra ante plenilunium, alij colligunt, ſi fieri poßit, in ipſa hora, quando Luna in dictis ſignis renouatur. Expreſſus ſuccus deſpumatus, & filtro traiectus in loco calido coagulatur ad ſpißitudinem mellis, & poſtea in ſole indureſcit, ab hoc ſpiritu vini Tinctura extrahitur.*

2. *Opium purgetur prius in liquore Hyſſopi, vel aqua deſtillata* [e]*, vt cum Aloë fieri ſolet, poſtea extrahatur etiam ſpiritu vini* [f]*.*

3. *Succus Hyoſcyami & opium (antequam miſceantur reliquis prius in digeſtione reijciant ſua ſulphura & venena) noxia (quod ſpumæ inſtar ſuperficiem petit) inde enim tam varia & calamitoſa proueniunt ſymptomata illis ægrotantibus, qui Opio & Hyoſcyamo non debitè*

debitè defæcato vtuntur, quod à pauciſſimis hactenus animaduerſum, hîc quoque Rempub. Chymicam celare nolui.

4. Extrahenda extrahantur ſpiritu vini rectificato, quo diutius poſtea inuicem digerantur, eo potentior etiam erit operatio.

5. Pro mulieribus & hyſtericis propter ſuffocationē matricis Ambra & Moſcus omittantur in compoſitione vel ad ſupprimendū odorem, aliquot grana Caſtorei addantur ad doſin vnam, antequam mulieribus exhibeatur.

6. Faces Opij, Hyoſcyami, ſpecierum Diambra &c. poſt Tincturæ extractionem calcinantur, & ſal ſecundum artem extractum miſcetur circa finem integræ compoſitioni.

7. Ab omnibus illis, quæ ſpiritu vini extracta ſunt, tandem poſt digeſtionem duorum menſium, ſpiritus vini in Balneo iterum abſtrahatur ferè ad mellis conſiſtentiam, & tum demum Sal perlarum, Corallorum, Mumia trita, Lapis Bezoar, Vnicornu ß, Os de Corde cerui, Moſchus, Ambra pulueriſata miſcentur: Et quia Olea deſtillata difficulter Extracto miſcentur, & ſemper ſupernatare ſolent, omnibus Oleis nominatis in vitro prius inuicem mixtis aliquot guttæ ſpiritus vini affundi ſolent, & diligenter commiſceri, ita inuicem vniuntur, & poſtea facile

*permiſcentur toti compoſitioni, quæ tandem in lentiſſima cinerum digeſtione in alembico cæco per menſem maioris efficaciæ & operationis ergo fermentari poterit.*

*a* Anodyna communiter ſunt parergorica, quæ cùm dolorem tollunt, doloris verò & cruciatuum paſſiones enormes leni introducto ſomno plerunque conſopiuntur, ac ſæpe etiam dum quieſcit cũ corpore morbus, ſimul dolorum cauſæ extirpantur: tantum nimirum ſitum eſt in mitigationum momento. Quicunque igitur eſſentiale anodynum ritè rectéque præparatum, ipſi naturæ conuenienter applicare poterit, is meritò gaudebit ſe inſtructum eſſe theſauro Attalico, poſſidere Panacæam, ad obliterandum quoſcumque dolores tam internos quàm externos & cruciatus. Ad id nimirum in acie nouaculæ, tanquam ad ſacram ſalutis anchoram confugere poterit, nec colica, lumbago, cardialgia, delirium, vigiliæ, febrium inquietudines, vomitus, pleuritides, arthritis, calculus, catharrus, vteri ſuffocatio, Morbus comitialis, ſeu Herculeus, aliiſque quam plurimi morbi repugnabunt. Laudani deſcriptiones circumferuntur infinitæ, & peculiares ſunt, peculiaribus, nihil niſi quod ſuum eſt, crepantibus. Paracelſus lib. 7. Archidox. Specificum anodynum deſcribit, quod plerique imitantur, paucis immutatis. Semper nimirũ baſis totius compoſitionis eſt opium, licet non ignoremus, Paracelſo etiam aliud fuiſſe Laudanum; ſed metallicum, ex auro factum, cuius tamen compoſitionis nullibi facit mentionem. Autor noſter à Paracelſi Laudano non eſt omninò alienus, neque id etiam imme-

immeritò. Verum verè Laudanum laudatũ, illaudatam Hyoſcyami tincturam in familiam ſuã ſuſcipere debeat, ſemper ego dubitaui. Rationes ſufficientes expoſui, in tractatu de opio Laudanoque opiato, & in notis meis ad Tyrocinium chymicum à Gluckradio editis lib.1. c.9. de extractis, quæ quia ſatis prægnãtes, & dignæ ſunt, quæ à ſtudioſo confectionis Laudani obſeruentur, eadem omnia hic ſibi repetenda cenſeant Domini collegæ. Itaq; nec autoris deſcriptionem citra aliquam noxam, vtut alioquin diligentiſſimè propter alia ingredientia conſarcinata ac propterea ſalutaris eſſe videatur, iudicare poſſunt. Quin & etiam ipſum opium à fœtido ſulphure *ναρκωσιν* exquiſitè poſſidente, licet in liquore vel aqua hyſſopi lauetur, aut etiam cũ ſpiritu vini extrahatur, non liberatur. Itaq; ſatis eſt, id bene prius corrigere, & poſtea alij ſucco cũ paucis miſcere, de quo ſanè ſatis prolixè in allegato noſtro Tractatu, & notis ad Beguini Tyrociniũ.

## *ANODYNVM SPECIFICVM Paracelſi.*

Anodynum ſpecificum ad mentem Paracelſi in Archidoxis exſtat; eius deſcriptio eſt ſequens. Fiat primo aqua ex ſpermate ranarum, ceu docet autor noſter infra in ſperniola compoſita. ℞ Huius deſtillatæ aquæ, ſucci aurantiorum acidorum vel etiam limonũ ana ℥ vj. opij Th.baici crudi (melius tamẽ à ſulphure ſeparati) ʒ j. Cinnamomi, caryophyllorum, croci orientalis ana ℥ß. ſtent per menſem in ſole vel fimo equino pro maceratione, poſtea cola per expreſſionem, deinde per chartam colatam aromatiza cũ Ambræ ℈iv. Moſchi ℈ß. Se-

lutionis vel ſalis coralloru͂, perlaru͂ ana ℥ß. Ex remanentiis in cinerem redactis fiat ſal, qui admiſceatur. Serua pro vſu interno. Doſis à ℈ j. ad ℈ iij.

*b* Laudanum dicitur, quod Laudatum ſit medicamentum, ob inſignes ſcilicet effectus eius & operationes, quas in grauiſſimis morbis & atrociſſimis ſopiendis doloribus magno cum fructu experimur. Nepenthes etiam dicitur, quod luctum ſedet.

## *LAVDANI OPIATI SINCERA deſcriptio.*

Laudani opiati cum opio (eſt nimirum laudanum etiam ſine opio, & tamen anodynum, à ſulphure nimirum vitrioli, de quo paulò poſt) cópoſitio ſincera & facilis mihi vſitata eſt hæc. ℞ Opij Thebaici, ſinceri, tenacis nec emarcidi q.p. ſcinde in particulas ſeu bracteolas paruas & tenues, ac in ſcutella vitrea igne lento arenæ vel cineru͂ exſicca tantiſper, donec ſponte ſua & cum digitis in puluerem comminui poſſit, ac bene & aromaticè oleat, ab initio nimirum groſſum & fætidum ſulphur valde fætet. Ablato ſeu euaporato hoc fætido ſulphure, in quo omnis cóſiſtit vis narcotica & ſtupefactiua, extrahe cum aceto deſtillato opium correctum, ſuperfundendo illud ad ſupereminentiam v. vel vj. digitoru͂, & aliquandiu in calido relinquendo; Acetum coloratum à fæcibus per filtrum traijciendo ſepara, rurſumq; recens acetum fæcibus affunde, id quod repetita digeſtione colore rubicundo tinctum fuerit, denuo priori modo ſepara, & vlterius ab extractione ceſſa, acetum coloratum

ſoratum omne in Balneo deſtilla vſque ad mellaginem ſeu extractum ipſius opij. Huius ſi fuerit ℥ j. adde Magiſterij vel ſalis corallorum & perlarum, de quibus ſupra de ſpecificis confortatiuis, ana ʒß. extracti croci cum ſpiritu vini facti ʒ ij. Miſce omnia diligenter & ſerua: in fine addi poſſunt aliquot guttulæ olei caryophyllorum. Hoc laudanum eſt penè inculpabile & ſecure ſine omni alicuius peregrinæ affectionis metu poteſt adminiſtrari; id quod ſanè de vtraque autoris noſtri compoſitione vtut induſtriè admodum concinnata ſperare vix licet. Doſis à gr. ij. ad iiij.

## VSVS LAVDANI OPIATI.

Vſus generalis laudani opiati eſt: 1. Dolores omnes ſedat. 2. Somnum inducit. 3. Omnem fluxionem ſiſtit. 4. Ardorem conſumit. 5. Naturam confortat, &c. Vſus ſpecialis in delirio, phrenitide, febribus, pleuritide, vomitu & arthritide, lumbagine, vteri ſuffocatione, morbo comitiali &c. vno die, niſi ſummus dolor efflagitet, bis dari non debet. Crollius ter exhibet, veſperi, media nocte, & manè. Vide Practicam Chymiatricam pag. 23. 24. 25. &c.

## LAVDANVM SINE OPIO.

De Laudano, quod nullum capit opium, & tamen anodynum eſt, à ſulphure vitriolato anodyno fixo, (quod ſe vidiſſe negat autor infra de ſpecifico ſtomachico) multa tum apud Quercetanum, præſertim in cōſilio de nobili virgine, tum etiam apud Libauium in ſyntagmate arcanorum dicuntur & enarrantur, veriſimile tamen mihi eſt, neutrū ipſo-

rum ipſius præparationis modum, multo minus e̋legantem inde compoſitionem laudani præſtantiſſimi; & ex eodem aliorum duorum, quorum vnum eſt Epilepticorum, alterum matricis ſuffocationum, ſciuiſſe. Ego ne videar id ipſum inuidiſſe vel occultaſſe, facillimum & veriſſimum modum præparandi ſulphur vitrioli anodynum docebo, & quomodo deinceps cum eodem alia duo Laudana excellentiſſima fiant candidè explicabo.

♃ Limaturæ Martis puriſſimæ ſine omni puluere part. i. Vitrioli Vngarici cærulei, aut Vitrioli Veneris de quo infra in ſpecifico ſtomachico, partes ij. tere & miſce omnia diligẽter, imbibe in cucurbita vitrea ad imũ detruncatâ aceto deſtillato, vt ſupernatet digitum dimidiũ. Poſtea coq; & coagula igne arenæ ad ſiccitatẽ, in fine verò vrge igne paulum fortiori, vt nimirum quodammodo rubeſcant. Huic pulueri affunde aliud acetum deſtillatum recens, ad eminentiam quatuor digitorum, relinque in calido per aliquot horas, & tingetur acetum, quod deplendo filtra, aliud affunde, idque ſimiliter tinctum inclinatione ſine fæcũ perturbatione aufer, vt antea; atque ita procede, donec acetum non amplius tingatur. In hoc aceto collecto & tincto ſulphur vitrioli vrens; ſi nimirum explorandi gratia, ex eius aliquota parte acetum euaporaueris, & quod reſtabit aliquoties aquâ fontanâ purâ edulcoraueris, illudq; ſedulo ſemper charta emporetica igne lento exſiccaueris, videbis igne admoto flammam concipere, & penitus etiam ab igne corrũpi inſtar ſulphuris. Hoc ſulphur vitrioli καυσικὸν ita figitur & anodynum redditur. In acetũ tinctura ſulphuris impregnatum, immitte gut-

tatim

tatim olei Tartari q.ſ. ilicóque ſulphur præcipitatur & figitur. Acetum deſtillatum ſupernatans abijce & puluerem in fundo relictum aquâ fontanâ aliquoties curioſè admodum elue, & habebis ſulphur vitrioli anodynum & fixum, tantoperè deprædicatum & à multis quæſitum, idque baſis ſit ſequentium paucis cognitorum laudanorum. Vide etiam Praxin chymiatricam noſtræ editionis pag. 23. 24. Poſtea

℞ Pulu. Santali rubei,
Citrini ana ℥ j.
Macis,
Galangæ,
Piperis nigri
longi ana ℥ iij.
Ligni aloës
Cardamomi { maioris, minoris } ana ʒ ij.

Extrahantur omnia more conſueto cum ſpiritu vini. Eodem modo extrahe cum aqua cichorij

Myrrhæ rubræ
Mumiæ Ægyptiacæ ana ℥ j.

& vtrinque tincturas diligenter collectas & per filtrum miſtas coniunge & adde

Sulphuris Vitrioli Narcotici ℥ ij.

Circuletur in vaſe clauſo in Balneo per quinque dies, poſtea extrahe deſtillando menſtrua ad melaginem, huic adde

Extracti Croci ℥ß.
Salis vel magiſterii perlarum
Corallorum ana ℥ j.

redige in maſſam. Anodynum ſenera præſtantiſſimum & magnum.

## LAVDANVM EPILEPTICVM.

℞ Laudani ex Sulphure Vitrioli ℥ ij. (fit autē hoc laudanum eadem præparatione, lege & ingredientium menſura, vt in laudano opiati, niſi quod pro opij eſſentiâ, ſulphur vitrioli anodynum accipiatur. Olei camphoræ veri ℥ ß. & præſto erit laudanum Epilepticum quod morbum comitialem certiſſimè ſanat. olei camphoræ genuinam & veram deſcriptionem vide in Practica chymiatrica pag. 44. noſtræ Lipſienſis editionis. Huius datur gr. ij. ad iiij. vel in Paroxyſmo, & ita citò ſoluitur, vel deinceps quotidie aliquid aliquandiu, præſertim circa nouilunia, cæteris ad hanc curam obſeruatis: nec paroxyſmus tantū ſoluitur, ſed morbus etiam omnino abolet. Nota, oleum camphoræ citò exhalat, proinde ſatius eſſet, ſi totaliter huic ſpecifico epilepticorum laudano non admiſceretur: ſed potius doſi iam exhibendæ proportionaliter adijceretur. Vide Practicam pag. 44. 45.

## LAVDANVM HYSTERICVM.

℞ Laudani Vitriolati ℥ ij.
extracti verrucarum in pedibus equorum naſcentium ℥ iij.

Miſce diligenter & ſerua. Præſentaneum eſt remedium ad vteri ſuffocationem, ſi illud à gr. j. ad iij. in liquore appropriato exhibueris. extractum lichenum vt præparetur, extat in Practica chymiatrica p. 181. noſtræ editionis.

e Thebaicum optimum eſt, & præſtantiſſimum illud dicitur, quod ex Cairo aduehitur, albicatque, vt etiā vult Galenus. Ex Syria verò, Alexandriâ &

aliis

aliis regionibus aliatum, nigrum, & minus bonum eſt. Nec minoris virtutis eſt illud quod ex Cambaia hodie affertur.

*d* Menſe Martio.

*e* Hæc obſeruatio nulla eſt.

*f* Opium & ſuccus hyoſcyami difficulter ſpiritu vini venenoſum ſulphur deponunt, potius idem à ſpiritu vini tenuius redditum, poſtea efficacius fit, & laudani compoſitionem deteriorem facit. Itaque hanc ipſam præparationem approbare nequeo. Optima omnium eſt illa ſupra tradita, quæ fit primo per lentam euaporationem opij, in valdè exigua fruſtula ſciſſi, & poſtea leni igne euaporati, vt tandem extincto nempe priori fœtido odore gratiſſimè ſuauiſſiméque oleat: poſtea idem opium à ſulphure immodico liberatum cum ſolo aceto vini deſtillato extrahatur. Præterea opium cum ſpiritu vini extrahi nolim, propterea quia illud, vt ſupra oſtenſum eſt, ad Panchymagogon vegetabile, potius ſulphure aggreditur quàm Mercurium & ſalem. Eſt verò in ſulphure potentiſſima illa via narcotica humanæ naturæ inimica: acetum verò ſaltem quod purius eſt de ſulphure ſumit, reliqua verò principia ad ſe non trahit. Igitur præſtat in hoc genere acetum.

*g* Vt à laudani confectione meritò Hyoſcyami eſſentia excluditur, & omittitur; ita alia ſunt, quæ poſſunt excludi, vnicornu, lapis Bezoardicus, ambra, moſchus, olea deſtillata varia & pretioſa, quæ non tam virtutem medicamenti, quàm precium & doſin, etiam in minimâ quantitate abominabilem, adaugent. Omninò enim technurgemata pharmaceutica, quò ſimpliciora, eò perfectiora

cenſeri debent; nam & crebrius & facilius ſuo fine potiuntur, quia ſunt αὐτυρκῶ, primamque naturam æmulantur, quæ modicis comeatibus iter ſuum peragit ad opus perficiendum.

## ELECTVARIVM LAVDANI.

℞ *Opÿ*.
*Succi à Rad. Hyoſcyami Eſſentificatorum ana ℥ j.*
*Eſſentiæ radicis Mandragoræ cum S. v. extractæ ʒ vj.*
*Specierum Diambræ ſine Moſcho & Ambra præparat. ℥ iiij.*
*Salis Perlarum.*
*Corallorum ana ʒ ij.*
*Carabe* [a].
*Mumiæ ana ℈ iiij.*
*Croci Orientalis ℈ ij.*
*Vnicornu ℈ j.*
*Terræ Strigenſis ʒ j.*
*Mellis deſpumati ℥ xij.*

*Diſſoluatur Eſſentia Opii & Hyoſcyami (ſi ſit nimis liquida, fac vt Spiritus vini prius ſufficienter lento calore ab illis euaporet) in melle ſupra ignem, poſtquam probè mixta fuerint, adde Salia Perlarum & Corallorum, poſtea reliquos pulueres tenuiſſimè tritos, Carabe ſcilicet, Mumiam, Crocum, Vnicornu, Terram ſigillatam, cum ſpeciebus Diambræ paulatim inſperge*

*inſperge tepidè diligenter miſcendo in formam Electuarij.*

## Vires & Vſus.

*Laudabile medicamentum, quod planè ſuo nomini reſponderit, ſi laudanum dicas.*

*Mirum atque iterum mirum, cur à quibuſdam ſciolis Opij vſus intra corpus formidetur, cùm laudanum Opiatum ab omnibus Venenis & impuritatibus liberum ſit, vt taceam præſtantiſſima corrigentia admixta. Id de Officinarum & Veterum Compoſitionibus, quas Opium & Hyoſcyami ſemen ingrediuntur, affirmari non poteſt, vt de Philonio Romano, Perſico, Tarſenſi, Athanaſia magna, Aurea Alexandrina Nicolai, Triphera, Theriaca, Mithridat. Andromachi, Trochiſcis de Alkekengi, Pilulis de Cynogloſſa, &c.*

*Anodynum hoc ſpecificum* ἔρυμα περὶ τὰς ὅλας παθῶν ὀδυνῶν *Extremum eſt refugium.*

1. *In omnibus doloribus acutis, frigidis & calidis, tam externis quàm internis, vbi præ vehementiâ homines ferè examinantur, maximè in dolore Colico cum aqua Menthæ (aluus ſit libera & aperta) Nephritico, Pleuritico, Arthritico.*

2. *In ſiſtendis omnibus defluxionibus om-*

nium humorum & Catharrorum tenuium, præſertim in principio.

Item in omnibus profluuiis Inteſtinorum ſiue ratione humorum peccantium & mordentium, ſiue ratione humorum purgantium, cum Maſtice tunc & Terra ſigillata datur.

3. In vigiliis & inquietudinibus immodicis intra & extra, ſi ab extra vis adhibere, tūc à granis 4. vel 6. cum tribus guttis olei Nucis Muſcatæ, vel tantillo expreſſo oleo fac turundam lineam, & naribus indendo mirificè ſomnum inducet: vbi altius dormiunt, poteſt turunda eximi: ita Hæmorrhagia Narium deſperata ſanata fuit, è gr. 16. duas pilulas formando, & vtramque Narem pilulâ vnâ occludēdo.

4. In omni Febrium genere ex aqua Abſinthij & Rutha (quæ ſunt ſpecificæ Febrifugæ) ſi calor diu durat, poſt quartam horam reiteretur vna Doſis. In ardentiſſimis Febribus ſitim reſtinguit & ſomnum conciliat, præcipuè quando Febres ſomnum inducunt laborioſâ vigiliâ permixtum.

5. Aſthmatici & Phthiſici, ſi in aqua Hiſſopi vtātur, diu illo poſſunt foueri. In Tuſſi cautione opus eſt, ne ſcilicet viribus valde infirmis exhibeatur, & cum recrementorum copia in Thorace continetur: Etenim quamuis Tuſſim leniat, ac ſomnum accerſat, Thoracis tamen anguſtiam

*guſtiam adauget. Quare præſtat in Tuſſi ex eo ſemper minus dari, & prætereà extenuantia ac abſtergentia ei miſceri, vt Oxymel,* [e] *aut quod ex Marrubio conficitur: Tunc potiſſimum datur, vbi id, quod influit, tenue eſt & acre: ſi enim tale quid ſit, nil inde nocumenti, ſi antidotum dederis: Nam ea quæ tenuia ſunt, mediocriter craſſa reddit, & contemperat, doloremq́; hinc prouenientem finit: In maxima Tuſſi additur Tragacanthum* [f].

6. *Conſeruat Calorem natiuum, corroborat ſpiritus, & reparat vires, præſertim illud, in quo eſt Moſchus* [g].

7. *Efficax eſt contra affectus Melancholicos præter rationem mœſtos, Cardiacos* [h].

8. *Feliciter etiam vtimur in Vomitu, Singultu, in exoluto & debilitato Ventriculo* [i].

9. *In ſanguinis excretione* [k], *& Menſtruorum nimia euacuatione, cum Croco Martis* [l] *& Corallis rubeis.*

10. *In Phreneſi, Mania, intra & extra illinitur* [m] *Temporibus cum Aqua Vitæ.*

11. *In Epilepſia cum ſpiritu Vitrioli & eſſentia Camphoræ cum oleo Amygdalarum* [n] *extracta, ſolet offerri.*

## Doſis.

*A granis 2. ad 3.4. Si aluus eſt libera, tunc*

*efficaciter operatur: Offertur etiam in aquis ſpecificis & appropriatis illiſq; remiſcetur, ſecundum 7. membra & morbos. Si morbus eſt vehemens, poteſt circa noctem longè à cœna pilula j. dari, mediâ nocte altera, manè tertia* [o].

ELECTVARII *idem Vſus, niſi quod Doſis augeatur. Datur à ʒ j. ad ʒ j. & ß. in appropriato liquore, vino, vel aqua Cinnamomi. Puerperis & infantibus etiam tutò poteſt exhiberi* [p].

*a* Succini.

*b* Sigillatæ Sileſiacæ.

*c* Tantum confortant, medicamentum non probè corrigunt.

*d* Acetum ſquilliticum.

*e* Albo.

*f* Diatragacanthi ſpecies.

*g* In aqua cinnamomi vel vino maluatico.

*h* In aqua borraginis, bugloſſæ, meliſſæ & horum florum decoctis.

*i* In aqua menthæ, vino, aqua cinnamomi Cydoniata.

*k* Eſſentia Croci Martis.

*l* Si vena fuerit rupta.

*m* In ſubſtantia externè nunquam adhibendum eſt, ſed diſſoluetur, vt docet Gallius.

*n* Dulcium.

*o* Repetitâ ſemper poſt ſex horas doſi, ſi dolor non ceſſet.

*p* Vrgente ſcilicet neceſſitate.

VIII.

## VIII.

# ODORIFERVM.

IVuatur Humana Natura odoribus, iuuaturq́ſpiritus:ideo Philagrius apud Aëtium non inſcitè dicit: Naturam odore grata lubenter amplecti, & inde recreatam ac quaſi reuiuiſcentem vires ſuas à morbi ferociâ preſſas reuocare; Odor enim naribus hauſtus ad cor & cerebrum trahitur, Spiritum compreſſum ſuffocatumq́ excitat, halantem & fugacem retinet: Imò ſunt etiam regiones calidæ, vbi Aſtomos ſolis odoribus viuere Plinius[a] innuit. Aër ratione ſanitatis habet plurimum momenti, qui enim à fœtore[b] ægrotat, difficulter ſanatur, quia ingratus odor cum ſpiritu permeat ad omnes corporis partes, maximè ad cerebrum & pectus. Odore Elixiris vitæ ex variis aromatibus compoſiti, dicit Baptiſta[c] Porta, ſe multiplici Experientia multorum exhalantem retinuiſſe animam: In multis igitur morbis rectificandi & corrigendi ſunt ſpiritus vitæ: Principalia enim membra & vitales ſpiritus (quæ vtraque à quouis Veneno omnium primò moleſtantur & inficiuntur) mirabiliter odoratis reficiuntur, ac venenati excluduntur fumi: Oportet enim ſpiritum ſpiritu[d] & odore recreari ac inſtaurari:

*Sunt enim odores ſuaues noſtris ſpiritibus ſolis vitæ noſtræ autoribus analogi & communicabiles. Videmus, vt ad ingratos odores nares obturemus, & ſpiritum cohibeamus, ne percipiamus fœtorem, à quo dum ſentitur facile debilitamur. Adhæc vbi ſpiritus noſtri, deliquiis animi vel conuulſionibus concluſi, premuntur ac deijciuntur, ſtatim atque odorifera nobis admota percipimus, erigimur, animumq́ ac vires recuperamus. Videmus matricis os deorſum ſurſumq́ verti, vbi ſuauis odor ſpirat. Ad eundem modum non ſolum in Peſte, ſed etiam in Vngarica febre & ſimilibus Venenatis morbis, ſpiritus, qui attractione contagij inficiuntur & contaminantur, ſuffitibus emendari & reſtitui tum poſſunt tum debent, vt videre eſt apud Conradinum in libello ſuo de Febre Vngarica, in qua Candelas & Aquas odoriferas varias deſcribit.*

*In Conficiendo Specifico odorifero, odoris flagrantiâ deficientem animum mirè reuocante, qui volet ſequi Paracelſi proceſſum in Archidoxis[e], operam & ſumptus in illo per digeſtionem præparando mecum perdet. Zibetta, Gummata, Tragacanthum in digeſtione ingratum nanciſcuntur odorem.*

*℞ Macis.*

*Caryophyllorum.*

*Cinna-*

*Cinnamomi*[f] *electi ana* ℥ ij.
*Ambari*[g] *griſei* ℥ j.
*Muſci*[h] ℥ß.
*Zibettæ*[i] ℥ ij.
*Gummi Arabici* ℥ j.
*Tragacanthi prius ſupra fornacem ſiccati* ℥ ij.

*Hæc duo gummata cum Moſcho terantur.*

*Omnibus diligenter tritis miſce Zibettam, & affunde Aquæ Namphæ*[k] *optimæ ſeu Damaſcenæ odoriferæ pro libitu, ex odoratis ſpecificis & aqua Roſarum præparatæ, in qua prius per octo dies in digeſtione modicum de Paracelſi Carbo*[l] *vel Zibetta occidentali admixtum ſit: Huius aquæ per bombycem vel ſetaceum colandæ affunde diligenter agitando, quantum pro incorporatione maſſæ ſufficit; ex qua poſteà vel poma, ſeu ſcuta & pentacula Gordii formam habentia effingito, & in vitro ſine digeſtione indurari permittito.*

*Vel hoc modo parari poteſt.*

℞ *Aquarum Roriſmarini*
*Liliorum alborum*
*Baſilicconis*
*Roſarum*
*Maioranæ*
*Spicæ*
*Lauendulæ ana q. ſ.*

*Pro humectatione Macis, Caryophyllorum, Cinnamomi ana ʒ ij. prius tamen aromata mediante ſetaceo in tenuiſſimum puluerem redigãtur, adde Ambræ pulu. ℥ß. Moſchi Alexand. ʒ ij. Zibettæ ℥ j. Omnibus diligenter mixtis, adde pulueriſati gummi Arabici ʒ ij. Tragacanthi pulueriſati ʒ iiij. diligenter agita, & relinque per noctem, donec omnia bene incorporentur, ſequenti die efforma placentulas ſeu ſcuta intra duo folia in calido confeſtim ſiccanda, & ad vſus ſeponenda.*

## Vires & Vſus.

*Quemadmodum Zibetta ſuo odore ſtercora expellit: ita Specificum odoriferum morbos ab ægrotis eijcit: Et quemadmodum Tirus immiſcetur compoſitioni Theriacæ, vt penetrare faciat vim aliorum Ingredientium ad membra principaliora: ita etiam propter maiorem penetrationem Carbon additur, cuius præualens odor ingratus (qui tamen in digeſtione, ſicuti Experientia me docuit, in ſuauiſſimum & gratiſſimum tranſmutatur) citius penetrat, quàm operationes omnes Liliorum, vt verè Theophraſtus innuit.*

*Vſus huius Specifici odoriferi, quando medicamenta non poſſunt intra corpus ſumi, vt in Apoplexia, Epilepſia. Multi enim talibus odoribus excitantur, non quod planè morbus inde*

tollatur

*tollatur ſeu turetur, ſed quod via preparetur, Per virtutem enim odoris corpori communicatam ſanguis mouetur, & Cor ſupra modum refocillatur.*

*In Apoplexia. Epileſia.*

*Colica.*

*Suffocatione Matricis.*

*In aura peſtilentiali maligna.*

*In confortanda Venere, [m] mariti illo etiam aduſus ſuos vtuntur.*

*Miſcetur tantillum cum oleo Nuciſtæ expreſſo, ut fiat quaſi Linimentum, & in ſupradictis morbis debito modo adhibetur [n].*

*a* Libro 7.cap.1.

*b* Interiore, quia cerebrum & pulmones inficiuntur.

*c* In Magia naturali.

*d* Verba Conradini lib.4.

*e* Lib.7.tit. de ſpecifico odorifero.

*f* Vel caſſiæ ligneæ, quæ melior.

*g* Species bituminis albi melior.

*h* Sanies vom Bieſenthier / Muſcus Alexandrinus optimus, ſed caro pretio Vēditur ℥ j.17.coronatis.

*i* Si Zibeta inungatur membrum Virile vel Vmbilicus mulierum, libenter viros admittunt.

*k* Lege Naphthæ: fit ex aurantiorum floribus. vide Renodeum lib.1. ſect.6.cap.4. p.449.

*l* Carbō Paracelſi, cuius nullibi mentionē facit, quàm in ſpecifico odorifero, archidox.7.ſed ſine ſignificatione, nudo tamē ibidē poſito nomine, quid ſit dubitant multi. Illud verò nihil aliud eſt, quàm

ſtercus ſeu ſulphur humanum, in digeſtione aliquandiu poſitum, & ex fœtidiſſimo illo odore, ſponte ſua longa digeſtione ſummam ſuaueolentiam nactum, prout textus Paracelſi dicto loco ab ipſo allegatur, docet, & autor noſter tum hic cum ſequenti pagina innuet. Vocat Zibetam occidentalem ad differentiam illius, quæ ex Indiis orientalibus ad nos defertur. Ex occidentalibus Indiis Zibetam ad nos adferri conſentaneum eſt.

Occidens verò in homine ſunt poſteriora, quemadmodum anticis partibus oriens tribuitur. Sic igitur per ſimilitudinem Zibetam occidentalem, intelligit ſtercus humanum, longa digeſtione in ſuauiſſimum odorem commutatum, quod Paracelſus carbos appellauit; in libro quem ſcripſit ad Garboántes Brieffenden/ in quo omnia ſua ſecreta poſuit.

*m* Vngendò membrum virile hominis.

*n* Externè ad nares.

## MEDICAMENTVM SPECIFICVM OMNIVM SEPTEM membrorum principalium.

*Conſerua membra principalia, ait Paracelſus, & non facilè mors eueniet, nam abſque membri principalis conſeruatione non poteſt curari morbus. Si enim vitam velis conſeruare, non ſolùm cor in ſuo eſſe conſerues, ſed etiam cerebrum, Hepar, Pulmonem, Lienem,*

*Renes*

*Renes & Fel. Nam quamuis Cor ſit centrum ipſius corporis atque radix, tamen quodlibet membrum Principale deſtructum adfert mortem.*

℞ *Olei Succini ter vel quater per aquam*
*Maioranæ rectificati ℥ ij.*
*Spiritus Vitrioli veri* [b].
*Salis* [c] *Cranij microcoſmici ana ℥ß.*
*Tinctura Croci Orientalis.*
*Granorum* [d] *Alkermes ana ℥ ij.*
*Salis Margaritarum*
*Corallorum ana ℥ j.*
*Olei Cinnamomi & Macis ana ʒ ß.*
*Lactis Sulphuris ℥ j.*
*Extracti Spodij ℥ j ß.*
*Magiſterij Tartari ℥ j.*
*Antimonij Diaphoretici ℥ß.*
*Tinctura Croci Martis*
*Chelidoniæ*
*Rhabarb. ana ℥ß.*
*Liquoris Cryſtalli*
*Calculi* [f] *microcoſmici ana ℥ j.*

*Cum extracta & inſpiſſata Theriacæ Eſſentia,* [g] *melle Iuniperino, Conſeruæ Roſarum, addendo pro libitu ſaccharo Roſaceo, redigantur omnia ſupra dicta diligenter mixta in iuſtam Electuarij conſiſtentiam, addita Moſchi & Ambræ ana ℥ j.*

*Propter Ventriculi ſympathiam cum reliquis membris addantur ℥ ij. olei Vitrioli Veneris, cum ℨß olei Nuciſtæ deſtillati.*

## Vſus & Doſis.

*Vſus huius medicamenti in deploratis morbis, vbi nec ægroto, nec ipſi medico conſtat de genere ſeu morbi ſpecie.*

*Et quia in omnibus morbis internis neceſſario vnum (ſi non plura) ex illis ſeptem membris afficitur, poteris etiam in omnibus ægritudinibus tutiſsimè exhiberi. Abſque membri enim principalis conſeruatione non poteſt curari morbus.*

*Doſis à gr. 5. 6. 7. vſque ad 10. in vino vel aqua Cardui benedicti, vel appropriata, ſecundum ſeptem membra.*

*a* Hactenus fuerunt Vniuerſalia, ſequuntur nunc particularia, quorum numero ſunt 18.

*b* Philoſophicus præſtantior eſt.

*c* Vel magiſterij.

*d* Quæ fit per extractionem pomorum redolentium. Vide etiam Practicam noſtræ editionis pag. 21.

*e* Tartari Vitriolati.

*f* Vide præparationes meas Microcoſmicas.

*g* Cum ſpiritu vini extracta.

SPE-

## SPECIFICVM CAPITALE.

*MVltas Paracelſus virtutes tribuit in curanda Epilepſia Volatilitati [a] ſpiritus Vitrioli: At illius apud nullum adhuc Chymicum data mihi fuit videndi facultas, nec vllus mihi affirmare potuit, quod confirmatam Epilepſiam ſolo [b] vulgari & ſimpliciter præparato Vitrioli ſpiritu tollere potuerit. Hinc ſequentem Spiritum efficaciſſimum vſu medico deprehendi.*

## VITRIOLI SPIRITVS.

*℞ Vitriolum Hungaricum, [c] ſeu Cyprium, vel Romanum [d] perinde eſt (quamuis illud in Sileſia in mineris* auff dem Ziegmantel [e] *Huſerus ſemper plurimi fecerit, conficitur enim è Minera auri, Argenti, Ferri & Veneris) ſolue in aqua deſtillata vel rore Maiali, [f] & ſolutum cola, poſtea collocetur in digeſtionem cinerum ſeu arenæ vel fimi, in alembico negligenter ſaltem obturato, quia nil euaporat: ſtet per menſem, tunc ad ſuperficiem eijcit fæces ſeparandas: Iterum ponatur in digeſtione tamdiu, donec nullas fæces amplius reijciat, poſtea coletur, quod clarum eſt, in lento igne Balnei vel arenæ deſtilletur, ſpatio aliquot horarum duarum vel trium*

*phlegma egreditur, quod auferendum eſt, poſtea ſequuntur ſpiritus (vbi hi incipiunt aſcendere, quod guſtando poteris deprehendere, ſenties enim aciditatem, & videbis, vt in deſtillatione aquæ Vitæ fieri ſolet, ſtriarum inſtar in alembicum aſcendere) qui mutato vaſe Recipiente ſeorſim colligendi [i] ſunt. Hic ſpiritus Vitrioli ad odoris ſuauitatem, & dulcis aciditatis gratiam reductus, in quo nec ſenſibilis corroſio in lingua apparet, nec tarda auſteritas, ſed ſpiritualis aciditas, vtile eſt medicamentum & curationibus neceſſarium. Qui volet vlterius perſequi deſtillationẽ, auctiore igne oleum profluens, ad ſuos vſus ſeorſim colliget, & huius rectificati olei partem vnam cum quatuor vel ſex partibus Spiritus vini alcoholizati in Balneo Rorido, per aliquot menſes [k] digeret, poſtea deſtillabit, habebit Oleum Vitrioli, ſupernatans aquæ ſuauiſſimi odoris & iucundi ſaporis, ſeparetur per tritorium: In vſu medico maximæ eſt efficaciæ [n].*

*Oleum Vitrioli ſubdulce.*

q Volatilitas ſpiritus Vitrioli paſſim commendatur à Paracelſo, ad Epilepſiæ curationes perquã vtilis, acquiſitu impoſſibilis nõ eſt, modò rectè inſtituantur omnia operationum momenta. Quinimò ipſe autor noſter Crollius, nihil forſan tale cogitans, tamẽ in alterâ ſpiritus Vitrioli præparatione ſpiritum Vitrioli deſcribit & facit. Ex toto nimirum deſtillatus & aqua pluuiali vel rore maiali deſtil-

deſtillato affuſo, ſurgit tenerrimus vitrioli ſpiritus, aciditate ſua ſuauiſſima volatilitatem ſuam prodens. Deinde experientia fidem facit, in deſtillatione vitrioli crudi, ſed purgati & defæcati paulò poſt vbi phlegma prodit, vaſa externa, quæ ſunt alembicus & excipulum, vehementer incaleſcere, quod ſane ab ipſo phlegmate, qua phlegma, non prouenit, alioquin in tota eius productione, hæc inſtrumentorum calefactio ſentiretur, quod tamen non fit. Ac ſub eo tempore, prodeunte nimirum ſpiritu vitrioli volatili, plerumque in vitro elegantes venulæ vel ſtriæ apparent. id quod & à ſpiritu ipſo humidiore acidulo, aromatico ac volatili, qui per hunc modum pure elicitur & ſeparatur. ℞. Vitriolum caudum ſed probè depuratum & digeſtum, deſtilla per retortam, igne nudo, ita vt ſimul poſt phlegma ſubſequantur ſpiritus, quantum eius fieri poteſt, omnes. Quibus in excipulo ſubſidentibus, dum inſtrumenta adhuc calent, aufer excipulum illud ſtatim aquæ feruentis, adaptato alembico ſed probè affixo & recipiente paruo & aptè & cautè colloca. Videbis ſtatim volatilem ſpiritum per alembicum in excipulum tranſire, quem ſeorſim collectum, diligenter ſerua. Ex vj. vel viij. ℔. vitrioli vix ℥ iij. ad ſummum ℥ß. haberi poteſt.

*b* Qui epilepſiam non hæreditariam h.e. non tranſplantatam, ſed aliunde infectam, ſolo & ſimpliciter præparato ſpiritu vitrioli tollere potuerit, eſt aliquis, modo in præparatione & adminiſtratione omnia rectè fiant. Solue vitriolũ Vngaricum verum non corruptum, in rore maiali deſtillato, abiectis fecibus, & ablato ad ſatietatem men-

ſtruo, idem denuo lapideſcere ſine in frigido; poſtea vel calore ſolis vel hypocauſti, iſtius vitrioli exſiccati ℔ v. vel vj. deſtilla per retortam igne nudo, tam phlegma quam ſpiritus omnes. Caput mortuum exemptum tere, & ſuper idem cohobiis octo hanc deſtillationem ſicuti prius repete, idq́; non niſi per nouum alembicum abſolue. Habebis ſpiritum vitrioli penetrantiſſimum, arcanũ ſummum in epilepſia. Eius nimirum ℈ß. vel ℈j. in aqua radicis pæoniæ, lauendulæ ℥j dilutus & paroxyſmo exhibitus, eundem ſiſtit; Deinceps vero non neglectis cæteris requiſitis in cibo & potu obſeruandis, luna præſertim decreſcente quotidie propinatus morbum potentiſſimè ſoluit.

*c* Viride optimum non cæruleum.

*d* Eſt Saphitum.

*e* Prædatores ibi peregrinantibus pallia & alia eripuerint.

*f* Deſtillato, vel ſaltem filtrato, quia ab herbis inquinatis colligitur.

*g* Vt & ad fundum ſpumoſas, ſulphur fætidum.

*h* Vſque ad cuticulam deſtilletur, in frigido denuo creſcant lapilli, toties colligendi, quoties id fieri poteſt. Huius vitrioli ℔ vj. vel vij. probè loricata igne deſtilletur nudo.

*i* Eo vſque vrgendo, donec omnes ſpiritus acidi prodierint.

*k* 1.2.3. phiola hermeticè clauſa.

*l* Vix credi poteſt, cum non ſit ſupernatans quid.

*m* Poteſt etiam hoc oleum vitrioli dulce fieri, hunc in modum.

OLEVM

## OLEVM VITRIOLI DVLCE.

Oleum in ſartagine ferreâ noua cum aqua communi tandiu coquatur, donec ſal corroſiuum ad fundum ſartaginis collectum fuerit, & tunc reliquum oleum dulceſcet. Idem facit ferrum candens, in oleo vitrioli aliquoties extinctum. Sed ab hiſce ἀχειρισμοῖς virtutes ipſius olei valde imminuuntur, nec effectus medici inde ſperantur.

*n* Melioris efficaciæ eſt ſpiritus vitrioli Philoſophicus, ſupra in butyro antimonij deſcriptus, mirabilia præſtat, in epilepſia, apoplexia, omnibus affectibus capitis & ventriculi, imprimis volatilis, cuius præparatio pauciſſimis conſtat. Corroſiuus non eſt, ſed ſola auſteritate gratus, eius virtutes euidentiores etiam ſunt. *Spiritus Vitrioli Philoſophicus.*

## Alia deſcriptio [a] Spiritus Vitrioli.

*℞ Vitrioli crudi, ac vt paulò ante dictum, depurati, duas ſaltē libras, deſtilla & pelle fortiſſimo igne, vt Spiritus & Oleum egrediantur: Liquori egreſſo adde duas partes aquæ pluuialis deſtillatæ, & in B.M. noua deſtillatio inſtituatur, tūc ſubtiliſſimus Spiritus Vitrioli cū aqua pluuiali eleuatur in hac rectificatione & egreditur, relicto acidiſſimo Oleo in fundo. Ille egreſſus Spiritus aqua pluuiali immixtus ſummè penetrans eſt, & in Febri Vngarica, & aliis febribus ardentibus efficaciſſimè operari ſolet.*

*a* Hac deſcriptione autor noſter ferè ad ſpiritus vitrioli volatilis deſcriptionem perueniſſet.

Eſt verò ſolus ille ſpiritus volatilis cum aqua pluuiali mixtus,aqua vix poteſt auferri,ſed ſecundum modum, quem dedi ſupra, ſtatim ſeorſim haberi poteſt. Ad epilepſiam puerorum exterminandam efficaciſſimus eſt ſpiritus vitrioli antiepilepticus meus puerorum, cuius deſcriptionem & vſum fideliter communico.

## *SPIRITVS VITRIOLI ANTIEPIlepticus Puerorum.*

℞. Vitrioli Vngarici depuratiſſimi ℔ iiij. adde vrinæ puerorum ſanorum recẽter collectæ ℔ viij. digere vaſe clauſo aliquandiu in Balneo Mariæ, poſtea in eodem deſtilla ad ſiccitatem duplex phlegma,quorum primum inſigne eſt parengoricum ad dolores Podagricos aliósque ſuauiter demulcendum, alterum eſt inſigne ophthalmicum, ad quęuis oculorũ vitia vtiliſſimum. Caput mortuum puluerisatum ex retorta terrea valida, igne nudo, ſed tamen ab initio valdè lento in excipulum capax vrge, prodeũtibus confertim ſpiritibus liquor emanat precioſiſſimus ſulphurei odoris & auſteriuſculi ſaporis, qui per retortam ſemel atq; iterum rectificatus,ac probè in vitro clauſo reſeruatus,omnem puerorum epilepſiam radicitus tollit. Eius ℈ j. cum aquæ radicis pæoniæ & floṙũ tiliæ ana ℥ j. miſceantur & ſeruẽtur.De hac mixtione exhibe in paroxyſmo, prius mẽbris contractis & conuulſis reductis, cochleare ſemis, & paulò poſt recollectis ſenſibus ad ſe redibunt, quo animaduerſo denuo aliquid exhibe, atque ita etiam tertio. Quod ſi quidem paroxyſmus rediturus ſit, vt ſæpe ſit,eundem proceſſum ter repete,nec diffide

de quin ſecunda vice hic morbus pueris & infantibus valdè familiaris penitus radicitúſque aboleri poſſit, ſi præſertim poſtea cerebrum confortantia adhibita fuerint, ceu ſunt magiſterium perlarum, corallorum, cranij humani, vt & tabulæ noſtræ antiepilepticæ, quarum deſcriptio extat in Practica chymiatrica noſtræ editionis, non Francofurtenſis pag. 41.

## EPILEPTICVM MEDICAMENTVM.

*Primò Vitriolum*[a] *ad flauedinem calcinatum imbibere conuenit Spiritu vini, vt fiat maſſa.*

*Mirum ad Lunæ vices Cerebrum commoueri, augeſcente humectari, & minuēte ſiccari, vt in Epilepticis videre eſt, qui creſcētis Lunæ damna ſentiunt.*

*Huius accipe* ℔ *j. & ß.*

*Raſuræ Cranij Hominis iuſtificati*[b].

*Viſci querni*[c].

*Vngulæ Alcis,*

*Granorum Pæoniæ*[d] *ana* ℥ *j.*

*Omnia ſcindantur & tundantur, poſtea mixta deſtillentur per retortam ſeruatis gradibus, vltimò violento Igne pellantur.*

*Huius egreſſi liquoris* ℔ *j. rectificetur in Balneo Mariæ ſupra.*

*Caſtorei.*

*Specierum Diamoſchi dulcis ana* ℥ß.

*Anacardi*[e] ʒ *vj.*

*Poſtea adde ſpiritus vini* ℔ *iiij.*

*Salis Pæoniæ* ʒ *j.*

*Liquoris Salis Perlarum & Corallorum ana ℥ j.*
*Olei Aniſi.*
*Succini ana ℈ ij.*
*Miſce & digere in Balneo per menſem f.*

## Vſus & Doſis.

*In aqua Pæonia datur de liquore dicto cochleare ſemis vel integrum nouem dies continuando, poſt exhibitum medicamentum per tres horas maneat ieiunus.*

a Purificatorum.

b Nunquam ſepulti vel terræ demandati.

c Quando debeat colligi, vide in Praxi noſtra chymiatrica editionis Lipſienſis pag. 40.

d Menſe Iulio collectorum ante ortum Solis.

e Scilicet mellis Anacardini.

f Ad caduci etiam inueterati curam à proprietate & mira præſtat & multũ facit. 1. Cerebri humani arcanum vel ſpiritus, cuius preparatio exſtat in praxi chymiatrica, pag. 37. 38. & ſumitur luna decreſcente. 2. Puluis epilepticus duplex, magnarũ virium ex cinabari antimonij, cuius deſcriptio & doſis etiam reperitur in prax. chymiatrica, pag. 37. 3. Puluis de ſpinâ muſtelæ piſcis von den Aalraupen vel de ſpina ſerpentis aut viperæ. 4. Puluis præſeruatiuus de ſtercore vaccæ nigræ. Vide Praxin pag. 36. 5. Puluis epatum viridium Ranarum, quo Sereniſſimus Fridericus IV. Elector Palatinus ab epilepſia graui, quam in adoleſcentia contraxerat, quæque radices altas fixerat, liberatus eſt, nũquam poſtea per

per vitam reuerſo paroxyſmo vllo. 6. Amuletum ex frutice in ſalice inuenti in epilepſia etiam inueterata palmam reliquis internis facilè eripit, quod præter omnem impietatem vel ſuperſtitionem tum in colligendo tum in applicando prorſus eſt admirabile. Huius amuleti licet nulla ratio certa reddi poſſit, hæc actio nimirum abſtruſa eſt, à ſenſu remota: Experientia tamen hactenus vel toties confirmata fidem facit & veritatem oſtendit. Vnde prolixè Praxin chymiatricam editionis veræ Lipſienſis pag. 39. 40. 7. Circumfertur laudata ab aliis medicis confectio antiepileptica, quam Paracelſus Ferdinando Regi Romanorum, œniponti tradidiſſe dicitur, quæ cum procul dubio non careat viribus potentibus, eam annectere ſuperioribus placuit.

## CONFECTIO ANTIEPILEPTICA *Paracelſi.*

Primo ex tribus craniis humanis non ſepultis, ſed morte violenta peremptis inq; aëre exſiccatis, craſſiuſculè contuſis ex retorta igne lento arenæ, poſtea obſeruatis gradibus auctiore, dari poteſt ignis ſuppreſſionis, in receptaculũ capax deſtillat liquor, quem ſuper eaſdem fęces tertiâ vice deſtillando euocat, tandem per alembicum rectificat. Huius liquoris accipit ℥ vij. vel viij. addit ſpec. Diamoſchi dulcis ℥ß. Caſtorei, mellis anacardini ana ʒ iij. & viciſſim è cineribus per retortam deſtillat. Extremò adiicit liquoris perlarum ℈ iiij. olei vitrioli, vel potius ſpiritus antiepileptici ſupra præſcripti ℈ j. De hac tota mixtura epilepſia laboranti, exhibuit cochleare vnum quotidie ie-

iuno ſtomacho, ad nouendium continuando. Perhibetur hoc vnico Paracelſum mirabilia præſtitiſſe. Ideo Cæſari expetenti communicaſſe, ſed rogaſſe ne decoctoribus ſyruporum hæc pateſieret. 8. Eidem Paracelſo etiam adſcribitur eſſentia cranij humani, quam propter mucilaginoſam ſubſtantiam Galredam cranij humani ſolitus fuerit appellare, alij Gelatinam vocant, earundem virium in comitiali morbo, hydra Lernæâ pernitioſiore eliminando.

## *GALREDA VEL GELATINA Cranij Humani.*

℞ Limaturæ cranij humani nunquam humati, humoréque aduentitio priuati, cum alcohole vini ſaluiato ad ſupereminentiam 6. digitorum, per menſem dimidium digerit, deinde more aquæ fortis, per retortam pellit, reaffuſum liquorem, cum capite mortuo denuo digerit, ac viciſſim deſtillat idque tertio repetit. Tandem omne abſtractum aliquandiu circulat, abſtractóque alcohole vini è lento Balneo, & eſſentiam cranij inſtar coaguli ſeu Galredæ remanentem ſeruat. Epilepſiæ verum curatiuum, ſi eius grana aliquot in conuenienti vehiculo exhibeantur. 9. Eſt Luna potabilis ſeu Tinctura Lunæ, cuius deſcriptionem vide in praxi chymiatrica p.29.30. 10. Eſt aqua Epileptica. Vide Practicam pag.41. 11. Magiſterium Cranij humani, quod fit, ſi ſupra cranium pulueriſatum, affunditur ſpiritus vitrioli & fermentatur, poſtea bis vel ter abſtrahatur, remanebit magiſterium cranij humani elegantiſſimum.

# APOPLECTICVM.

## Aqua vitæ Apoplectica eximia.

℞ *Exempli gratia, Florum Liliꝫ Conuallij*[a]
*Tiliæ*
*Pæoniæ*
*Primulæ veris*
*Maioranæ*
*Lauendulæ*
*Saluiæ*
*Betonicæ*
*Roris marini.*

*Ceraſorum ſylueſtrium nigrorum*[b] *& dulcium, Luna decreſcente*[c] *decerptorum ana q. ſ.*

*Tritis omnibus & mixtis (vel ſeorſim flores, ſeorſim Ceraſa deſtillentur) adde Sinapi ſeminis*[d] *triti ℔ j. vel ij. pone ad putrefactionem affuſa conuenienti aqua communis*[e] *quantitate, in qua tantillum Lupuli & Fermenti incoctum ſit, vt omnia poſſint fermentare, poſtea ſecundum artem deſtilla, & inde elicies ſpiritum*[f] *inflammabilem, quem circula cum ana ſpiritus Vitrioli præcedentis, & in Apoplexia, pro morbi & ægri ratione cochleare ſemis exhibe, addita vna atque altera gutta olei Succini*[g].

*Ab extra etiam tempora & vertex Capitis vtiliter illo liquore inunguntur.*

*a* Exſiccatorum.

*b* Recentium.

*c* Non ita exactè obſeruandum decerpendi tempus.

*d* Hoc eſt farina ſinapi.

*e* Melius ros majalis ſuper triticum collectus.

*f* Quem ſeorſim ſerua, & ſimiliter phlegma. Ex capite mortuo cum phlegmate fac lixiuium, quod euaporando redige ad mellis conſiſtentiam, ac cum ſpiritu reſeruato & argilla q.ſ. impaſta, ac ex retorta in excipulum capaciſſimum, ſuper alios flores aliquantulum exſiccatos deſtilla, hunc liquorem rubeſcentem poſtea à floribus rectifica per cucurbitam, & quod primo egreditur deſtilla per phiolam oblongi colli.

*g* Præſtantiſſima quidem eſt hæc autoris aqua antapoplectica, ſimplicior mihi eſt in vſu ex ſolis floribus lilij conuallij & lauendulæ, cuius deſcriptio extat in Practica chymiatrica noſtræ editionis pag. 43. Præſtantiſſima eſt hæc aqua in Apoplexia. Præſeruat nimirum ab eadem, ac, ſi illa iam tum corpus occupauerit, ſoluit. Imprimis in linguæ paralyſi præſtans. Doſis eſt ſemicochleare.

## OLEVM SVCCINI.

*In hoc parando diligentia non vulgari opus eſt, requirit enim conuenientem & debitum ignem. Albo Succino è puriſſimo & mero Bitu-*

*mine*

mine in mari generato, in medicina vtimur, non flauo [a].

℞ Ergo Fragmentorum Succini albi (exempli gratia ij. vel iij ℔) & craſſo mūdo tundas, non in pulnerem tenuem teras: Eluantur prius ſi opus ſit aqua communi ſordes, deinde ponatur in Cucurbita vel alembico non nimis alto, & affundatur bona quantitas aquæ Roſaceæ & Betonicæ [b] (quod ſit ne Oleum comburatur, & vt harum aquarum vehiculo facilius ſtillare incipiat) imponatur capitellum capax cum roſtro ſatis amplo, & vas recipiens adaptetur, & in arena clauſis vtrobique pro more vitrorum iuncturis, ſeruato Ignis gradu conuenienti & continuo ne refrigeſcat, (alioquin inſtar picis nigreſcit & vitrum frangit) deſtillatio abſoluatur. Caue etiam ne Ignis nimium inualeſcat, alioquin recipiens periclitatur.

Primò egreditur aqua & oleum album cum ſpiritibus nubium inſtar, deinde non amplius ſpiritus egreditur viſibilis, ſed in capitello ſtriæ apparent, vt in deſtillatione Spiritus vini videre eſt: tandem venit oleum flauum: hîc ceſſandum à deſtillatione, vel mutato recipiente excipe ſeorſim oleum rubeo nigrum ſubſecuturum: vltimò aſcendit Sal ſublimatione: Caput mortuum in fundo manet, friabile, nigrum, & leue.

*Antequam Oleum Succini albi rectificetur, bene abluatur prius in aqua communi, voluendo ſæpius, poſtea rectificetur lentè in B.M. per aquam Roſarum vel Maiorana. Poſt rectificationem poteſt etiam vlterius cum noua Roſarum vel Maiorana aqua aliquoties miſceri, ſemper poſt reſidentiam & ſeparationem olei ab aqua, renouando aquam. Sic fœtor perire ſolet.*

*A libra una Succini poſt rectificationem vix tres vel quatuor lotones veri olei albi haberi poſſunt.*

## SAL SVCCINI.

*Salem ſublimatione vi ignis eleuatum collige & ſolue in aqua Maiorana & filtra aquam in B. paulatim abſtrahe: Iterum ſolue, filtra & coagula, hoc aliquoties reiteretur: tunc habetur* SAL DIVRETICVM *efficaciſſimum: cuius ſuperius facta eſt mentio* [c].

## Vires olei ſuccini.

*Efficaciſſimum Opobalſamum Europæum meritò vocari poteſt, quia ſua facultate omnia alia remedia ſuperat in Apoplexia & Epilepſia curanda: olim Sacrum appellabatur propter vires eius nimirum admirandas & arcanas.*

1. In

1. *In PESTE vna gutta manè & veſperi naribus affricatur, ſic nullum venenum conficere poteſt: Correpto datur à ℈ j. ad duos in aqua Cardui benedicti.*

2. *Vehementer prodeſt illis, qui periculoſos capitis morbos timent, qualis eſt Apoplexia, Paralyſis, Epilepſia. Nā ſi quis in aquis appropriatis, puta Betonicæ, Tiliæ, Lauendulæ, Ceraſorum nigrorum, &c. vnam atq; alteram guttulam Olei illius ieiuno ſtomacho* [d] *aſſumat, nil periculi erit ab illis morbis: Idem præſtant placentulæ ſeu Rotulæ ex ſacchаro confectæ, quibus aliquot guttæ Olei immixtæ ſunt. Et ſi Apoplexia, Epilepſia, Paralyſi quis corripiatur, vix eſt præſtantius remedium, quàm Olei è ſuccino albo deſtillati guttæ aliquot in ſpiritum Epilepticum* [e] *infuſæ & exhibitæ. Prodeſt etiam ceruicem & nares vngere dicto oleo, & certò pellitur morbus, & recipientes ſe, ſenſum & motum recuperant correpti, non aliter ac ſuffitus eiuſdem Succini albi ſupra carbones naribus Epileptici admotis paroxyſmum ipſi ſedat.*

3. *Nerui, venæ aut partes neruoſæ Spaſmo aut ſimilibus contracturis infeſtatæ, vngantur hoc oleo:* [f] *ita vtere, vt pauxillum immiſceatur vnguentis, quibus nerui refocillari ſolent.*

4. *Vna atq; altera guttula aquæ petroſelini immixta & aſſumpta calculos & alias ſuper-*

*ſtuitates meatuum vrinalium pellit* [g].

5. *Scrupulus ſemis vel integer ſi aquæ Verbenæ vel Artemiſiæ, vel Maluatico infundatur, & mulieri parturienti propinetur, partum promouet* [h].

6. *Prodeſt frigidis deſluxionibus capitis, qui huius vſu conſumuntur, & cerebrum reficitur.*

7. *Guttulæ aliquot naribus, Cordis foſſulis ſeu pectoris ſi illinatur, illis mulieribus, quæ ſuffocationes, præcipitationes & ſtrangulationes vteri habent, ſedat matricis motũ. Similẽ efficacia ſunt Rotulæ ex oleo Succini cum ſaccharo confectæ, ſi vna atq; altera aſſumatur.*

8. *Confert quoque in deliquiis animi, languore & palpitatione Cordis.*

9. *Confortat non ſolùm facultatem virtutis Vitalis Cordis, verum etiam Animalis Cerebri ac Naturalis Hepatis: ideoq; in concoctione & digeſtione magnas vtilitates ciere ſolet.*

10. *In Febribus tres guttæ in aqua Cardui benedicti ante paroxyſmum* [i] *expectata ſudori aſſumuntur, ſic Febres pelluntur.*

11. *In retentione vrinæ tres vel quatuor guttæ in aqua Fragariæ vel vino ſumantur, mirabiliter promouet illam* [k].

12. *In Exſiccatione Catarrhi conducit* [l].

13. *Dolores dentium è deſluxionibus exor-*

*tos*

*tos curat, ſi cum aqua Plantaginis miſceatur, & inde gargariſmus fiat.*

14. *In Icteritia datur cum aqua Endiuiæ, Cuſcutæ, Cichor. Chelidon.*

15. *In Colica ℈j. vel ʒß exhibetur in Cereuiſia.*

16. *In ſuffocatione matricis ſeptem vel octo guttæ in aqua Pulegij.*

17. *In Expulſione fœtus & ſecundinæ, ſeptem vel octo guttæ in aqua Sauinæ, Artemiſiæ* [m].

18. *In menſium retentione 7. vel 8. guttæ in aqua Meliſſæ.*

19. *In contractura quidem, contractus in manibus & pedibus fuit reſtitutus illitu Olei Succini.*

20. *In Vomitu ſanguinis tres guttæ in aqua Tußilaginis, Tormentillæ, Prunorum ſylueſtrium.*

21. *Vertiginem & Scotomiam curat.*

22. *Cerebri ſtuporem miraculosè remouet.*

23. *Viſum cum aqua Fœniculi confortat.*

24. *In Punctura lateris efficaciter adhibetur.*

## Doſis.

*A guttis 4. 6. 7. 10. vſque ad ℈j. ratione morbi & complexionis* [n].

*a* Quod ſi album ſuccinum haberi nequit, eſt enim rarius & pretioſius flauo, hoc æquè præſtat, niſi quod artificio prius ad albedinem redigen- dum ſit; id quod hoc modo præſtabis.

## *SVCCINI ALBI PRÆPARATIO artificialis.*

℞ Succini flaui, B.g. ℔ j. pone in cucurbitam terream validam; ſuperadde ſalis marini, vel ſi eo cares, ſalis gemmæ aut ſalis communis optimi ℔ ij. ſuperaffunde aquæ pluuiatilis tantum, quantum ſatis eſt ad ſoluendum ſalem: quo ſoluto, inſuper affunde recentem aquam fluuialem, ebulliant po- ſtea ſuperimpoſito alembico cæco, ad dies 14. in- tegros, continuo igne, & tandem ſuccini particu- lam exemptam fractamq́; examina. Quod ſi ſatis alba ſit, deſiſtendum eſt ab opere coctionis; ſin mi- nus, diutius inſiſtendum, donec nempe albedinem ſufficientem oſtenderit. Inter bulliendum proui- dendum fuerit, ne aqua deficiat, itaque identidem alia feruens aqua ſuperadijcienda.

*b* Nonnulli tantum per retortam deſtillant ſi- ne vehiculis aquarum deſtillatarum, ſaltem obſer- uantes olea diuerſa prodeuntia; quæ ſigillatim colligunt. Primum prodit album, poſtea flauum, deinde rubrum. Hæc olea poſtea rectificantur. Ab aliis adduntur fragmentis ſuccini, vel arena alba pura, vel oſſa combuſta, vel etiam ſilices calcina- ti. Hæc enim omnia eâ poteſtate pollent, vt ſucci- num ebulliens quaſi ſupprimant, nec idem per- mittant, vt per retortam in recipiens dilabatur vel fluat; quæ ſanè ratio eſt accommodatior, & ad deſtillandum oleum ſuccini ſecurior.

*c* Capite

c Capite de diureticis.

d Continuando.

e Contra epilepſiam & apoplexiam.

f Oleum vitrioli & ſuccini ana in articulis corroborandis præſtans eſt remedium. Vide Praxin pag. 49.

g Arenulas, tartarum, renum præſertim, ſi vna atque altera gutta olei Terebinthinæ admiſceatur.

h Fortius operabitur, ſi adijciantur guttæ 5. vel 6. olei cumini aut carui.

i Antegreſſa tamen præparatione.

k Vel vino ſilicum, de quo ſupra cap. de diureticis.

l Sacculum ex puluere chamæpythæos, oleo ſuccini illinendo, & ſupra ſuturam coronalem geſtando.

m Vel ſi guttæ 8. vel 9. imponantur ſimul in Vmbilicum, fætum ſiue mortuum ſiue viuum educit.

n Senibus maxime vtilis eſt. Externus eius vſus poteſt eſſe talis.

## VSVS EXTERNVS OLEI SVCCINI.

℞. Olei ſuccini ℥ j.
Mellis ℔ j.
Salis communis ℥ ij.

Miſceantur & emplaſtri loco ſuper vlcera ardentia ponantur; ardorem extrahit, dolorem ſedat & ſanat, die Mundſucht. Huius olei ℥ j. cum opodeldoch ℔ j. diligenter miſta, adeo illud confortat, vt vlcera ab omnibus accidentibus, præſertim vero ab ardoribus & humoribus præſeruet &

defendat: extrahit etiam ex Vulneribus oſſicula, feſtucas, curundarumque particulas, per imprudentiam chirurgi profundius illapſas.

## BALSAMVM APOPLEcticum[a].

*℞ Olei Nuciſtæ expreſſi ℥ ij.*[b]
*Ambræ griſeæ ʒ j.*
*nigræ*[c] *ʒ j. & ß.*
*Moſchi ʒ j. & ß.*
*Zibettæ ʒ ij. & ß.*
*Oleorum ſtillatitiorũ Lauendulæ, in quo*
*Lilij conualli flores maduerint ʒ ß.*
*Cinnamomi ℈ ß.*
*Majoranæ ʒ ß.*
*Caryophyllorum gutt. 6.*
*Succini ʒ j.*
*Rutæ ʒ ß.*

*Ex his omnibus ſecundum artem mixtis fiat in iuſta conſiſtentia Balſamum: qui volet aliquid de Balſamo Peruuiano odorifero addere, ei erit integrum.*

Vires & Vſus.

1. *Apoplecticis, Epilepticis, & Vertiginoſis mirè confert, ſi extremitates narium, tempora, vertex interius, etiam palatum, exigente neceſſitate, inungantur, noctu & die per intervalla.*

Pro

*Pro præſeruatione ſingulis ſeptimanis tantillo, ala Narium mixta hac pulpa pollice modice inunĉto, vna cum vertice ſemel atque iterum inungantur.*

2. *Contra malignam & peſtiferam auram.*

3. *Omnes Animales & Vitales ſpiritus recreat.*

4. *Arcanum in Colica*[d], *ſi vmbilicus eo inungatur.*

5. *Matricis ægritudinibus mirè confert, ſi inungatur ventriculus & vmbilicus,*[e] *etiam Naturalia mulieris ſuffocationem patientis, tunc confeſtim recreantur: ad Nares autem illarum eo tempore fœtida adhibeantur, qualia ſunt Caſtoreum, Aſſa fœtida.*

*Vſus ab extra ſaltem eſt: tantillum extremitatibus narium admouetur pro libitu: per vnum aut alterum diem ſuauis ille odor vix euaneſcit*[g].

*a* Auſtriacum dicitur. Senibus omnibus vtiliſſimum. Hanc compoſitionem ſunt qui adſcribunt Cratoni à Krafftheim.

*b* Olei Nuciſtæ quantitas ℥ ij. eſt nimia, hæc nimirum compoſitio exinde fit durior & moroſior ad tractandum: itaque ſufficit ℥ j. eius, ad reliqua huius compoſitionis ingredientia.

*c* Melius albæ.

*d* Propter Zibetam præſertim, quæ alias inuncta ſolet exturbare ſtercora.

e Si præſertim ex eodem in linteo factus peſſus genitalibus mulierum indatur.

f Oleum anthracis ſ. carbonum foſſilium, vel odor è pennis perdicum, aut è propriis capillis accenſis, oleum ſanguinis humani, hirci.

g Seruatur in vaſe aureo, vel argenteo deaurato. Deſcriptionem elegantem Balſami noſtri apoplectici, vide in Praxi chymiatrica editionis Lipſienſis pag. 45.

## OPHTHALMICVM.

℞ *Vini Maluatici* ℔ j.
*Aquæ ſtillatitiæ albuminum ouorum coctione induratorum* ℔ j.
*Aquæ ſanguinis humani* ℥ j.
*Aquæ Roſarum albarum*
*rubearum ana* ℥ ij.
*Aquæ Chelidoniæ, Rutæ*
*Euphraſiæ, Fœniculi*
*Valerianæ, Fumiterræ*
*Pulegij ana* ℥ ij.
*Mellis virginei cochl.* j. *&* ß.
*Aluminis Roch.*
*Sacchari candidi*
*Vitrioli albi ana* ℥ß.
*Camphoræ* ʒ iij.
*Salis Euphraſiæ*
*Fœniculi*
*Saturni ana* ʒ j.

*Salis*

*Salis Margaritarum*
*Corallorum ana* ℈ ij.
*Caryophyllorum*
*Zinziberis*
*Maſtichis ana* ʒ j.
*Tutia præparata (id eſt, in aqua Roſarum & vino Cretico ana ſexies extinguatur ac tenuiſſimè teratur)* ℥ j. & ß.
*Aloës* ℥ß.

*Terenda terantur & miſceantur, ſtent in vitro clauſo aut in caloris digeſtione per menſem, vel quod melius, ſub dio Soli & Rori exponatur per 40. quotidie mouendo aliquoties, dies, ſic demum inſolata promenda vſui. Qui in vaſe Aurichalcino vult parare & exponere, faciat pro libitu.*

*Nota Aloën mortario cum aquis dictis prius remiſcendam mouendo quatenus in aquam abeat, & ſtrigmenti*[a] *modo coëat, idque donec Aqua remiſceatur, poſtea reliquis addatur*[b].

Vſus.

1. *Ad omnes oculorum affectiones,*
   *inflammationes,*
   *lippitudines,*
   *nebulas,*
   *fiſtulas, & eiuſmodi.*

## Modus applicandi.

*Iaceat in lecto æger ſupinus, & iniecta intra apertos oculos aquæ lachryma, vel gutta cum pluma gallinæ nigræ indatur, claudat reſeretq; oculos infirmus, vt per oculorum cauitates intruſa aqua per oculum diffundatur, id bis terve in die, & curabitur.*

*Si nebulæ fuerint ſupra vel infra corneam, conficito puluerem è Sacchara candido. Alumine combuſto, & ſepiæ oſſe,* [c] *ſed tenuiſſimè contuſum & ſaccretum incerniculo, vt tactum effugiat, vt cùm cubitum pergit ex canaliculo pennæ, parum de hoc puluere inſuffletur, moxq; aquæ* [d] *guttam inſtillabis, oculos claudat ac dormiat, nam citiſſimè diluetur.*

*Vel ſi ſint maculæ, miſceantur cum ℥ß illius liquoris Ophthalmici, Laterini olei quater rectificati, & olei Fœniculi ſemel rectificati, ana guttæ 4. item duæ guttæ olei Succini rectificati, ac in die de hoc liquore bene mixto bis, manè & veſperi, ſemper vna atque altera gutta oculo indantur.*

*Mirum & ſtupendum Ophthalmicum fit è Cancris & Chelidonia, quod ſi debito artificio & tempore præparetur oculos ad deſperationem læſos virtuoſiſſimè reſtituit, & omnia vulnera* [e] *ſpatio 24. horarum conglutinat* [f].

a Ramenti.

b In

*b* In Balneo, ſi aloë ſuccotrina, in aqua digeratur, ſponte reſoluitur & fæces poſt ſe relinquet.

*c* Calcinato.

*d* Ophthalmicæ.

*e* Excepto neruoſo Vulnere.

*f* Ad oculorum vitia alia chronica, & viſus imbecillitatem dantur adhuc aquæ variæ. Hæc quæ ab autore proponitur licet multa habeat ingrediẽtia, ex optimis tamen eſt optima. Duo autem à ſpecifica proprietate viſum multis modis acuunt; ac à quacunque causâ læſum ad miraculum vſq; reſtituunt. Suntq́; arcana Valerianæ totius & Euphraſiæ, philoſophicè planè præparata, ad eum modũ, quem antea innui, vbi nempe aqua cum ſpiritu ex vegetabili deſtillatione elicitur, poſtea ex capite mortuo Sal extractum cum eodem ſpiritu per deſtillationem prolecto digerendo vnitur, & poſtea cum eodem igne aperto ſimul in forma ſpiritus, vt ſupra ad ſpiritum Tartari factum eſt, ſupra ſimilẽ herbam marcidam & in excipulũ propoſitum dicitur: qui eſſentiam ab illa plãta extrahens tandẽ per retortam igne Balnei ſicci producitur & arcanum dici meretur. Doſis à gutt. iij. ad viij. vel x. Vide etiam Practicã chymiatricam editionis Lipſiẽſis p. 56. Quod ſi porro externè aquis ophthalmicis aliquid de ſpecifico fellis Lucij piſcis addideris, effectus ſubſequetur citius, etiã quibuſuis oculorũ vnguibus, nebulis, pterugiis feliciter euaneſcentibus præparationem. Vide in Practica chymiatrica noſtræ editionis p. 59. Ex albumine ouorum quoque præparatur aqua præſtãtiſſima, quæ qualiacũque oculorũ Vulnera citra aliquam cicatricẽ conſolidat, eſtq́; magnarum virtutum: modum præpa-

*Arcanum Valeriana, euphraſia.*

randi vide in Praxi chymiatrica veræ editionis p. 59. Aquæ ophthalmicæ ex chelidonio & cancris deſcriptio exſtat in Practica chymiatrica p.61. quæ oculos ad deſperationem vſque læſos reſtituit, virtuoſiſſimè eorum Vulnera ſpatio 24. horar. glutinat. Ad caliginem, rubedinem, lacrymas oculorum aqua noſtra ex ſaccharo candido & vitriolo purificato reperitur in Practica noſtra chymiatricâ pag.61. Aqua ex floribus cichorij ophthalmica reperitur in Practica noſtra chymiatrica p.57.58. Eſt & alia aqua præſtantiſſima ad oculorum deponendas vngulas, ſuffuſiones, & clarificandum viſum mirabilis.

℞ Aquæ roſarum
Fœniculi
Chelidonij
Euphraſiæ
Apij ana ℥ ij.

adde Mercurij ſublimati & tenuiſſime puluerif. ℈ß. cum ille ſolutus fuerit, aquam filtra & ſerua, quotidie manè ieiuno ventriculo gutta vna vel altera in oculos læſos immittitur.

Huc referri poſſunt. Aqua ſaphyrina Anshelmi Boetij de Boodt tract. de gemmis lib.2.cap.43.pag. 95. Aqua ophthalmica Angeli Salæ ex ſtanno Anglico. Item Aqua ophthalmica eiuſdem ex Venere, in recenſione 7. Planetarum ſpagirica p.88. & 91. quæ admirandarum virtutum.

## ODONTALGICVM.
### Oleum Anodynum.

℞ *Olei Caryophyllorum rectificati ℥ß. ſol-*

*ne ui*

*ue in illo ʒß. Camphora, adde poſtea ſpiritus Terebinthina* [b] *quater rectificati ℥ß. & mixtum hunc liquorem ad neceſſarios vſus ſerua.*

## Vſus.

*Gutta j. vel altera denti dolenti eroſo cum goſſypio indatur ad ſopiendos dolores* [c].

## Aqua eiuſdem efficaciæ.

*℞ Serpilli*
*Origani*
*Saluiæ*
*Mentaſtri*
*Hydropiperis ſeu perſicariæ*
*Raſuræ Guajaci*
*Raſuræ Tamariſci*
*Buxi ana m. j.*

*affunde S. v. Opiaticum, videlicet à Laudani confectione reſiduum, ad eminentiam trium vel quatuor digitorum, ſtent in calore, vitro clauſo, donec tingatur ſpiritus: De hoc ſpiritu Tincto tantillum in ore contineatur, parte illa vbi ſunt dolentes dentes, poſtea iterum expuatur: reiteretur, ſi opus eſt. Si dens ſit concauus, goſſypium intinctum imponatur. Efficaciſſimè omnes dolores dentium ſopit* [d].

*a* Odontalgica reperiuntur apud Practicos varia. Sequentia ſunt omniũ tutiſſima, mihique viſitata. 1. Radix Lapathi acuti in taleolas ſecta & ex-

ſiccata dentibus dolentibus impoſita, dolorem ſuperfluum extrahit. Radix vere & autumno colligatur, vide Praxin chymiatricam noſtræ editionis p.70. 2. Idem facit decoctum Lappæ maioris radicis ex aceto aliquandiu ore detentum; & decoctum radicis vrticæ maioris, ſi ex deſtillatione dolor prouenit. ibidem. 3. Si puluis gallarum in ſucco radicis pyrethri, 10. vel 12. imbibitus & exſiccatus cum fermento miſtus in forma globuli impoſitus fuerit, ſubitò dentibus vehementer dolentibus medetur, eos etiam firmiores facit, vermiculos in eorum cauernis vigentes enecat, fluxioneſque omnes ad gingiuas delapſas extrahit, eáſque confortat. 4. Oleum Buxi cuius præparatio & modus adhibendi extat in Practica noſtra chymiatricâ noſtræ editionis. pag.73.

*b* Omitti poteſt, propter ingratum ſaporem.

*c* Idem præſtat oleum Camphoræ, item oleum Ligni Heraclini.

*d* Ad Inflammationem dentium confert, decoctum Guaiaci cum albumine & nitro fixo in ore detentum. Item ℞ particulam Laudani opiati, diſtempera cum oleo caryophyllorum, goſſipio excipe & denti dolenti impone.

## PECTORALE.

### Lac Sulphuris[a].

*℞ Sulphuris flaui triti vel cribrati, vel florum Sulphuris[b] partem j. & Salis Tartari[c] partes tres, pone in vitro ore capaci, luto obducto collocetur in arenā, affundatur aqua pluuialis deſtillata ad eminentiam 6. digitorum: Vitri*

*quarta*

*quarta pars ſit vacua, quæ extra arenam promineat, ſubijce ignem ſucceſſiuè, vt bulliat, lignea ſpatula diligẽter agitetur, donec Sulphur ferè omne in illis ebullitionibus ſolutum ſit, quod ſpatio 5. vel 6. horarum fit, tunc enim liquor rubeſcit, mediocriter ſaltem ſe inſpiſſando inſtar lixiuij: Si aqua inter bulliendum[d] euaneſcit, affundatur alia feruida: Vltimò vbi ferè omne Sulphur ſolutũ eſt, & liquor rubeus ad eminentiam trium digitorum tranſuerſorum reſtat, tunc ita calidè filtratur, per chartam Emporeticam, & de filtrata calida ſolutione parum in alio vitro ponitur, & confeſtim dum adhuc calet, affunditur vinum (ſunt qui aceto deſtillato vtuntur, ſed vinum præſtat) lentè, celeri tamen & alto lapſu, tamdiu, donec calorem ſpiſſi lactis acquirat. Hoc poſtea in peculiari vitro ſeruatur, & proceditur eodem modo cum reſtante ſolutione calida & vino: vltimò omnem lacteum liquorem miſce, & pone in loco tepido, donec albedo Sulphuris à vino cærulei & rubei coloris in fundum deſcendendo ſe ſeparauerit, abſtrahe tunc vinum per inclinationem, & affunde aquam pluuialem deſtillatam miſcendo: ſtet diem & noctem, ac iterum effundatur affundendo nouam: Hoc toties reiteretur, donec nulla nigredo ſeu impuritas in aqua amplius appareat,*

*nec ſenſibilis fœtor, poſtea poſt debitam reſidentiam & effuſionem aqua ſiccatur per ſe in hypocauſto, & ſeruatur inſtar pollinis, vel antequam planè ſiccetur, miſceatur aqua Cinnamomi, vel alia appropriata, vt fiat pultis inſtar vel lactis, & priuſquam ad vſum medicum adhibeatur, diligenter moueatur* [f].

## Vires, Vſus, & Doſis Lactis Sulphuris.

1. *Balſamum eſt humidi radicalis.*
2. *Confortat vires Naturales.*
3. *Purificat ſanguinem ab omnibus impuritatibus, vnde varij morbi oriri ſolent.*
4. *Præſeruatiuum Apoplexiæ.*
   *Conuulſionis neruorum.*
   *Lepræ.*
   *Luis venereæ.*
5. *Specificum Pulmonum, præſeruat & ſanat Aſthma* [g].
6. *Tollit antiquam & recentem Tuſſim.*
7. *Conſumit & exſiccat fluxus Capitis.*
8. *Confortat Cerebrum.*
9. *Ventoſitates Ventriculi & Colicam impedit.*
10. *Hecticis* [h] *& aridis peculiariter ſua confortatione prodeſt, cum aqua Cinnamomi ſi miſceatur, vt fiat inſtar lactis liquidi.*

11. *Phthi-*

11. *Phthiſicos* [i] *oculariter iuuat, agendo in humidum radicale, teſtimonio ægrotantium.*

12. *In Arthritide, Podagra, Sciatica, & ſimilibus morbis, ſummopere etiam conducit.*

13. *Inſtar Ignis occulti conſumit morbum non aliter ac Ignis vulgaris lignum abſumit.*

## Doſis [k].

*Tantum pulueris miſcetur, vt vehiculum quaſi albicante colore tingatur: manè & veſperi j. cochl. Ante exhibitionem diligenter liquori immiſceatur.*

*Offertur in aquis ſtillatitiis Cinnamomi, Meliſſæ, Lauendulæ, aqua Epileptica: vel in Spiritu vini.*

*a* Alij vocant ſulphur album, Magiſterium, Cremorem, item butyrum ſulphuris, ſuperemi-nentiam ſulphuris. Autor aliàs huius compoſitionis eſt Doctor Samuel Schleger Anhaltini Principis Medicus, à quo Comitem de Alta flamma hoc ſibi coemiſſe fertur quingentis coronatis.

*b* Qui meliores ſunt.

*c* Fuſi.

*d* Supra impone alembicum cæcum; hac ratione aqua non euaporat.

*e* Aliter iuſculum alias non procedit.

*f* Libauio hîc multa videntur hyperbolica.

*g* Rob. nucum inprimis aſthmati medetur, cũ aqua deſtillata ex fruticibus rubi idæi diſtẽperatum, & quantum placet, ſumptum. Diſſoluit nimitũ mirabiliter, inprimis ſi aquæ, quæ fit ex ſaccha-

ro albiſſimo & raphani taleolis. ſimul in patinis duabus ſubinde commotis, recens factæ, cochleare vnum manè ſeroque adhibetur. Vide Practicam chymiatricam pag. 80.

Secundo ſuccus bryoniæ ſeu vitis albæ omnibus præſtat: præparandi modum vide in Praxi chymiatrica de pectoris anguſtia, pag. 80.

*b* Primi & ſecundi gradus, his nimirum tam igneum non conducit.

*i* In aqua Tuſſilaginis. Contra Libauius in hecticis & aridis, macilentis propter ſummam vim exſiccandi non conducere putat.

*k* Quercetanus ʒ j. pro cathartico exhibet.

## CORDIALE.

*PRæcipuum in medico, qui ægrotum curat, vt Cor bene defendat, & poſtea morbum aggrediatur. Quibus Harmonica Analogia Superiorum & Inferiorum innotuit, & qui ex Aſtrologorum ſuffragiis, duobus Maximis Cæli Luminibus duo maxima hominis viſcera, COR videlicet & CEREBRVM, dicata eſſe didicere, diffiteri nequeunt, maximum Confortatiuum Cordis in Natura Rerum latẽter quieſcere in Auro ſeptem ſigillis*[a] *munito, ſicuti in præfatione vtrâque ſatis annotatum eſt. Fatentur vulgares medici Aurum Cor confortare, quod non de communi Auro mortuo, aſpectu ſaltem Cor exhilarãte, ſed de Philoſophico viuo, Regenerato,*

*nerato, Pluſquam perfecto, & in omni liquore reſolubili audiendum. Et quãuis gemmæ quædam Auro præferantur, non tamen hoc fit, quod Auro ſint meliores, ſed quia rariores & pauciores inueniuntur. Auro enim Natura non cõtẽptibiles indidit virtutes, quas qui ſcit eruere, & arte tractare poterit, comperiet Aurum quod mortuum & ſterile videbatur, viuũ adeo eſſe & prægnans, vt germinet, ac de ſe nouũ Aurum, nouis & iiſdem infinitis progeneret incrementis. Quod autem metallorũ generatio non adeo vt in Vegètabilibus & Animalibus ad oculũ patet, in cauſa eſt craſſa illa Terreſtris moles, per quam Spiritus Vegetatiuus velut carcere incluſus impeditur, quo minus officio ſuo fungi, ſibi ſimilia generare poſſit: Hic ſi per artẽ à Terreſtri illa domo & ſepulchro liberatus & ab omnibus inquinamentis exolutus fuerit, ſine dubio æque vt omnes aliæ Creaturæ vis generatiuæ particeps erit, fructumq́ ſuo ſemini correſpondentẽ proferre poterit, ſicq́ metallum producet metallũ, Aurum generabit Aurũ. Inde Verus Philoſophus mirabilẽ & omnibus expetendam concinnabit medelam, qua & metallorum imperfectorum, & humanorum corporum morbis incurabilibus affectorum omnia vitia tollet. Felicẽ illum & terq́ quaterq́ felicẽ medicũ, qui materiæ vniuerſalis debitæ tria prima*

*In auro eſt omniũ magiſteriorum reſeruaculum: auri enim Quinta eſſentia reſiſtit Solis & reliquorum Planetarum operationibus in Homine.*

ſummopere purificata ac debita proportione iuncta, ita Rotatione Phyſica per omnes colóres requiſitos in Phœnicem incombuſtibilem redigere poterit, cuius beneficio Aurum in fluxu actualiter vegetari & animari, ipſeq; Phœnix eâdē operâ inſeparabili modo aurificari poſſit: Fortunatum inquam illum medicum, qui fauente Sole Cœleſti, ex Anatomia Magica & Philoſophica Pyronomia legibus Solem metallicum, per illam plurimorum nominum Hylealem Aquam [b] ſolutum & regeneratum Solis Vegetabilis ſeu ſpiritus vini generoſi appropriato vehiculo Soli Animali ſeu Cordi microcoſmico hominis videlicet Spiritui vitæ tāquam ſimili rite ac Harmonice applicare nouit. Cum donorum dator mei hâc in parte nondum miſertus ſit, vt ſupra dixi, licet varias tētarim vias, & è centum ferè deſcriptionibus Auri Potabilis, ſeu Putabilis potius, multas irrito conatu poſt tēporis & ſumptuum iacturas in igne examinauerim, nollem etiam hoc loco candidum lectorem Chymicum naſo ſuſpendere, quia promiſi me Experta ſaltem in hoc meo libro traditurum: Vt tamen auidæ quorundam expectationi ſatisfaciam, vnam ſaltem deſcriptionem non ita pridem mihi fideliter com[illegible]nicatam paulò poſt inſeram, quæ quam[illegible]ritate non videtur eſſe aliena, illam [illegible]

Quatuor Naturæ Principia. Inter Cœleſtia Sol obtinet primas. Inter Vegetabilia Vinum. Inter Animalia Homo. Inter Mineralia Aurum.

*Experientia non comprobatam, lectori cupido, cui integrum eſt, examinandam offero. Rationes autem & Via Alchymiſtarum vulgarium in conficiendo Auro Potabili, inepta, humanæ naturæ inconducibiles, & à propoſito Philoſophorum longiſſimæ ſunt, quicquid etiam hoc nomine glorientur & mentiantur. Nam quicquid redigitur in corpus, hoc ipſum crudum & indecoctum eſt: Natura enim bonum in melius per alterationis modum transfert: Sed hoc Aurum quod ab ipſis tractatur, neque alterationem paſſum eſt, neque ſolutionem Phyſicam, In melius ergo nō deducitur: Et quamuis multi per Spiritum Salis vulgarem, nonnulli per Spiritum vini Alcoholiſatum, alij per Acetum radicatum, alij prius per Salia corroſiua, poſtea per Spiritum Terebinthinæ ſeu Olea Aromatica & ſimilia deliramenta conantur Aurum vt ſtirpem metallicam, quam ab Animalium & Vegetabilium prouincia immeritò excludunt, ſoluere, in vanum tamen laborare omnes ipſa Experientia teſtatur. Aqua Sapientiæ Philoſophorum vna eſt, quæ omnia metalla & lapides ab impuro Puncti Quaternarij coagulationis vinculo Philoſophicè & Naturaliter liberat: nec eſt ſub Cœlo modus alius diſſoluendi Phyſicè Corpus Solis, quàm per Vniuerſale Menſtruum Mercuriale Philoſophorum totius*

*Cœlū aureum nullo impuro mediante vetratur, ideo facetus & ponderoſus Lucifer olim à Cœlo ſpirituali detectus fuit. Veteres nō ſine cauſa dixerūt id Sole & Sale contineri omnia, videlicet non illo excrementitio, ſed cētrali. Bal-*

*Natura ſecretiſſimum, quo dum per ignorantiam & difficultatem acquirendi caremus, cõſueuerunt in defectu Perdicum, famem etiam Carnes bubulæ ſedare, ſiquidem coquus in abſentia ligni quercini ad coquẽdos cibos, vtitur fagino ſeu betulino. Porrò Aurum in quo eſt Elementorum*[d] *adæquatio, eſt Vniuerſale ſubiectum ad Animalia, Vegetabilia & Mineralia, Vita rerum omnium: Et vt cum Sole Cœleſti ſingularem concordantiam habet, ſic etiam cum corpore humano ſua forma interna magnam poſſidet affinitatem & Harmoniam*[e]. *Quemadmodum autem Sol Cœleſtis ſe habet erga reliquos Planetas, tanquam Rex enim ſedet in meditullio aliorum Planetarum, luce, magnitudine, pulchritudine, omnes excellens, omnes illuminans, virtutemq́; illis ad inferiora quæq́; diſponenda diſtribuens: Ita etiam Sol Philoſophicus ſeu naturale Aurum erga reliqua metalla: Metallorum enim puriſſimum*[f] *eſt Aurum, in quo ſplendor Solis Ignisq́; Cœleſtis radius eſt, & in cuius corpore perfectiſſimo quatuor Elementa conueniunt. Rubinus habet in ſe effectum omnium Lapidum pretioſorum, ſic etiam habet aurum (nobilior lapis omnium pretioſorum) in ſe virtutem omnium lapidum ductibilium, metallorum ſcilicet, quia continet in ſe omne metallum, & ea tingit & viuificat*

ſamo Natura vniuerſali. ab omni æuo Vera Halchymiæ nomē dedit. Lege Rodargirij Zodiacum inferiorem de ſignis hyemalib. Lullij Cœlum Philoſopho. ii de Sole Centro li. Hunc Cœlo Philoſophico applicamus ſt. llas ſuas Terrenas, quæ ſunt plantæ lapides & metalla. Vt in animantibus vniuerſo Corpori ipſum Cor, ſic Cœlo & Mundo præeſt Sol. gaudium terrius Creaturæ in i-

*uificat. Et ſicuti ſuperiores Cæleſtes Planetæ ſuum ſplendorem & Lumen accipiunt à Sole Cæleſti: Eodem planè ac ſimili modo accipiunt Terreſtres Planetæ vel corpora metallica ſuum Splendorem, Lumen, Vim, & Radios ab Auro, vtpote à Philoſophico & Terreſtri Sole. Hinc videre eſt, cur antiquiſſimi Cabaliſtæ & Sapientes Magiæ Naturalis periti, plenariam totius Naturæ cognitionem in Dei Lumine adepti, Exordia Rerum omnium totius mundi Puncto lineæ rectæ & Peripheriæ aſſimilarunt: Item cur metallis Characteres & Nomina Cæleſtium Planetarum impertitè ſunt, videlicet propter ſingularem correſpondentiam, & quia ſe inuicem ſine magno diſcrimine interpretantur. Auro metallorum Regi & Capiti ſecundum* Hermetem, *corpori videlicet perfectiſſimo & puriſſimo, à nullo Elementorum domabili, & à Deo & à Natura perfectè ſecundum materiam & formam elaborato, non ſolùm omnes Cæleſtes vires Planetarum aliorumq́; corporum metallicorum ac mineralium, ſed & Vegetabilium & Animalium infuſæ ſunt: Ideo hanc Temperatam Elementorum deſponſationem & coniunctionem, non poteſt Ignis violentia ſeparare, nec Terræ fæculentia vitiare, nec Aquæ limoſitas contaminare, nec contactus Aëris obumbrare aut*

pſum vniuerſum mundum, & quæ in eo ſunt, impreſſum habent.

Vide Monadē Hieroglyphicam.

Aurum eſt omnia Natura.

corrumpere. *Vnde à Sophis tam propter Cœle-*
*ſtes, quàm Terreſtres latentes vires omnis Ho-*
*mo, Microcoſmus, & Adam nominabatur: ſicu-*
*ti illud finis & perfectio operis Naturæ: imò Se-*
*ptenarius perfectionis Numerus verè comple-*
*tus eſt, vltra quem Natura (ſine adiutorio Ar-*
*tis) in ſua potentia & operatione altius proce-*
*dere non potis eſt, ſed Sabbatizat & quieſcit.*
*Verum vt intelligatur quomodo Cœleſtia cor-*
*pora Planetarum & ſtellarum, virtutes etiam*
*Elementorum & Vegetabilium ſuas Vires Au-*
*ro ſub Terra communicent, ſequentia ſyncere*
*Philoſophantium relinquimus conſiderãda &*
*excutienda iudiciis. Tota machina Creationis*
*ſecundum Cabaliſtas Hebræorum in tres Orbes*
*ſeu Mundos diuiditur, in Mundũ* Elementa-
rem, *ſcilicet hunc ſenſibilem, infimum, cuius*
*partes ſunt Cœlum & Terra: in* Intellectua-
lem *ſeu Angelicum: & in* Archetypum. *Hi*
*tres Mundi ſunt figurati à Moyſe euidẽtiſſime*
*in admirabili illius Tabernaculi ſui, ſecũdum*
*Archetypum in Monte demonſtrati cõſtructio-*
*ne: in mundo ſenſibili eſt Elementaris Regio &*
*Cœleſtis.* Elementaris *concluſa & cincta Cœ-*
*lo exteriori ſeu Firmamento, continet in ſe*
*quatuor Elementa, generationibus & corru-*
*ptionibus obnoxia: In Cœleſti Planetæ & reli-*
*quæ ſtellæ, ſeu corpora Cœleſtia ſuã gubernatio-*
*nem*

*Exo. c. 26. ſect. 30.*

*Supremi ordinis monitu medius ordo inferioribus interpretatur.*

*nem habent & officia exequuntur.* Secunda *Regio, habitatio ſeu locus Angelorum eſt, à doctis Rabinis* Mundus Intelligentiæ *vocatur.* Tertia *continet* Mundum Archetypum. *Iam verò deſcendit Potentia & Voluntas Diuina, antequam ſe inferioribus communicat, primò ad Intelligentias aut Angelos, ab illis ad Sphæras Firmamẽti Planetarum aut ſtellarum: vltimò venit in mundum Elementarem, vel in Regionem quatuor Elementorum, vbi poſtrema executio mandatorum & Voluntatis Diuinæ (vt Hebræi loquuntur) impletur & perficitur. Deus autem vnicuiq; ex illis tribus Regionibus indidit ſimilitudinem ſeu Exemplar ſuæ Diuinæ Omnipotentiæ non eo fine, vt ſibi ceu Creatori æquale illud ſit, velut per ſe ſua ſponte omnia facere potis eſſet: ſed vt illæ effigies ſint tanquã ſimulachra ſignificãtia ſaltem & demõſtrantia Eſſentiam Diuinam, per quæ Deus Omnipotentem ſuam vim, & potentiam ſentiendam & oculis cernendam exhibet, atteſtante Paulo Rom.*1. Deum *Ethnicis vel Hominibus Inuiſibilem ſuam Eſſentiam, hoc eſt, æternam vitam & Deitatem feciſſe manifeſtiſſimam per opera ſua, videlicet in Creatione mundi. In* Archetypo *ſunt* Ideę *& Diuinæ* Dignitates Dei: In Intellectualem *mundum collocauit* Angelos *ſeu* Intelligentias,

*Mouetur tertius à ſecundo, ſecundus à primo regitur.*

*Sect.* 20.

*Deus in diſpoſitione & ordinatione Rerum per gradus ſemper nobiliorẽ in ſummo gradu collocauit.*

*In* Cœleſtem verò *Regionem ſeu mundum hunc* Senſualem *collocauit* Primum Mobile, *ſeu, vt alij loquuntur, Secundam motionem poſt Angelos ceu primam Creaturam corporalem & Fontem omnis vitæ & motionis. In hanc autem Cœleſtem Regionem poſuit* Solem *quaſi Regem & Gubernatorem ſtellarum & fontem omnis Luminis. Anima enim mundi ſeu Natura media in* Sole *præcipuè habitat, vt quæ globum Solis totum implens radios ſuos vndiq; quaſi ſpiritũ effundit per omnia, vitam, ſenſum & motum ipſi vniuerſo diſtribuens, cuncta permeans Entia. In Sole igitur omnes Naturæ vires, quaſi in Receptaculo & Fonte perenni, reconditæ ſunt: Et ſicut in Humano corpore Cor eſt ſcaturigo vitalis ſpiritus & ſanguinis, omnibus reliquis membris motum & vigorem impertiens: Ita Sol Cor Cœli viciſſim tanquam omnium Virtutum Elementarium Dominus per vniuerſam Naturam ſuos ſpargit & infundit radios. In Mundum Elementarem* Aurum, *quaſi Receptaculum & ſubiectum omnium Elementarium Cœleſtium & Supercœleſtium Viriũ: quæ poſtquam à Supercœleſti & Cœleſti Influentiâ deorſum in Mundum Elementarem delapſæ ſunt, ſimul in hoc metallum vnicum concentrando ſe, confluxerunt, & ſic finaliter in illo colligatæ aſſeruantur*

*Animæ omnes ad vnam Animam mundi, & Planetæ omnes ad Solem vti ad ceu Regẽ omniũ referri debent.*

*Super Omnia Lucet, & eſt Sapientiæ Humanæ Fermentum.*

*Solis vis peculiariter micat in lapide, cùm enim in qualibet re Naturali eius inſit ſpiritus, eo magis erit in*

*uantur & concluduntur. Auri enim ſpiritus ſecretiſſimus Cœleſtis, omnibus Creaturis totius mundi Vitam, Subſtantiam, Eſſentiam largiēs, & hac Ratione Imaginem DEI gerit proximè: Idē Spiritus in Cœlo liberrimè diffuſus motu & virtute ſua eſt: In Terra autem maximè in Centro eius arctiſſimè contractus condenſatur iam & quaſi incorporatur in ſubſtantiam illorum, quæ in Centro Terræ prouenīūt: In metallis totus clauditur & figitur: Et hoc vt clarius explicetur tenendum eſt. Quandò Solis Peripheria in Cœlo voluitur, & permeat vias ſeu plateas itineris cœleſtis (vbi ad Planetarū aliarúmve ſtellarum domos & hoſpitia diuertit, ſiquidem eius ductu Planetæ omnes agitātur, præſentiâ nōdum coniuncti torquentur, & coniunctione corporali lætantur (confortando illarum vim, & operationem, quam in Aëre habent, excitat cum Marte videlicet Calorem, cum Saturno Frigus) & vnicuiq; infundit lumen, vitam & motum vſque ad infima & profundiſſima loca Terræ. Vnde ab Heraclito Fons luminis Cœleſtis, ab Orpheo Lux Vitæ & Oculus mūdi, ſeu viuificus Cœli Oculus, qui omnibus rebus calorem, lucem, vitamq́; inſpirat, dicitur. Ignis externi natura eſt omnes Ignes in occulto latentes viuificare: Ita Sol à Deo ordinatus in eum finem in hunc modum, vt omnes*

*Auro & Lapide, qui Naturam ſuo laborantem defectu iuuat & inſtaurat.*

*Ideo Paracelſus non ſine ratione in libro vexationum Aurum conſtituit triplex.*

*Metallā infimum circuli ſortitā ſunt locum, in medio Centri Terræ deliteſcentia.*

*occultos & quieſcentes Ignes incendat, nimirum Sphæras Planetarum qui nobis non apparent, per ſe enim ſunt mortui, ſi vero incendũtur, ſunt viui & operantur ſuas proprietates: A Paracelſo Sol vocatur Spiraculũ Vitæ Elementorũ: à Platone Zoroaſtro Cæleſtis & Inuincibilis Ignis vocatus eſt: Pater Luminum ſplendorem Ignis ſui emittens & communicans primò ſoli & cæteris Cæleſtibus corporibus, inde tanquam per media inſtrumẽta in hunc ignem noſtrum influit: Et hoc modo omniũ Planetarum vires & virtutes in Sole reperiuntur: Et Iamblichus verè dixit: Quicquid habemus doni, habemus à Sole, vel ab ipſo ſolo, vel ab ipſo per alia, quamuis enim aliquid ab aliis habeamus, illud tamen à Sole deſumptum eſt. Ideo in Sole Cæli Corde, vt in potenti ſcaturigine vel fonte reperiuntur Cæleſtes occultæ operationes corporum Cæleſtiũ: ſed Cæleſtis Regina & Vxor ſolis Luna, videlicet omnium Cæleſtiũ influxuum virtutumq; vltimum receptaculum, Solis cæterorumq; Planetarum atque ſtellarum radios & influxus quaſi fœtum ſuſcipiẽs, inferiori mũdo ſibi vicino quaſi parturiens edit: Et æſtimatur à Deo ſapientiſſimo Sphæram Lunæ in infimo loco corporum Cæleſtium: & ſupremo Elemẽtarium motuum creatam & collocatam, vt ab illa deſuper poſſint accipi Vires & Influẽ-*

*tia*

*Sol à nemine accipit, id ardet & lucet semper, & a solo Deo regitur.*

*Nil ſine Luna beneficio vnquam profeceris, quia Luna virtute Solis Domina generationis augmenti & decrementi.*

*Luna quaſi Luce lucens aliena, quia ipſa nõ lu-*

*tia Cæleſtes Aſtrorum, & ipſa ſupple Luna eaſdem à ſe refundere in omnia Elementaria, vel in ipſa Elemēta vſque in Terræ globum diſtribuere, & cuiuſq; rei peculiare ac propriū Lunatum Aſtrum cum ſuperioribus conſpirans hoc pacto excitare. Hinc apparet, quomodo, anima mundi per ſupercæleſtem, inuiſibilem & inſenſibilem Ignem commoueat Lumen & ignem Solis, qui poſtea mouet Vires Aſtrorum & tandem demittit per Lunam in Terræ globum, vſque in intima abyſſi profunda diſtribuendo, quemadmodum ſemē virile in globum vel vas matricis eiaculatur. Quia igitur hanc ſingularem conformitatem, concordantiam, ſimilitudinem mutuò inter ſe habent Sol Cæleſtis & Terreſtre Aurum, veteres Sophi & Cabaliſtæ etiam vtrumque tam Cæleſtem quàm Terreſtrem Solem vno Charactere Hieroglyphico videlicet integro circulo & viſibili Cētro deſcribere & præfigurare voluerunt: ſiquidem ſolis character tum Cælum tum Terram refert, nam Circulus Cæleſtes motus & Influentias, Centrum Terrenā & Fixam Naturam promittit. Quicunq; Veri Puncti & Centri Rationem cognoſcit, nihil in Rerum natura vnquam ipſum latere poteſt, cuius non perfectam habet notitiam: In eo ſiquidem Rerum abditarū Fundamentum & Radix cùm conſiſtat, non immeritò*

eat de ſe,
ſed omnē
ſplēdorem
ſuum à
Sole mutuatur.
Abſque
Luna intermedia,
vim ſuperiorum
a[t]trahere omnino
ne[q]uimus.
Luna licet
ab omnib.
illis vires
ſuſcipiat, potiſſimum
tamen in Sole
quoties
illi coniũgitur
viuifica virtute
repletur, ac pro
illius intuitu
complexionem
mutuatur.
Sol.

*etiam omnium artium & ſcientiarum Fundamenta naturalia hinc primùm elicienda & depromenda ſunt: Sed ad communicatum Aurum Potabile veniamus.*

*Primò requiritur Calx Solis ſubtiliſſima, quam olim pro aliis tamen vſibus ita præparaui.*

℞ ℔ß. *Aquæ Fortis communis, ſolue in illa ℥ j. Salis Armoniaci*[g], *vel quantum ſoluere poteſt in paruo calore: Ita habebis Aquam regis, in qua tantum ſolues Auri, quantum libuerit*[h], *poſtea effundatur ſolutio in vitrū capax, & guttatim ſaltem (propter ebullitionis ſtrepitum & periculum) inſtilla de bono oleo Tartari*[i] *in cella per ſe reſoluti: in huius defectu Tartari Sal in aqua communi ſolutum accipiatur: requiritur autem olei Tartari bona quantitas, tunc Aurum cadit ex repercuſſione in fundum: Vbi tota Auri Calx ſoluta fundum petiiſſe videtur (quod animaduertes è colore Aquæ Regis, qui debet eſſe albus, nam ſi adhuc flauus ſit, ſignum eſt totum Aurum nōdum repercuſſum, plus igitur olei Tartari guttatim affundatur, hoc meo dāno fideliter admonitus ſis) tunc poſt ſubſidentiam aliquot horarum in calido liquorem ſuperiorem effunde, & calcem (colore ferè Terram ſigillatam pallidam referentē) quater vel quinquies aqua calida edulcoratam,*

*coratam,poſtea in B.M.prudenter & paulatim lentiſſimo [k] igne ſicca,vel quod tutius,in patina vitrea per ſe ſponte in hypocauſto ſiccefcat, nullo ignis calore adhibito: Calcem lignea ſpatula non ferrea, poſtea maioris ſecuritatis gratia collectam ad vſus in vitreo vaſculo reconde. Nota,magnum eſſe periculum,ſi alio modo exſiccetur, quàm prædictis duobus; quamprimum enim calorem ignis ſentit, aut fortiorem commotionem cum inſtrumento ferreo, concipit ſponte flammam, & in auras abit purpurei fumi in modum, cum maximo ſonitu & ſtrepitu inſtar pulueris nitrati,adeò vt ne vnicam Atomum reperire poßis. Noui, qui cum periculo vitæ hunc ex imprudentia confecerunt.Sunt qui magno iuuamine aliquot grana [l] huius Volatilis ad vſus medicos intra corpus loco Diaphoretici exhibent. Si aliquid de Sulphure vulgari trito ipſi immiſceatur,& poſtea in crucibulo admoto igne exuratur,ſubtiliſſima Calx Auri [m] remanet brunni coloris, quæ omnem vim percutiendi amiſit, quod mirum & notatu dignum eſt [n].*

*℈ j. iſtius Auri Volatilis [o] fortius & potentius ferè operatur,quàm ℔ß Pulueres Tormentarij.*

*Granum vnum vel alterũ cultro impoſitum ſi ſuppoſita candela accenſa incaleſcat, ſimi-*

*lem ſonum edit, ac ſi magna aliqua fuiſſet explosa bombarda, & ſonus ille praeacutus audienti & aſtanti quaſi auditum lædit.*

*Operatio huius Pulueris contraria eſt operationi Pulueris Pyrij. Vt enim hic vim ſuam per ſuperiora aſcendendo exerit: ita alter è contra per inferiora ſaltem deorſum operatur. Aliquot ſcrupuli ſuper laminam ferream ſatis craſſam carbone incenſi, illam penetrando perforant.*

*Sal Armoniacum* [p] *exiſtimo eſſe percuſſionis illius cauſam. Rationes meas hic in mediũ proferã, donec probabiliores ab aliis adducãtur. Quemadmodum enim Sal nitrum & Sulphur* [q] *ſunt hoſtes, & ſe inuicem non compatiuntur, vt videmus in præparati Pulueris Tormentarij accenſione: Eodem modo Sal Armoniacum & Tartarus ſibi contrariantur: Quando ergo Sal Armoniacum cum oleo Tartari ſuo hoſte coniungitur, faciunt ex illa mutua pugna Aurum cadere, in Aqua Regis prius ſolutum, & oleum Tartari percutit Spiritum nitri ſummè purificatum, qui ſe in illo conflictu coniungit cum Sulphure Solis ſuo aduerſario: Et quia Sulphur illud Solis à natura ſummè depuratum eſt, & vulgari noſtro cõbuſtibili Sulphure longè ſubtilius, ideò valentius, & in minori quantitate operationes ſuas ſtupendas potenter perficit* [r]*: Eodẽ planè modo, quo Sulphur vulgare & Sal*

petra

*petra in Pyrio Puluere coniuncta & incenſa, magnam ſtrepitum & fragorem facere animaduertimus.*

*Hæc Calx in oleo Salis inſtar Butyri liqueſcit, idq́; propter remanentiam ſiccorum ſpirituum Salis nitri* [t], *Vera tamen & radicalis non eſt ſolutio, quia iterum in corpus reduci poteſt.*

*Hucuſque eſt mea experientia, quam olim etiam Auguſtiſſimo Imperatori noſtro* Rudolpho *expetenti, cum aliis quibuſdam ſecretis medicis communicaui.*

*Sequitur iam proceſſus Auri Potabilis ulterior, quem ſingulari munere acceptum Chymiæ ſtudioſis (vt & reliqua) gratis, at non expertum, libenter & fideliter offero.*

*℞ Vrinæ Hominis ſani bibentis vinum circiter 20. menſuras, pone in aliquot alembicis vitreis, abſtrahe ab his viginti menſuris tantum phlegmatis in Balneo, vt ſaltem menſura vna* [t] *maneat reſidua, phlegmata abſtracta abiiciantur, remanentiam in vnum collectam miſceto, & abſtrahe in arena, quantum ſtillare vult, vltimo augendo ignem fortiter, ſublimabit ſe aliquantulum: ſublimatum illum miſce cum Spiritu deſtillato* [u], *reſiduum Sal, quod in fundo manſit, aufer, Spiritus deſtillatus fætebit, cuius ferè mẽſura erit integra: Hunc Spiri-*

*tum rectifica in Balneo, ſeruata priori quarta parte, quæ fortis & melior eſt, ac poſteriori ablata. Poſtea accipe aquam pluuialẽ vel fontanam recentem, affunde Spiritui reſeruato, & ſuperet eũdem pondere quadruplo, adapta vas recipiens, cùm guttæ acidæ cadunt, partim inſtar glaciei egrediuntur, affunde adhuc ſemel pluuialem vel fontanam aquam vt antea, & iterũ deſtilla, ſi nulla aciditas amplius egreditur, tũc ceſſa: Spiritus Vrinæ primò venit, aqua pluuiali cum fœtore remanente, Huius Spiritus Vrinæ accipe partẽ j. optimi Spiritus vini partem alteram, miſce, ſtent in leni calore per diẽ & noctem, poſtea vnà deſtillentur, tunc hi duo Spiritus ſe inuicem coagularunt: Et ſic Spiritus Vrinæ ad hunc laborem paratus eſt* [z].

*Nunc oleum Salis requiritur, cuius præparatio talis eſt.*

*℞ Salis fuſi, quantum vis, pone in retorta terrea loricata, adiunge capax vas recipiens, iuncturis bene clauſis, quãdo Sal in fluxu*[y] *ſtat: tunc Spiritus egrediuntur in vas recipiens: aut ſi cum argilla feceris, addi poteſt aqua in Recipientem, vt Spiritus egreſſi eò citius ſe cum illa miſceant: Sed dictus Spiritus, ante vſum, prius ſupra Salem fuſum recentem aliquoties rectificandus eſt, vt ſit fortior, per ſe enim nimis debilis* [a] *eſt, ad hanc operationem.*

*Poſtea*

*Poſtea accipe de calce Salis ſupradicta, & affunde oleum Salis aa, ac, vt eo melius ſoluatur, abſtrahe Oleum Salis iterum vſque ad oleitatem, & denuo affunde oleum Salis, aliquoties hunc cohobationis laborem repetendo, donec calx bene ſoluta ſit.*

*Deinde huius ſoluti accipe partem j. & præparati Spiritus Vrinæ partem alteram, inſtilla guttatim ſaltem Spiritum Vrinæ, obſtruendo ſemper vitri capacis orificium, donec ſtrepitus ceſſet: In lento calore Balnei per quatuor ſeptimanas ſtet in putrefactione, poſtea per retortam in arena pellatur, ſeruatis gradibus Ignis primo lento, vltimo fortiori, vt retorta candeſcat, tũ aurum maxima ex parte aſcendit, quẽ ſublimatũ puluerem diligenter ſerua, Oleum enim ſalis per ſe egreſſum eſt, quod ſeponatur. Tandem accipe hunc ſublimatũ ſolis, affunde ſpiritũ vini, & colorabitur in colore lento, affunde alium priori per inclinationem ablato, continuando donec affuſus recens ſpiritus non coloretur. Hic ſpiritus vini poteſt abſtrahi ad oleitatis remanentiam, vel ita tinctus cum Auri Eſſentia ad vſum medicum ſeruari. Calx ſolis in retorta remanens denuò ſoluatur Oleo ſalis, & digeratur cum ſpiritu Vrinæ, vt modo dictum, reiterando laborem donec nil de Auro ſuperſit amplius. Si verò ſpiritus vini cum*

*extracta Solis Tinctura aliquot ſeptimanas ſtet in digeſtione, tunc totum fit Volatile Aurum, & alembicum aſcendit.*

*Hunc proceſſum poterit experiri qui volet: ſi ſolutio eſſet rubicunda* [bb]*, arrideret magis, ſiquidem ſolutiones Auri, quæ per corroſiua flauo fiunt colore, non dicũtur eſſe radicales ſolutiones, cùm vas ſtanneum ſeu argẽteum in quod infunduntur nigredine afficiant, quod philoſophicæ ſolutiones facere non creduntur, quæ ſunt rubicundiſſimæ: Inſuper Metalla imperfecta tingũt, nec in corpus vllo artificio, niſi per proiectionis modum, reduci poſſunt. Lullus dicit præſtare Ignem ardentem comedere cum oculis Baſiliſci, quam loco Auri Potabilis, ſeu medicinæ per ſcientiam ignoratæ, Venenum applicare, quia Aurum Sophiſticatum eſt totũ impuritate plenum ex Igne contra Naturam, cum quo Sophiſta operatur: nam ſtatim per res acutas Ignis contra Naturam (Humanæ Naturæ contrarias) Color* [cc] *Naturalis mortificatur & diſſoluitur, & reſoluuntur Cordis ſpiritus, in quibus Calor Naturalis cõſeruatur. Ideo P. Seuerinus* [dd] *verè affirmat in ſua idæa, Perfectiſſimorum corporũ Balſama & deſideratas proprietates illorum, tam duris (propter perfectã combinationem Elementorum) corporum carceribus contineri; vt fauorem & beneuolentiam,*

*Nemo periculo ſemel facto vtetur ſecundo vice.*

quam

quam humanæ naturæ debent, demonſtrare nõ poßit: Fiat ergo manifeſtatio occulti, quia omnes herbæ & mineralia a[b] intra ſunt ſanguis & ſanguinei coloris, & ſic præparata facile ſanguinem noſtrum immutare, & ad ſuam complexionem eleuare poſſunt. Ita Corallorum, Perlarum, Gemmarum, Auri, Argẽti, reliquorúmque metallorum virtutes dolent ſe fruſtra in mundanam prouinciam veniſſe, & mortalium ſceleſtam temeritatem incontinenter accuſant, quod tantarum prædeſtinationum immemores, ad quas naturæ prouidentia deſtinabantur, in peregrinos, & infames vſus, eiuſmodi Rerum majeſtatem commutauerint: Impuritatem pellis, inſcitiam mentis tegere coguntur. & doloſæ Auaritiæ, Superbiæ, Luxuriæ, Perfidiæ, Adulterij, Diſcordiæ, & Mortis miniſteria ſubire: Hoc eſt, in non naturalem vſum Res transferre, iniquas vſuras exercere. Qui verò Dei benignitate Fontem Vniuerſalis menſtrui attingit; ille ex Philoſophorum veridico relatu, poterit non ſolum omnia & ſingula metalla, tum etiam lapides tã nobiles, quàm ignobiles ac minerales etiam eiuſdem beneficio Naturaliter & radicaliter[ee] in ſua tria reſoluere, qui reſolutus & potabilis liquor Regeneratus[ff], ſeparatis ſponte[gg] in fundo fæcibus, poſtea à piè docto medico vſibus humanis pro ſua voluntate & arbi-

Oportet vt Mors præcedat Regenerationem.

*trio ſecundũ morbi exigentiã legitimè accommo-*
*dari; & ſtupendo ſucceſſu adminiſtrari poteſt.*

*Hoc loco ſyncerum lectorem candidè de qui-*
*buſdam impoſturis præcauendis admonitum*
*velim, poſſe illo puluere Auri Volatilis à mali-*
*tioſis Agyrtis, litera longa dignis, vario modo*
*ſimplicibus & incautis hominib. imponi: Com-*
*municaram ipſum aliquando cuidam Philoſo-*
*pho corticario, ſub ſynceritate & pietate Phari-*
*ſaica, hypocriticum & colubrinum dexterrimè*
*decipientem animum tegenti, qui hunc pulue-*
*rem (poſtquam ei Sulphuris*[hh] *triſti admixtio-*
*ne, per admonitionem, vim percutiendi ade-*
*miſſet) de facie incognitum ſuis impoſturis mi-*
*ſtrens, cum damno aliorum, & ſuo commodo au-*
*ri multiplicationem apud plurimos attentauit.*
*Idem furcifer, poſtquam intellexiſſet à me, Lu-*
*nam in vulgari Aqua ſeparatoria ſolutam, &*
*aqua vulgari ſalita repercuſſam deijcere pul-*
*uerem album in fundũ qui ter & quater edul-*
*coratus poſtea ad ignem in tigillo liqueſceret,*
*& poſt effuſionem Cornu forma referret, hanc*
*Corneam Lunam incognitam, ad candelam*
*& ignem facilè liqueſcentem, & cultro ſciſſi-*
*lem aliis mineralibus & plumbo admiſcuit*[ii]*,*
*& hac inſigni ac damnabili impoſtura poſt ci-*
*neritij examen, apud improuidos multos Sa-*
*turni in Lunam tranſmutationem mentitus eſt.*

*a* Hoc eſt, in auro Philoſophico.

*b* Hoc eſt, Mercurium Philoſophorum primordialem hoc eſt, materialem.

*c* Hoc eſt, Humor dementis.

*d* Non vulgaris, ſed ſpiritus ille puriſſimus perambulans totum orbem.

*e* Effectiuè.

*f* Habet intrinſecas impuritates quæ per Philoſophicam ſolutionem deprehenduntur.

*g* Per ſal commune ſublimati.

*h* Potuerit.

*i* Parum phlegmatoſo.

*k* Propter periculum expoſitionis.

*l* Grana iij. vel iiij. in conuenienti vehiculo, inſigne eſt ſudoriferum & Bezoardicum.

*m* Quæ ſi poſtea reuerberij flāma ex more vrgeatur, fit brunni coloris, qualis eſt crocus Martis.

*n* Idē fragor & volatilitas huic calci ſolari pretinus adimitur, copioſiore affuſione olei Tartari, ſi nimirū id tantiſper in ſolutionem auri aqua regis factam, infuderis, quantiſper totū compoſitum nigricat inſtar atramenti ſcriptorij, non tamē certus ſis omne aurum ad fundum eſſe repercuſſum, ſed etiam nunquam illud poſtea, etiā ſtatim à prima exemptione ſi collectione fulminandi poteſt pollere, id quod omnino mirabile, duorum diuerſiſſimorum effectuum vnam eandemque cauſam extare poſſe, quod ſanè alioquin per naturam poſſibile haud videtur. Idem nimirum quà idem non efficit niſi idem. Idē igitur non poteſt cauſa oppoſitorum, niſi in eodem concurrant, & concurrant diuerſa principia, quæ quandoque eiuſmodi ſunt, & impellunt, vt vnū & idem oppoſitorū cauſa ſit.

Sic igitur oleum Tartari debita proportione infuſum aurum repercutiens & fulminans facit. Sed idem eandem facultatem adimit, ipſi in proportione debita, & quidem excedente, adfuſum, donec nempe totum nigreſcat.

*o* Dicitur etiam aurum fulminans, ceraunocryſon, Germanis das Schlaggold / ab effectu.

*p* Negamus. Si nimirum eſſet cauſa, vtique ad omnem effectum talem requireretur, ſed non hoc, Ergo neque illud. Mars nimirum in aqua forti, quæ nullum recipit ammoniacum, ſolutus & oleo Tartari repercuſſus, eadem fulminandi poteſtate pollet.

*q* Additur Carbo Tiliæ facilioris ignitionis ergo.

*r* Cauſa fulminis ſola exiſtit in auro, nitro & oleo Tartari. Vtriuſque nimirum ſpiritus arctius cum corporibus ſolutis hæret. Sunt autem contrarij iſti. Igitur omnium mutua inuicem actio, à calore vel igne excitata, ſimul in ipſum aurum iniuria eſt.

*ſ* Spiritus nimirum Nitri facilius ſoluit aurum, quam vlla aqua fortis.

*t* Falſum, in phlegmate enim eſt ſpiritus.

*u* Qui ab vltima menſura deſtillatus fuerit.

## *DESTILLATIO SPIRITVS VRINÆ & vini omnium optima.*

*x* In Præparatione & deſtillatione vera, tanquã vniuerſalis menſtrui ad Solis ſolutionem, rectius procedes hoc modo: ℞ Vrinæ puerorum 12. annorum & infra natorum vinum bibentium ſ.q. putrefiat in cucurbitis probè munitis in fimo equino

per

per menſem Philoſophicum 40. dierum. Finito putrefactionis tempore vrina deſtilletur ex arena per alembicum in receptaculũ ſatis capax, donec omnis humiditas ſatis ablata fuerit. Deſtillatum porrò tertiò à capite mortuo vrinæ rectificetur, vt exinde ſpiritus iuſtè eleuari queat (vrinæ menſuræ 20.30.40. ſumi poſſunt,) Ex phiola igitur prolixioris colli cum ſuo alembico & recipiente, iuncturis vndique probè benéque munitis, ac per ſpongiam oleo oliuarum parcè imbibitam, & leuiter expreſſam in colli orificio ſtaminantem per feruens Balneum deſtillatio inſtituatur. Eleuabitur ſic ſpiritus vrinæ inſtar cryſtalli, ac alembici ſpondiliis adhæreſcet, nulla aquea humiditate cõcomitante, ſed ſolo ſpiritu volatili prodeunte. Hæc verò deſtillatio ad completam totam eleuationem continuanda eſt. Fæces poſt ſpiritum in phiola reſiduæ abijciãtur: quod verò supernè ſublimatione prodiit, cum aqua pluuiali deſtillata, ſoluitur & colligitur in alembico, ſimilique modo ex phiola, vt prius, per ſpõgiam oleaginoſam deſtillatur, idque ſexies repetitur, ſemper recentem aquam deſtillatam capiendo. Hic denique ad ſummam puritatem deductus ſpiritus vrinæ inque phiolã Hermeticè reconditus per quindenam lẽto calore Balnei roridi digeritur, donec totus in liquorem limpidũ reſolutus fuerit. Huic poſtea additur æquale pondus ſpiritus vel alcoholis vini, ex vino ipſo facti & correcti, qui ambo in frigidiſſimum locũ poſiti, elapſa hora vna atque altera, in albiſſimum ſalem coagulantur. Qui ſal denuo per lentum calorẽ Balnei vaporoſi in phiola, Hermeticè ſigillata, ſpatio 20. vel 30. dierum, in liquorẽ conuertitur

deinceps obſeruandum. Alcohol autem vini ex generoſiſſimo vino eliciendum eſt hoc modo. Vinum generoſum, quale eſt Hiſpanicum, vel Hungaricum aliquãdiu vel in fimo equino, vel in eius vicario Balneo Mariæ digere per 14. dies. Poſtea per phiolam ſpiritum deſtilla, eundemque aliquoties per eandem phiolam rectifica, donec nempe ad ſummam tenuitatem peruenerit. Huius ℔ ij. miſce cum recentis vini eiuſdem ℔ vj. & per phiolam denuo eandem quantitatem, librarum nempe duarum non plus, nec minus, deſtillando prolice, & ita deinde eandem quantitatem librarum nempe duarum cum recenti vino homogeneo ſepties & octies, ſemper de nouo addita & toties deſtillata ℔ j. alcoholis fortiſſimi reſeruato: Illum Spiritum Hermeticè clauſum cuſtodiens; eſt nimirum penetrantiſſimus & ſubtiliſſimus. Reliquum vinum ad reſiduos ſpiritus vinoſos exinde deſtillando aliis reſerua. Hic verò ſpiritus diligentiſſimè in vaſe Hermeticè clauſo aſſeruandus eſt. Vide etiam Praxin chymiatricam p. 22.

y Sphalma Typographicum, vel autor errauit. Non nimirum fit, quando omnia fluunt, vt ſpiritus aſcendant: ideo nimirum argilla additur, ne ſalia fluant, quæ cum fluunt, ita figuntur, vt nulli ſpiritus aſcendant.

z Vel progredere eo modo, qui ſupra in præparatione ſpiritus ſalis adiectus eſt.

## *CONTINVATIO AVRI POTABILIS ſincerior.*

Hæc ipſa calcis ſolis per oleum ſalis ſolutio, ac tandem eiuſdem cum ſpiritu vrinæ per retortam

depulſio

depulſio non eſt neceſſaria, neque etiam ſatis tuta. Itaque relinquimus autori ſuam mentem, nihilominus ad magis genuinam præparationẽ ſecutius inſtituendã ſic ſtatuemus. Calx illa Solis antea per reuerberationem extremã in ſummam brunnitatem redacta, ſoluatur cum menſtruo, prius quoq; ex ſpiritu vrinæ & ſpiritu vini complete perfecto. Soluatur inquam in lento calore in ſolutionẽ ſanguinis inſtar rubeſcẽtem: Hæc ſolutio deinceps digeratur vaſe hermeticè clauſo per menſem. A fæcibus tandẽ ſeparata ſolutione, abſtractoq; tandem ex lentiſſimi Balnei calore mẽſtruo ſeu ſpiritu ſoluente in eoſdem vſus poſtea adducto, & quaſi perpetuo ſufficiente. Sol manet in forma olei rubicũdiſſimi, ſuauem odorẽ de ſe ſpargentis, & in quolibet liquore ſolubilis, proptereaq; hoc oleum auri potabilis veri locum ſupplere eiuſque ſuccedaneum eſſe poteſt. Idem porro exaltatur ſeu purius redditur, quando nimirum ſpiritu ſolari à ſuo corpore ſeparato, ſola tinctura in qua potentiſſima vis duntaxat reſidet, per deſtillationem eleuatur. Solutionem itaque auri non per Balneũ deſtillamus, ſed per arenas vaſe humili igne aliquantulũ fortiori. Sic nimirum poſt partẽ menſtrui primam cum reliqua eius parte, ipſa Solis Tinctura per alembicum tranſit, inſtar ſanguinis, relinquendo poſt ſe in fundo vaſis terram nigram, aridam, ſpõgioſam & leuem. Ipſum autem menſtruum, quod cum tinctura auri prodiit, in Balneo ſaltem tepido, per alembicum ſeparamus. Relictam tincturam in fundo vaſis cum ſpiritu vini tenerrimo ſoluimus terna vice, eundémque ternis vicibus, vel amplius, denuò ſeparamus. Hoc igitur eſt

aurum illud potabile & quidẽ illud ipſum, quod hodie in Anglia habetur apud D.Franciſcum Antonium Medicum Londinenſem, non illud quidem Philoſophicum & verum, ab hoc nimirũ illud Anglicanum multis modis ſuperatur, ac longè aliud eſt, neque hoc Anglicanum iuſtiſſimam veri auri potabilis δοκιμασίας ſuſtinere poteſt. Reducitur nimirum, & cũ corpore ſuo denuo in gratiam redit, quod à vero auro potabili philoſophico planè alienum eſt. Cæterum poteſt quidẽ in vſu medico idem penè præſtare, quod aliàs de auro potabili ſperandum eſſe cenſent chymiatri; quantumuis hoc remiſſius agat, nec exaltatis ſeu aſtralibus morbis ſanabilibus æquè medeatur omnibus.

## *TYPVS AVRI POTABILIS corporalis.*

Fons vniuerſalis mẽſtrui res, ſeu corpora in tria: hoc eſt, in ſua principia, Mercurium, ſalem & ſulphur, quæ ſingula & vniuerſa corpora conficiunt, reſoluere nimirum poteſt. Eſt nimirum pars Mercurialis, magni ſapientum magiſterij, itaque ad illius compoſitionem requiritur, & cũ reliquis partibus eſſentialibus ipſum magiſterium intrantibus rotatione Philoſophica tandem in vnum redit. Ad lapidis igitur Philoſophici cõfectionem aqua illa egregiũ ſpecificum eſt, nihilominus generalitatẽ ſeu vniuerſalitatem in ſe quoq; eadem complexa eſt, qua ratione cælum dicitur, recipiens in ſe omnium rerum aſtra, hoc eſt eſſentias & modos ὑπάρξεως diſtinctas, qui alioquin in reſolutione corporum ſpagyrica in ſua tria conſpicui fiunt; ceu quod ſubſtantificum eſt vel eſſentiale natum ſua ineffa-

bili:

bili: Eſt nimirum ſubiectum omnis mutabilitatis ad ſe trahens, idque poſtea viuificans, hoc eſt ad agendum, operandumq; (quod generari & reſuſcitari philoſophis eſt) admodum efficax & habile faciẽs. Eius exemplum nobis ſit in auro corporali ſeu vulgari, quod reuera philoſophicè potabile nũquam reddi poteſt, niſi cum hoc ſolo menſtruo vniuerſali aurũ ad corroborandi facultatem reducente. Primo fiat calx auri ſubtiliſſima, & quidem eum in modum quem præcepit autor noſter. Huius ℥ menſtrui vniuerſalis ſeu Mercurij Philoſophici totidem vncias: Coniunge in cucurbita, & ex Balneo, iuncturis probè clauſis & lutatis, lẽtiſſimè deſtilla, ac reaffuſo menſtruo ſemel atq; iterũ eandem deſtillationem repete. Tandem adhibito nouo mẽſtruo ex Balneo ſicco per retortam vrge fortius, & ſimul cum eodem calx ſolis tranſit, relictis pauciſſimis fæcibus. Quod tranſit in Pelicano vel alio vitro Hermeticè clauſo, ad lẽtum calorem vel ſolis vel hypocauſti digere, donec aurum philoſophicè reſolutum, & ex ipſo mẽſtruo reſidet in fundum vaſis, & ſeſe omnino ſpõte ſeparat à menſtruo, & aquoſitate, qua ab auro cautè remota, calcem leniter exſicca; eſt nimirum admodum volatilis. Exſiccatam recõde in phiolam proportionatam, hoc eſt talem, cuius quarta pars duntaxat ab ipſa calce cõpletur, ſigilla hermeticè, & in calore cinerum blando admodumq; leni pone, per dies 14. prudẽter cauendo, ne calx auri caloris vehemẽtia aſcendat & ſublimetur. Poſtea colloca in arenam & per gradus ignis æquales de octiduo in octiduum ſerua, donec aurũ, inſtar granati obſcurè rubentis denuò fixiſſimum factum fuerit. Huius

℞ ℥ j. tere minutiſſimè, affunde ſpiritus vini puriſſimi ℥ ij. ſolue in calore leni & ſerua. Si quid prima vice ſolutum non fuerit, alio ſuperfuſo ſpiritu vini proportionato denuo ſolue, & omnia diligenter in vaſis vitreis recondita ſerua. Hoc eſt verum aurũ potabile, ex auro corporali factũ. Eius in vſu medico tantum 10. vel 11. guttæ cũ ℔ ij. vini optimi miſcẽtur, & de hac miſtione ℥ j. ℥ j ß. vel ℥ ij. ſingulis menſibus ſemel vel bis ad ſanitatẽ conſeruandam hauriuntur, atque hoc modo vis eius eſt diaphoretica. In morbis verò periculoſiſſimis depellendis vſus eius ex prudentia periti Medici cõtemperandus eſt; Soletq́; diuerſimode operari, per ſingula emunctoria, quod noxium eſt, expellendo.

*bb* Hæc ſolutio rubicunda eſt, verum rectè non procedit.

*cc* Lege calor.

*dd* Capite 15. pag. 391.

*ee* Impoſſibile.

*ff* Hoc eſt, ad gradum perfectionis & ſummæ puritatis reductus.

*gg* Beneficio caloris Balnei, ſiue digeſtionis.

*hh* Adimendum auro vim percutientem ſiue fulminantem.

*ii* Luna nimirum cornea non alterius, quàm plumbi beneficio, in catillo in corpus redigitur.

## STOMACHICVM OLEVM VITRIOLI VENERIS ET MARTIS.

### Modus faciendi Vitriolum è Venere & Marte ſine corroſiuo.

Totum

*Totum Artificium eſt, vt metallum[a] bene per Sulphur calcinetur.*

*♃ Laminati ferri vel Veneris (vna enim eſt vtriuſq; via) quantum vis, ſcinde in fruſta magnitudinis ſemidaleri, fac ſtratum ſuper ſtratum cũ Sulphure pulueriſato in tigillo lutato, pone in Igne Rotæ[b] Ignis ab initio tigillum non attingat, ſed paulatim admouendo augendus eſt, quem vltimo fortificabis: Ita accenſo Sulphure calcinãtur prædictæ Laminæ, quod intra horam abſoluitur: Vbi omnia refrixerunt, exime nigrocineritiam materiam inſtar æris vſti, & tritam cribra, eamq; in olla non vitreata aperta poſitam per tranſuerſum (vt in præparatione Vitri Antimonij fit) moue diligenter, ſupra ignem Carbonum, ne liqueſcat, & Vitriolum in Cupro euaneſcat[c]: ſic Sulphur inceditur vel euaporat, moue cum ferreo[d] vel cupreo[e] inſtrumento prout Vitriolum facere intendis de latere ad latus, vbi ferro vult adhærere, tunc ſatis eſt, & ab igne auferatur: Pulueriſatam hanc Veneris Calcem pondera, & ad quamq; librã accipe Sulphuris tres lotones, miſce, & in olla pone ad latus, moue ſupra lentum ignem per quadrãtem horæ[f], vltimo olla quaſi cãdeſcat: Cuprum molleſcit inſtar paſtæ, & ferro adhæret: Frigeſcat ac tritum cribretur: adde denuò ad ℔ vnam tres lotones Sulphuris,*

calcina vt ante per quadrantem horæ. Hoc quinquies, vel ſexies, vel ſepties repetitur, tunc calcinatio eſt abſoluta. Nota diligẽter, vt Calx ſemper bene ſiccetur: & ad ℔ j. ſaltem ℥ cum dimidia Sulphuris præciſè ſumatur. Calcẽ metalli tritam minutiſſimè accipe, & affunde in patina lignea aquam calidiſſimam, ſoluetur Calx, & aqua è Venere erit cærulea, cola, colatam euapora ſupra ignem incoquendo mediocriter, donec quaſi cruſtam acquirat, reliquum in frigido concreſcat, ſic habebis è Cupro pulcherrimum Vitriolum Cæruleum, è Ferro viride. Fæces in aquæ fundo remanentes ſicca, & non ſolutas iterum cum Sulphure calcina, vt prius feciſti, ſeruato pondere priori[h], poſtea lixiuium fac, quo filtratum euaporabis. Hoc repete, donec tota Calx in lixiuium abeat. Inde in terreo vaſe Gôrlicenſi aut VVallenburgenſi, vel in Cucurbita magna vitrea (caue ne rumpatur) fac euaporet, donec cruſtam nanciſcatur, pone in loco frigido, tunc in fundo Veneris Vitriolum in ſtrias deſidet, ſapore ſubdulci[i], aufer aquam & ſicca cryſtallos concretos: Aquam remanentem iterum incoque parum, & in frigidum locum ſi collocetur, denuo concreſcent lapilli, reiterando, donec totum in Vitriolum abeat: Poſſunt etiam bacilli imponi, vt vitriolum eò melius adhærere poſſit: Sulphur[k] illo-

rum

*rum fundum petens ſeorſim ſeruetur ad ſuos vſus.*

*Ex his duobus Vitriolis Ferri & Cupri, Spiritus & Oleum præparari Chymicè poſſunt vulgari ac cognito modo, longè maioris efficaciæ, & Virtutis, quam è Vitriolo communi* [l].

*Hoc pacto habetur Fons acidus Artificialis: Acetum Eſuriuum eſt in hoc Sulphure Vitriolato ſine Corroſiuo præparato, perfectum arcanum in corroborando languente ventriculo. Vide Theophraſt. in lib. de Vita longa, & in lib. de Tartaro circa finem.*

## Huius Olei Vitrioli Vires & Vſus.

*Paracelſus* [m] *vocat partem Pharmacopolij quartam, & cuilibet Pharmacopæo ita commendat, vt ſit inſtar lapidis angularis in ſua officina.*

1. *Vtimur* 6.8. *guttis in vino, aqua Menthæ criſpæ, vel quod melius, in iure carnis calido: In debilibus ventriculis frigidis, quia digeſtionem promouet* [n].

2. *In Calculo & Arena in aqua Ononidis.*

3. *In Suffocatione matricis, in aqua Artemiſiæ.*

4. *In febribus ſtomachi, caloribus & ſiti* 12. *vel* 15. *guttæ. In aqua Centaureæ, Vino, Roſarum, Anthos.*

5. *In omnibus morbis Capitis, in aqua Lilij conuallij, Lauendulæ.*

6. *In Ictero efficax eſt in aqua Chelidoniæ 15. vel 20. guttæ cum ſudore.*

7. *In Peſte*[o] *miſcetur cum ſaccharo Candi & Electuario Iuniperino, & ſic etiam loco prophylactici ſanitatis vtimur.*

8. *Inuncti hydrargyro, & malè affecti Oleo Vitrioli cum Theriaca mixta ſudando reſtituuntur.*

9. *Externè Alopeciam, vnamquamque Tineam tribus diebus illinendo per ſe vel cum aqua Chelidoniæ curat.*

10. *Tollit omnem ſerpiginem, ſcabiem, pruritum, & quicquid cuti ſolet adhærere, tentiginem prauam, ſyrones, &c. Sed ſine commiſeratione fiat inunctio, & pro defenſiuo opodeltoch adhibeatur.*

*Non ſine dolore ſanitatem recuperat inſtar prægnantis quæ ſine dolore non conualeſcit.*

11. *Poſt euacuatum corpus cum Theriaca ſeu aquis appropriatis ferè in omnibus morbis exhiberi poteſt, aciditate enim ſua putredinem omnem arcet, partium verò tenuitate obſtructiones pellit.*

## Doſis.

*Modus exhibitionis eſt ſaporis in acidum mutatio*[p]*: Dantur in aqua Acetoſæ vel ſpecifica alia: potandæ tot guttæ, quot dentes ſtupidos non reddant, manifeſtam*

*ciditatem concilient: per ſe[q] nullus ſit eius vſus, ſed cum vehiculo, & parcus. Hoc ſi Chymicorum iniquus quidam[r] conuitiator intellexiſſet; intempeſtiuo & immodico Olei huius vſu bonum aliquem aut innominatum Virum, non è medio ſuſtuliſſet: Dum vtimur, probè debet agitari cum ſuo vehiculo, quia grauitate ſua fundum petit.*

## Cautiones.

1. *Propter aciditatem prodeſt Ventriculo languido, in quo tamen nulla Cholera aut Apoſthema, alioquin eſt ebullitio mutua & efferueſcentia (abſtineant ergo Cholerici & Picrocholi, à noxio ipſius vſu) vt videmus in oleo Tartari & Aqua forti, quæ ſe inuicem non compatiuntur: Similis eſt ratio in Iecore[ſ].*

2. *Vſurus hoc Oleo, in vehiculo conuenienti calido fiat, poſtea contineat ſe in lecto ac ſudet: Videmus enim eius operationem in maiori mundo in frigido non perfici, ſed in calido: talis etiam ipſius operatio in microcoſmo.*

*Porrò Oleum Vitrioli pulcherrimo colore & durabili tingit[t].*

*Expreſſos ſuccos Roſarum pallidarum.*
*Violarum.*
*Florum Pæoniæ,*
*Papaueris ſylueſtris.*

*Item Extractum Alkermes* [a].

*Et Oleum Caryophyllorum, ſi ſingulis debitè remiſceatur.*

*Dulce oleum* [x] *Vitrioli, vt & illud Antimonij, de quo multi gloriantur, apud neminem adhuc videre licuit, ſicut nec genuinum Vitriolatum Sulphur Fixum* [y], *cui Anodyno ſtupendas vires Paracelſus tribuit.*

*Oleum Vitrioli ſubuiride ſmaragdinum magnarum virium in medicina* [z].

*Parari poteſt, ſi Vitriolum purificatum, vehementiſſimo igne deſtillatur, ac poſt extractionem & purificationem Salis è capite mortuo ( quod Sal tamen nullo modo vlterius in igne calcinandum aut igniendum eſt ) denuò cum omni egreſſo liquore ad ſuum tempus in Balneo circuletur.*

*Variè operatur hoc Oleum per vomitum, ſedes, vrinam, ſudorem.*

*Doſis gutta* 6.8.12. *in liquore conuenienti.*

*a* Mars & Venus.
*b* Circulari.
*c* Id quod fit, ſi Venus liqueſcat.
*d* Si ferreum.
*e* Si cupreum.
*f* Similiter mouendo.
*g* Scilicet cum adiectione noui ſulphuris.
*h* Ad ℔ j. calcis lotiones tres fermè.
*i* Magis tamen dulceſcit Vitriolum Veneris.

*k* Sulphur

k Sulphur illud reuera non eſt tale, ſed eſt excrementitia terra, inſtar ochræ, quæ vim emplaſticam habet, nullis aliis vſibus rectè accommodari poteſt. Anodynum autem nec paregoricum eſt: nec prætereà aliud habet, quod in vſus medicos transferre poteſt.

l Eſt & alia via compendioſior, quâ fit vitriolum Veneris & Martis, ſeu Hermaphroditicum, id eſt, vtriuſque, Veneris nempe & Martis, naturam habet: ex ambobus enim conficitur, & vbiuis à Baſilio Valentino Monacho celebratur.

## *VITRIOLVM HERMAPHRODITICUM.*

Fiat primo oleum vitrioli, quale ſuprà factum eſt, in ſpiritu eiuſdem & quale modo in ſtomachico fiet. Huius fiat quantitas aliquota. Deinde ſit in promptu limatura ferri elegans, non puluerulenta: nec rubiginoſa, ſed recens facta: ſuper hanc vero funde olei vitrioli aliquid pro lubitu, nec tamen nimium. Adde aquæ pluuialis deſtillatæ triplum eius quod adfudiſti olei, ſi nempe illud fuerit acerrimum, & ſtatim ebullire incipit. Labor autem totus in cucurbita capaci inſtituendus & abſoluendus eſt, adfuſioque olei Vitrioli per vices repetenda ſæpius. Relinque aliquandiu donec deferbuerint. Poſtea decanta & filtra, habebis liquorem viridem admodum & pulchrum, quem euapora ad cuticulam, & relinque in frigido, habebis vitriolum viridiuſculum pulcherrimum ex Venere & Marte factum dulce, magnarum virium. Cum limatura Martis à ſolutione prima, vt & reliquis ſolutionibus reſidua, perge, ſimiliter ſoluen-

do cum oleo vitrioli, & ſi opus eſt, aqua pluuiali deſtillata: donec tota in liquorem verſa viride vitriolum confeceris. Vnde poteſt oleum rubicundum fieri, & quidem eo modo, quem proponit autor noſter hic. Vires ſunt in medicina eædem. De vſu vitrioli Hermaphroditici vide Praxin chymiatricam pag. 171. 178. 179. Elegans ſpecificum ſtomachicum reperitur in ſale Ammoniaco ſeu Regio, quod fit ex Vrina & fuligine: Prius tamen ipſum rectè purgandum, poſtea vero illud ſublimandum: præparationis modum & vſum vide in Practica chymiatrica noſtræ editionis pag. 103. Eiuſdẽ virtutis ex vegetabilibus ſunt arcana centaurij minoris & pulegij philoſophicè præparata.

*m* Libro ſecundo de rebus.

*n* Ad olei vitrioli vſum ſtomachicum familiaris mihi eſt ſpiritus maluatici deſtillatus ex toto maluatico, in eius ℔ ij. macero pulegij M j. vel M j ß Cuius eſſentiæ cochlear vnum exhibeo cum guttis olei vitrioli tot, quot ad gratam acredinem requiruntur, & ſequitur effectus ſperatus & bonus.

*o* Vide ſpecificum peſtilentiale.

*p* Ne fiat ſtupor dentium.

*q* Scilicet internè.

*r* Thomas Eraſtus, qui Doctorem quendam & conſiliarium Palatinenſem è medio ſuſtulit oleo vitrioli.

*ſ* Vbi bilis hoſpitatur.

*t* Tincturas extrahendo manifeſtat, in expreſſis ſuccis roſarum & earum conſeruis.

*u* Rubicundum facit.

*x* De oleo vitrioli dulci ſupra dictum eſt. De

oleo

oleo antimonij dulci conſule currum triumphalem Baſilij Valentini.

*y* De quo ſupra. Vide etiam Tractatum noſtrũ de opio & Laudano opiato, vbi, quomodo illud parandum ſit, & in nobile Laudanum exaltandum, abundè dictum eſt.

*z* Nonnulli parant per deſcenſum, alij per canales, ſed nullum procedit. Hic autem ab autore poſitus modus omnium eſt conuenientiſſimus.

## VTERINVM.

*Artemiſia*[a] *omnes obſtructiones mulierum deoppilat: Ante menſtruum & poſt partum decoctum eius ad purgandam matricem adhibetur, addita vna atque altera guttâ olei Succini.*

### I. ELIXIR VTERINVM.

℞ *Caſtorei* ℔ß [b].
*Croci* ℥ *ij.* [c]
*Extrahe tincturam cuiuſque ſeorſim ſpiritû vini; & ſepara ſpiritum ad remanentiam Extractorum, quibus mixtis adde*
*Extracti Artemiſiæ* ℥ *iiij.* [d]
*Salis matris Perlarum* ℥ *j.*
*Oleorum* [e] *ſtillatitiorum Angelicæ.*
*Aniſi.*
*Succini ana* ℥ *ij.*
*Digerantur mixta omnia per octo dies:*

Vſus & Doſis.

*Doſis huius Elixiris ℈ j. vel ij. ingruente paroxyſmo*[f] *hyſterico, tunc illicò ſanantur*[g]. *Quod ſi ſingulis mēſibus appetētibus menſtruis æquali doſi vtantur, non reuertetur morbus*[h].

2.

*Puluis compoſitus à Paracelſo*[i] *deſcriptus è Lichenibus ſeu Callis*[k] *Equorum cruribus innaſcentibus, etiam efficaciſſimus eſt in ſuffocatione matricis. Fumus eius per tritorium*[k] *bombyce circumuolutum, ſuper ſedem clauſam*[l] *manè & veſperi, vel inſtante paroxyſmo ab hyſtericis exceptus*[m], *ſufficit ad tollendas omnes matricis ſuffocationes deſperatiſſimas: Interius interim datur Spiritus Vitrioli cum Sale Corallorum*[n] *in aqua Meliſſæ & Artemiſiæ.*

*a* Scilicet rubea, ſed præſtat eius arcanum.

*b* Minutim inciſi.

*c* Integri.

*d* Præſtat eius arcani ℥ j.

*e* Olea ſoluantur prius in ſpiritu vini, poſtea adduntur.

*f* Qualicunque.

*g* Sudoribus ab hoc medicamento prouocatis.

*h* Morbus hyſtericus.

*i* De morbus amentium cap.4. tom.4. Eius compoſitio hæc eſt.

℞ Verrucarum ad genua equorum adnaſcentum ℥ j.

Aſſæ fœtidæ ʒ j.

Cornu

Cornu vngul. caprin. ℥ j.

Redige in puluerem: huius pulueris ℈ j. ſuper prunis accenſus & fumo ad genitalia promiſſo per tubulum vel tritorium, illico ſiſtit ſuffocationes.

*i* Ita nimirum appellantur enaſcentia circa genua interiora equorum: ab iis non ſunt auferendæ, (fit nimirum cum periculo) ſed ſponte vbi decidunt, id quod plerumque eo tempore fit, quando etiam equi pilos ſuos ex parte mutant, id quod menſibus Februario & Martio plerumque contingit, ſunt colligendæ. In medio ipſarum verrucarum reperitur albicans materia, quæ eſt inſtar humoris cryſtallini in oculo. Aiunt equiſones, ſi violenter ademptæ fuerint, plerumque crurum contracturam pati. Quod ſi fumus de puluere illo verrucarum tantum efficere poteſt, vt ſiſtat omnes ſuffocationes etiam deſperatiſſimas, quanto magis præſtiterit earum extractum, ea lege factum, vt in Practica chymiatrica editionis noſtræ in Laudano ſuffocationum dictum eſt, pag. 181. quod in hunc locum transferendum.

*k* Vel collum retortæ.

*l* Diligenter.

*m* In matricem.

*n* Vel quinta eſſentia perlarum, de qua ſupra.

## 3. EXTRACTVM SPLENIS BOVIS.

*Paracelſus* [a] *in Archidoxis facit in lib. myſteriorum huius mentionem, quod Lienis obſtructiones expediat, & menſes prouocet.*

*℞ igitur ſplenem Bouis caſtrati, ſtinde in laminas tenues, maceretur* [b] *per aliquot dies in ſpiritu vini cum Myrrha eſſenſificato, poſtea exſicca in aëre: Hoc modo procedendum eſt, alioquin ſi per ſe velis exſiccare, fœtebit, poſtea cum S.v. eſſentiam extrahe, & ſapidioris efficaciæ ergo adde pro libito aliquot guttas olei Angelicæ* [c].

## Doſis.

℈ j. *in aqua appropriata.*

## Obſeruatio.

*In prouocandis menſtruis tempus obſeruandum, quo menſes in ægra fluere conſueuerunt, tunc enim Renum & Lumborum dolores adeſſe plerunque ſolent, & ſic, adiuuante Natura, Remedium operabitur efficacius.*

*a* Lib.7. tomo 6. pag. 81. in ſpecifico matricis.

*b* Non eſt opus, ſed ſtatim poteſt exſiccari in clibano.

*c* Idem præſtat extractum epatis bubuli, quod ſic fit.

### *EXTRACTVM EPATIS BVBVLI.*

℞ Epar bouis iunioris caſtrati, ſeca in particulas, aſſerculatim, eáſque in clibano exſicca & pulueriſa, adde vinum aduſtum à fæcibus ſuis craſſis deſtillatum, & cum eo extrahe ſubſtantiam ſubtiliorem epatis, quantum eius fieri poteſt. Si non

amplius

amplius extractio procedit, puluerem epatis exſicca, vt prius, & ſecundo cum ſpiritu vini, vt antea extrahe, atque id repete etiam tertiò, coniunge omnes extractiones, & ad conſiſtentiam quandam deſtillando redige: adde tandem ſal proprium, ex capite mortuo hepatis cum aqua deſtillata extractum, & miſce. Eius vſus eſt, vt extracti ſplenis bouis; ſed longe promptior & expeditior. Datur ℈j. in aqua artemiſiæ, ſabinæ, ſaluiæ, & alia appropriata.

## 4. SAL IOVIS.

*℞ Cinerem ſtanni aperto igne ſine ſophiſticatione præparatum, ex illo ſalem non aqua, vt habent irriti vulgarium deſcriptionum labores, ſed aceto deſtillato extrahas, quem poſtea à ſuo ſale aqua pluuiali, ſoluendo, filtrando & leniſſimè in Balneo euaporando ſepties edulcora* [a].

### Vires, Vſus & Doſis.

*Secretum & efficaciſſimum in ſuffocatione calidè v. vbilico inunctum: matrix vbi ſentit calorem, confeſtim in locum ſuum redit, nec amplius inde mouetur.*

*Doſis, tria grana, tribus aut quatuor aureis cõtinuis in aqua Artemiſiæ vel aquis cordialib.*

## AQVA SINGVLARIS, IN qua hyſtericis ſuffocationem patientibus offerri ſolet Sal prædictum.

℞ Rad. Diptami.
*Sem. Dauci ana ℥ j.*
*Cinnamomi electi*
*Caſsiæ lign.*
*Meliſſæ ana ℈ ij.*
*Croci Orientalis ℈ j.*
*Caſtorei recentis ℈ j. & ß.*

*Ex omnibus mixtis fiat puluis, affundantur aquæ Rutæ ℔ ij. cum dimidia, ſtent per quatuor dies in infuſione, deſtilla in B.M. & ſerua ad vſum.*

*In huius Aquæ cochleari vno grana tria Salis offeruntur tepidè, tribus vel quatuor diluculis ieiuno ventriculo per tres horas.*

℞ Tandem in deliquio in liquorem ſolue.

## *LIQVOR IOVIS.*

Cryſtalli Iouis ad eandem medicationem ſuffocationum & alia poſſunt ſequẽti modo elegantiores fieri. ℞ Stannum Anglicum, ſolue in aqua forti, quæ facta ex nitro & alumine, & ſtannum ipſum paulo poſt infunde, aqua fortis apparet in modum calcis albicantis. Hanc calcem exſicca, & per ollas ſuper cucurbitam infra tubulatam poſitas ſublima eum in morem, vt alioquin cum floribus antimonij albis fieri ſolet, & ita ſtãni ſpiritus ſurſum fertur, in forma pulueris vel farinæ candidiſſimæ. Hunc puluerem ſolue in aceto deſtillato, & extrahe per triduũ quotidie bis vel ſæpius agitando. Solutionem & extractionem ſæpius repete per

per recentem aceti ſpiritum. Extremo acetum per Balneum deſtilla ad ſiccitatem. Quod remanet cum ſpiritu vini extrahe haud aliter, quam ſicuti cum aceto factum eſt. Separa viciſſim ſpiritum vini vſque ad medietatem, pone in locum humidum & naſcentur cryſtalli, quos demum in liquorem per deliquium ſolue.

Is liquor alias eſt vtilis ad morbum Gallicum; omnia vlcera fœtida, fiſtulas, cancrum, lupum, noli me tangere, & alia æſthiomnemata ſanat à gutt. j. ad ij. vel ad ſummum iij. repetitis vicibus. In adultis vehementer & largiter mouet aluum.

## FEBRILE.

*Si Febris* [a] *è Mercurialibus* [b], *abſtemij ſunt.*
*Sulphure, euomunt quæ edunt.*
*Sale proprio, patiuntur orexin* [c],
*Hepate, ſitis eſt vehementiſſima, tunc laudano* [d] *curatur.*
*Stomacho, ſine ſiti pigerrimi ſunt, olfaciunt quæ ſentiunt, curatur Corallino* [e].

*Primò purgatio* [f] *inſtituatur Turpeto minerali vel Panchymagogo, vel Floribus Antimonij albis: Ablata materia peccante, poſtea ſequens Puluis exhibeatur.*

*℞ Cochlearum longas teſtas, quæ prope piſcinas & lacus reperiuntur, affunde acetum de vino paratum, ſtet per noctem, tunc extrahis*

*mucorem, quem diligenter abrades cum ſcopis ferreis, quibus aurifabri vtuntur, poſtea teſtas illas oblongas calcinando incinera ad albedinem, & pulueriſa* [g].

## Vſus & Doſis Pulueris.

*Doſis* ℈ *ij. inſtante* [h] *paroxyſmo in hauſtu Cerewiſiæ calidæ, cum tantillo butyro recenti. Rarò bis vel tertiò aſſumitur, quia primus hauſtus plerunque per ſudorem ſanat: Ideò in lecto ſe continentes infirmi ſudorem expectent.*

*Nota, medicamenta libere ex Theophraſti mente in Febribus exhiberi inſtante paroxyſmo, vel paulò ante, vt ſimul cum paroxyſmo operentur.*

℞ *Olei Vitrioli* ℈ *j.*
*Salis abſynthij* [i] ℈ *j. & ß.*
*Aquæ Cichorei* ℥ *j. miſce.*

*Poſt hunc aſſumptum hauſtum patiens ſudorem in lecto tectus expectet, abigit omnes febres* [k]. *Robuſto datur hic potus integer: imbecilliori detur in tali doſi:*

℞ *Olei Vitrioli* ℈ß.
*Salis Abſynthij* ℈ *j.*
*Aquæ Cichorei* ℥ *j. miſce.*

*a* Forma febris eſt in ſulphure ſiue ardore ſulphuris. Quotidiana eſt in ſtomacho, tertiana in epate reſidet.

*b* Excre-

*b* Excrementis.

*c* Sodam ðen Got.

*d* Opiato.

*e* Arcano.

*f* Purgationes in febribus neceſſariæ ſunt. Neque nimirum materia peccans commodius poteſt exterminari, quàm purgantibus. Præter autem eas purgationes, quas autor recenſet, inſigniter proſunt eæ, ſupra à me allegatæ, aqua nempe benedicta, pilulæ antimoniales febriles, dantur ante paroxyſmi inſultum, cùm veſtigia horroris gliſcunt. Mirifice febriles mineras, aliáq; ſymptomata exhaurit. Vide praxin chymiatricam pag. 216. 223. Specificum in febribus tertianis præcipue eſt aqua formicarum compoſita, quam vide in Practica chymiatrica p. 217. & 223. Interea verò prudentis medici eſt diligenter prouidere, an patiens ad vomitum diſpoſitus ſit, & an cauſa morbifica febris per vomitum, aptè purgari poſſit, præterea an vires patientis conſtent; ſecus nimirum ad alia recurrendum fuerit, quæ mitiora & conuenientiora ſunt. Inter ſpecifica febrilia non infimum locum obtinet ſal ammoniacum depuratum & præparatum, de quo paulò ante paroxyſmum 6. vel 9. grana in arcano centaurij minoris, vel decocto cichorij data poſt Vniuerſalia præmiſſa, ſudore hinc largius profluente febrem tollit. Eadem doſis poteſt reiterari, ſi prima vel ſecunda vice non ſucceſſerit. Præparationem vide in Praxi chymiatrica noſtræ editionis, pag. 103. & pag. 223.

*g* Alij conchas ab omni colluuie & mucilagine purgatas, & tranſparentes factas [illegible] digunt in puluerem ſine calcinatione aliâ, & pr[illegible] vſu ſeruant.

*h* Sed non niſi in ſitim. Infirmi nimirum hæc non ferunt.

*i* Aut ſpiritus ſalis abſinthij ℈ß. ad gr.xv.

*k* Caput ſerpentum ante paroxyſmum appenſum in febribus intermittentibus probatum eſt. Datur etiam puluis ſerpentum. Vide Praxin chymiatricam p.219. Ad quartanam Auenzoar vſum nucleorum perſicorum laudat. Guanerius decoctum raparum. Ego vtrunque magno ſucceſſu multis exhibui, inquit Crato Epiſtola 203.

# PESTILENTIALE.

## Elixir Peſtilentiale.

*CVm Peſtis [a] ſit Ira & peculiare Dei Flagellum, ſequentia poſt Reconciliationem cum Deo & proximo, Vitæq́ emendationem ex vſu eſſe poterunt.*

*℞ Florum Sulphuris Spagyricè præparatorum (vt paulò poſt dicetur) ℥ ij. affunde olei Iuniperini [b] è baccis, in Balneo prius rectificati, ad eminentiam trium vel quatuor digitorum, (eodem modo cum Spiritu Terebinthinæ [c] fieri poteſt Balſamus Sulphuris, cuius Tinctura poſtea ſpiritu vini extrahitur ad effectus aſthmaticos) olei Succini terna rectificatione in Balneo ab odoris vehementia liberati, quarta pars [d] ad oleum Baccarum Iuniperi itidem affundatur, ſtet in igne cinerũ vel arenæ ſæpius mouendo*

uendo

*uendo, vt flores lentè ſine aduſtione ſoluantur & liqueſcant: Poſtea habeas Theriacæ Venetæ ℔ j. ex qua optimo ſpiritu vini Tincturam extrahes, quam à ſpiritu vini ſeparatam ſeorſim ſeruato extrahe eodem ſpiritu, Radicum Elenij, Angelicæ, Baccarum Iuniperi contuſorum & mixtorum ana ℥ iij. & Tincturam à ſpiritu vini in Balneo ſeparatam miſce cum Tinctura Theriacæ, ac affunde oleum Iuniperinum & Succini floribus ſulphuris eſſenſificatum, ac per papyrum bibulam prius filtratum: omniaq; circula lentiſſimo cinerum calore per quatuordecim dies. Habebis ſecretum, quòd in Peſte & morbis Epidemicis ex Dei benignitate ad miraculum operari ſolet.* Extractũ Enula Campana ferè Sulphur ſuperat in Peste.

## Vires, Vſus, & Doſis.

*In Peſte eſt Præſeruatiuum & Curatiuum.*

*Doſis vna vel duæ guttæ in vino vel aceto quotidie manè: Vel ſingulis ſeptimanis ſemel 8. vel 10. guttæ ieiuno ventriculo expectato ſudore aſſumantur. Præſeruat à putredine, & nil impuri relinquit in corpore.*

*Correptus Peſte ſtatim ab initio accipiat à ℈ j. ad ij. in vino, aceto rutaceo, vel alio liquore appropriato, & ſudet, potenter venenum è corpore pellit.*

¶ In Peſte iræ diuinæ flagelli ſeueriſſimi, cura-

tione,nemo tam felix vnquam fuit, qui, ſpecifico ſeu appropriato medicamēto, illam tollere ſe poſſe gloriari auſus fuerit. Omnes conatus Medici in ea, Deo videlicet non permittente,deficiunt,& vana eſt, quæcunque ſine numine ſupponitur peſtis medicatio. Quantumuis ergo infinita ſint, ab infinitis producta alexipharmaca,ratione & experiētia vtcumque confirmata & probata; māca tamen ſunt, ſæpe nullius virtutis vel poteſtatis. Imò nec ipſum ſapientum Magiſterium,contra hanc pernitioſam luem malignam,ſatis roboris poſſidet,quin exoleſcat & deterioretur. Tantum itaque abeſt,vt peſtis ſpecificum, hoc eſt appropriatū particulare à quopiam promitti poſſe exiſtimemus, vt potius habenas in aëre volantes non tam hiſtrionicis ludis, quàm ſeriis veritatis adminiculis viſas eſſe credamus. Quę itaq; ab autore noſtro & à me quoque proferuntur peſtilentialia,eidē cenſui accenſenda ſunt, proficere aliquando poſſe, ſed tamen catholica haud eſſe. Anno ſuperiori 1611. graſſante peſte per Haſſiam & vicinos populos aqua mea peſtilentialis tēpeſtiuè propinata multum profuit. Eius compoſitionem ingenue docui in Praxi chymiatrica p.225. & tractatu Germanico Anno 1613. edito. Eiuſdem virtutis eſt oleū Camphoræ compoſitum, ex oleo præſertim caryophyllorū & ſale abſynthij factū, quod [illegible] gratia à me addetur ad finem commētariorum. Huc pertinet etiam elixir proprietatis, *Bezoardicum ſolare*, Aurum tranſparens, Panacæa ex ſulphure antimonij.

*b* In Balneo rectificati ℥ viij.

*c* Potius oleo aniſi.

*d* ℥ ij. ʒ j.

FLO.

# FLORES SVLPHVRIS.

*Crudi ſulphuris in medicina nullus debet eſſe vſus, niſi ad manus ſit illud, quod in fodinis reperitur, & Sciſſile*[a] *vocatur, à Natura purificatum, quod cum floribus ſulphuris arte paratis, nulla prorſus repugnat: Nam vt hîc artificioſo Igne, ita illinc Naturali, pars tenuior ſulphuris attollitur ad editiora loca, eaq; & ratione plus coquitur: Ergo cùm ſciſſile ad manus eſt, licet loco Florum vti: Sed quia rarò Natura nobis copiam ſciſſilis ſuppeditat, medici Chymici cœperunt de artificio cogitare, quo in illius penuria ſubleuarentur.*

*In agro Cracouienſi*[b] *in Polonia, miro artificio Naturæ depuratum conſpicitur, & olim in Regno Neapolitano propè Puteolos, vbi Mōs ſulphureus perpetuò ardet, cum deſiderio vidi. Solet in illo loco ſulphur è ſaxis tanquam Ros exſudare: dulciſſimus eſt ille Flos, qui ſi in copia haberetur, poſſet verus Spagyricus ſingulare ſibi ex illo medicamentum Chymiſtico magiſterio elicere.* Veſuuius Cāpaniæ mons.

*Sulphur autem ibi conficitur, poſtquam vi ignis à lapidibus & Terra defæcatur*[c].

*Propè Salisburgum in Mineris cupreis, vbi Vitriolum coquunt è Minera, aſſatione, vt vocant, ſulphur ſolet auolare à Minera, quod*

*deinde pollinis inſtar adhærere conſueuit ca-
mino, ad hunc excipiendum & retinendum
fumum ſtudiosè extructo: Hic Flos ſulphuris
bene depuratus eſt, & dum à Vitrioli Minera
ſublimatur, aliquam ſecum aciditatem reti-
nuit.*

*Huius ergo in defectu Florum Chymicè præ-
paratorum, cum commodo, ſicuti ſæpius exper-
tus ſum, vti poſſumus.*

*℞ Sulphuris flauiſſimi (illud enim rubrico-
loris habet multum Arſenici[a] & Realgaris, &
in medicinam non debet adhiberi) ℔ j. ſalis
fuſi ℔ ß. fluat prius ſal in crucibulo, quampri-
mũ vbi fluxit effundatur & frigeſcat, in mor-
tario vel ſupra lapidem: Vitrioli Vngarici pu-
rificati & calcinati ℔ ß. Pulueriſentur & mi-
ſceantur inuicem, imponantur Cucurbitæ vi-
treæ (cum collo mediocri non nimium capaci,)
argilla bene minutæ, imponatur Alembicus al-
tus & capax cum Recipiente, collocetur in cine-
res vel arenam, notandum tamen, ne nimia
quantitate arena cooperiatur, ne ſuperior pars
incaleſcens faciat Flores liqueſcere, & ſi tunc
refrigeſcere ſinis, Alembicus difficulter aufer-
tur, niſi admotis prunis iterum liqueſcat: Non
opus eſt luto ſi bene quadret capitellum, niſi ve-
lis chartam farina madidam circũducere. His
peractis da initio ignem lentum, poſt tres horas
phlegma*

*phlegma ſtillare incipiet, & durabit per 4. vel 5. horas: Ignis augendus eſt ſenſim magnis Carbonibus, vt tandem patina ᵉ, in qua eſt arena, rubeat: Si ignis eſt continuus, ita vt Sulphur in Alembico quaſi fluat, tunc citius ſublimatur, non tamen ſit exceſſiuus, alioquin non flauo calore, ſed nigro aſcenderet.*

*Flores eleuati in Alembicũ citò eximantur, chartam videlicet rotundam & quadrantem ſemper ſubtus tenẽdo, ne ſubleuãdo capitellum Flores in arenam cadant, & interea, ſi Cucurbita tunc ſummè calet, ſine mora orificium eius tegatur, ne Sulphur ab aëre ingrediente, vt ſæpè fieri ſolet, accendatur, & reponatur Alembicus, ignisq́; continuetur ad decem horas.*

*Refrigerentur poſt abſolutam ſublimationem omnia, & remoto Alembico Flores accipiantur, ác cum prioribus miſceantur: Caput mortuum in quaque ſublimatione ſit poroſum & friabile, prunis aſperſum nõ amplius ardeat: id enim ſignũ eſt priuationis omnis bonitatis.*

*Rurſus hos flores miſce cũ Sale nouo & vitriolo ſeruata priori proportione, perge omnino, ſicuti prima vice, quod quo ſæpius fit, eò plus tenuitatis acquirunt Flores, fiuntq́; magis ac magis puriores. Tertio pariter facito, ſed pauciores Flores habebis: A tribus libris ter ſublimatis habebis ℥ xx. in hac tertia repetitio-*

ne conſiſtere debes, eò tum quod plurimum decedit, tum quia tandem utiles partes Sulphuris figuntur.

Horum Florum dimidiam partem cũ gummatibus ſequentibus ſelectiſsimis in tenuiſsimum puluerem tritis, mixtam ſeruabis ad vſum, ut monet Paracelſus [f] in lib. Paragraph. & lib. de Naturo, libro & capite de Sulphure.

℞ Florum ſimplicium Sulphuris ter eleuatorum ℥ j & ß.
Myrrhe ſelect. ʒ j.
Aloë Epatici ℈ j.
Croci grana xv.
Terra ſigillata ℈ j.
Saccheri quantum ſatis, diſſoluatur in aqua Roſ. vel Pectorali, & fiat maſſa, ex qua formentur Rotula.

Alteram partem modo ſequenti ſublimabis, quamuis ſint, qui putent gummata inter ſublimandum comburi: Eleuatio ideò lente fiat ſine aduſtione.

℞ ergo dictorum Florum ℔ j & ß.
Colchotaris ℥ vj.
Salis fuſi ʒ v.
Myrrhe Alexandrine.
Thuris ana ℥ iij.
Aloës ſucco citrini purificati prius ℥ iiij.
Maſticis ℥ iij.

Croci

*Croci ℥ß.*

*Omnia trita ſimul & bene mixta imponantur priori* [g] *vaſi, ſi ſit adhuc integrum, vel recenti, additoq; Alembico in furnum* [h] *repoſito, ignem ſubdito, ſicuti prima vice feciſti: poſt duodecim horas extrahe Flores, qui aſcenderunt, rurſus Alembicum repone, & ignem continua per duodecim alias horas. Nota, ſi nimiũ Materiæ vna vice imponis, tunc comburitur, eminentia trium vel 4. digitorum ſufficit: Tunc ex libra vna vncias vndecim Florum habere poteris, quod ſi pauciores habueris, repoſito Alembico perge adhuc ignem ſubminiſtrare per duodecim alias horas.*

*Aquæ deſtillantes ex vnaquaque ſublimatione, tam Florum Sulphuris ſimplicium, quam compoſitorum, in Recipiente adaptato colligantur, ac ſeorſim ſeruentur, illæ poſtea rectificata in Balneo bullienti miſceantur cum aqua illa, quæ ab vltimis Floribus compoſitis abſtracta eſt, nec rectificatione eget, coloris lactei propter gummata, ſaporis acidi: Hæc ſeorſim colligenda, ne miſceantur cum oleo ſubnigro, quod ſubſequi ſolet.*

*Vocant hanc Aquam* Ens *ſeu* Lac *Balſami, cuius idem vſus, qui Florum:*

*In Peſte.*

*Febribus.*

*Pleuriſi.*

*Colica.*

*Affectibus Pulmonum.*

*Obſtructionibus Hepatis.*

*Doſis pro natura infirmi & iudicio præſentis medici.*

## Vires, Vſus, & Doſis Florum Sulphuris.

1. *In peſte ſummum eſt Curatiuum & præſeruatiuum, reſiſtunt enim impreſſioni, & præſeruant à putredine: Cum Extracto Enulæ Campanæ* [k] *ad miraculum operantur tempore infectionis.*

*Doſis* ʒ j. *in aqua Cardui benedicti, vel in Theriaca. Vel in* ℥ j. *Syrupi de Citro, &* ℥ ij. *aqua Meliſſæ. Hic hauſtus præſeruat, & curat abſque omni alia medicina, vt* πολύχρηστον, *Peſtem, Pleuritidem, omnes Putrefactiones, Apoſtemata.*

2. *Quotidianus vſus eſt* προφυλακτικὸν *omnium morborum, cum accidentibus, & Naturæ & Sanitatis conſeruatiuum.*

3. *Offertur in omnibus morbis, qui efficaci exſiccatione opus habent.*

4. *Sudorem in Lue Venerea* [n] *promouent.*

5. *In omnibus pulmonum affectibus, aſthmate, tuſſi antiqua & recente: In Catharris pectoralibus, phlegmaticis.*

6. In

6. *In Pleuriſi.*

7. *In Colica.*

8. *In Apoſtematibus & putrefactionibus corporis.*

9. *In omnibus Febribus præſeruatiuum: tollunt enim omnes impuritates febriles & peripneumonicas leuiores tutò & ſubitò.*

10. *Præſeruatiuum etiam in Epilepſia* [n].

11. *Conſeruatiuum vini, ſi illi miſceantur, impedit generationem Calculi.*

*Doſis* ℨj. *robuſto, iuueni* ℨß *in cura.*

*Pro præſeruatione grana* 8. 10.

*Miſcentur etiam Saccharo & cum Dragac. in aqua pectorali ſoluto formentur tabellæ.*

## Cautio.

*Oleum & flores ſulphuris ſublimati grauidis non temerè offerantur, quia menſes promouent.*

*a* Iedetſchwefel.

*b* Cracouienſe ſulphur cum nitro fixo ſublimaui, flores fuere per edulcorationem albicantes, nitrum per duas horas ſuſtinuit ignem, ſic fixatum fuit.

*c* Interdum.

*d* Ob permiſtionem Venarum vicinarum fodinarum Arſenici, aut halitus perniciosos.

*e* Capella ſeu catinus.

*f* Tomo 3. pag. 174.

*g* Ex quo nempe ab initio flores ſublimati ſunt.

*h* Arenæ.
*i* Aſtrali.
*k* Quod multum in peſte valet. Doſis eſt ℈ j. ad ℥ j.
*l* Vlmariæ.
*m* Et omnibus morbis.
*n* In Vehiculo conuenienti.

## AQVA THERIACALIS.

℞ *Theriacæ Venetæ ℥ v.*
*Myrrhæ rub. Alexandrinæ ℥ ij & ß.*
*Cinnamomi ſelecti* [a].
*Croci Orientalis integri ana ℥ß.*
*Camphoræ ʒ ij.*

*Affunde optimum vini Spiritum diligenter rectificatum, vel ſi ad manus ſit è ſemine vel radicibus Angelicæ præparatus, qui efficacior eſt, ad eminentiam trium vel quatuor digitorum, ac in vitro clauſo in leni calore cinerum Tincturam extrahe: Per inclinationem tinctum Spiritum aufer, & affunde recentem Spiritum tamdiu, donec non amplius tingatur: Spiritum vini tinctum poſtea ad medietatem ſaltem abſtrahe, reliquum maneat cum eſſentia extracta, cui addes ℥ vj Spiritus Tartari, ſicq; ſimul per octiduum vel quatuordecim dies circulabis & digeres.*

### Vires, Vſus, & Doſis.

1. *In Peſte maximus eius vſus, & talis vt* infe-

*infectus intra 12. horas* [b] *ſumat cochl. j. in tribus cochlearibus vini* [c] *optimi, ſudet horis tribus, & ab hac potione ad cibum ac potum capiendum ad minimum ſex horæ interponantur.*

2. *Purgat caput, pectus & omnia corporis membra principalia, illaq; confortat, & ſi quæ labes illis aſperſa, delet, & in priſtinum naturalemq; ſtatum ea reducit, & præcauet, ne in poſterum facilè lædantur.*

3. *Illis bene confert,* [d] *qui hydrargyro fuerunt inuncti,* [e] *ſua enim penetratione omnes neruos, muſculos, medullam penetrat, & quicquid noxium reperit, corrigit ac expellit.*

4. *In rectificatione ſanguinis* [f].

*Lue Venerea* [g].

*Putredine* [h].

*Vermibus* [i].

*Punctis laterum* [k].

*Tremore cordis* [l].

*Febribus* [m].

*Ictero* [n]:

*Poteſt etiam cũ aliis Diaphoreticis* [o] *miſceri.*

*Doſis à cochleari ſemis ad cochl. integrum in* [p] *aqua appropriata, in hauſtu vini, aqua Meliſſæ, Cardui benedicti.*

a Vel Caſſiæ ligneæ. Differentia inter cinnamomum & caſſiam eſt. Caſſia nullas emittit fi-

bras in fractione, cinnamomum autem multas.

*b* Scilicet à primâ infectione.

*c* Vel ſpiritus vini.

*d* Superaddito ſpiritu Vitrioli, quantum ſufficit.

*e* In Lue Venerea, vel ſcabie contumaciſſima.

*f* In aqua Cichorij.

*g* In decocto guaiaci vel aqua perſicariæ.

*h* In aqua aſari.

*i* In aqua Tanaceti, florum perſicorum.

*k* Scilicet partium ſuperiorum, præſertim à ſanguine coagulato, in aqua chærefolij.

*l* In aqua meliſſæ.

*m* In aqua Nicotianæ, vel etiam alia aqua.

*n* In aqua marrubij albi.

*o* Vt Antimonio Diaphoretico.

*p* In Vulneribus, præſertim ſclopeto factis, ad quitandas conuulſiones aliáque accidentia vulnerum corrigenda, vide Wurtzium lib.3. cap.17. de accidentibus vulnerum in fine.

## ZENEXTON PARACELSI.

I.

*Primo fiat Inſtrumentum chalybeum, in quo efformari poßint placentulæ ad ℥j. & ß. circiter ponderantes: Inſtrumenti ſint partes tres: in ſuperiori, quòd eſt inſtar maioris ſigilli, eſt Serpens ſculptus: in inferiori, qua quaſi paruam incudem repræſentat, eſt Scorpius: Annulus chalybeus cauus ſeſquidigitum tranſuerſum circiter altus, continet materiam impo-*

*imponendam, ne elabi poſſit, ſed premendo ſupra & infra efformetur: Sculp[t]ura inſtrumenti fiat certo ſyderum cæleſtium p ſitu, Sole videlicet & Luna Scorpionis ſignum ingredientibus: Eodem etiam tempore ſigillantur illa Pentacula, aut ad minimum cum Luna Scorpionis ſignum attingit: Sic enim ſuperiora cum inferioribus unione ſympathica indiſſolubili maritantur & copulantur.*

*Magnetis Naturæ ſpiritualis, ſympathici vel Antipathici, licet inviſibilis, attamen ex affectu ſufficienter ſenſibilis vires mirificæ.*

**Forma inſtrumenti talis eſt.**



*a* Alij legunt Xenzethon. Zenexton Paracelſi eſt lib. 2. de Peſte cap. 3. Amuletum Pagoicum (ita habet textus) hydrargyrus nempe ſeu argentum viuum, auellanæ nuci incluſus & collo appenſus. Huius verò vis attractiua magnetica; attrahit ad ſe venenum Peſtilentiale, tanquam homogeneum quoddam, vt illud non tam in corpus ipſum, quod eodem attrahendi modo pollet, iniurium ſit, quam à ſimili ſuo, Zenexto nempe attractum, in eodem diſſipabile fiat. Idem ad arſenicum tranſlatum eſt, quod amuleti genus primus inuenit Iacobus Carpenſis, & alij poſtea locupletarunt, & comprobarunt; eodem amuleto Hadrianum ſextum Pontificem maximum à grauiſſima peſte fuiſſe liberatum, aiunt, Fallopius, Montanus, Heurnius, Crato.

*b* In Scorpione coniunctis, quod fit in menſe Octobri ſecundo aut tertio die.

## Maſſa prò efformandis Amuletis ſeu Pentaculis conſtellatis.

*℞ Bufonum [a] bene in aëre & Solis ardore exſiccatorum ac puluerìſatorum ſub aperto cœlo [b], naribus obturatis [c] vel auerſis, piſtillo artificiosè penſili ℥ ij. Nota, niſi bene & citò exſiccentur, fœtent, ac difficulter teruntur. Octodecim bufones dant circiter ℥ ij pulueris.*

*Zenith [d] iuuencularum, quantum haberi poteſt.*

*Arſenici*

*Arſenici Cryſtallini albi* °.
*Arſenici Rubri ſeu Auripigmenti ana* ℥ß.
*Rad. Diptamni*
*Tormentillæ ana* ʒ iij.
*Margaritarum non perforatarum* ʒ j.
*Corallorum*
*Fragmentorum Hyacynthi* *Orientalium*
*Smaragdi* *ana* ʒß.
*Croci Orientalis* ℈ ij.
*Propter odorem aliquot grana Muſci ſeu Ambræ addi poſſunt.*

*Pulueriſentur omnia ſubtiliſſimè & miſceātur, poſtea Tragacanthum reſoluatur in aqua Roſarum inſtar mucilaginis, cum quo pulueres impaſtentur & formentur (Sole & Luna in Scorpione exiſtētibus, aut ad minimum Luna) Pentacula rotunda, & Piſtillis illis duobus, ſub eadem Influentia cælatis ſignētur: aut ſi mauis, parentur Scuta formam Cordis habētia, poſtea exſiccata ſindone obducantur rubro, & Cordis regioni appendantur per intermediū induſiū.*

Vſus.

*Exterius collo appenditur funiculo ſerico, intermedio induſio ad regionem Cordis: non ſolum præſeruat à Peſte, ſed impedit, quo minus corpus à Venenis ſeu morbis Aſtralibus inficiatur: attrahit Venenum ab intra, & extra illud conſumit.*

## ZENEXTON PRO DITIORIBVS MAGNATIBVS.

2.

*Capſula ex auro conficiatur puriſſimo, cum fiſtula foraminibus plena, in medioq́; fixa in vno latere veluti baſis hærebit: In huius anteriori parte exterius Sapphirus Orientalis præſtantiſſimi coloris adaptabitur, & in eius circuitu Bufonum lapides quatuor vel araneorū, qui formam crucis in dorſo habent: Hoc enim araneorum genus lapides minutos præ ſe fert, qui præſentaneum ſunt in Peſte remedium, ſi de collo ſuſpendantur: In altera verò ſiue poſteriori parte Hyacynthus vnus iuſtæ magnitudinis ſimili modo aptabitur. Hiſce ita abſolutis, ſumatur Bufo viuus, & dextro pede poſteriori ligatus viuus & integer citra ſanguinis emiſſionem ſuſpendatur verſus Orientem, donec perfectè exaruerit, ac pulueriſari poſſit, caue ne à pluuia tangatur: & hic cum modico optimi præſtantiſſimiq́; Aceti commiſceatur, donec formam paſtæ habeat, qua tota capſula interius repleri vndique debet. Demum fiſtulæ, quæ in medio paſtæ extiterit, particulæ ſeu fruſtula aliquot ex linteo (quod primo Virginis menſtruo, quæ annum decimum quintum nondum exceſſerit, madefactum fuit) imponantur, adeo vt fiſtula plena prorſus & compacta linteæ exiſtant:*

ſtant, Foramina eius magnitudinis eſſe debent, vt per illa Bufonis puluis tangatur ab huiuſmodi fruſtis: Nam ex mutua operatione oritur Sympathia vtriuſque, quæ poſtmodum conuerſis gradibus per Antipathiam Venenis vſque adeò reſiſtit & aduerſatur, vt ille, qui hoc Amuletum de collo tempore Peſtis ſuſpenſum geſtauerit, liber prorſus poſt Dei prouidentiam & habendus & certiſſimè dicendus ſit: Id quod experientia, & viua demonſtraſtratione callent hi, qui veram eius componendi rationem norunt.

Nota, aureà cannà ſeu rimoſa fiſtula ſuperius poſtquam referta eſt, optimè & diligenter obſtrui debet, requiritur ergo operculum ad modum cochleæ ſeu terebri, vt paretur cum annulo, ſicuti ex ſequenti Icone apparet.

Forma Inſtrumenti talis eſt.




Integrorum

*a* Integrorum ſine transfixione.

*b* Menſe Iulio.

*c* Non opus eſt. Buſo nimirum tantum in humoribus venenum habet. Buſo exſiccatus vel combuſtus in deſperatiſſimo hydrope ſecretum magnum.

*d* Sanguinis menſtrui primi.

*e* Ad hanc maſſam conficiendam alij ſolo arſenico tam rubeo, quàm albo, cum tragacantha in aqua roſarum diſſoluto, inque paſtillos formato vtuntur. Alij præterea addunt ad ℥ß. arſenici vtriuſque radicis Angelicæ, Zedoariæ, Diptamni, Croci ana ℈ j. & cum Tragacantha in paſtillos formant: vbi multa ingredientia, ibi multus error.

## *ZENEXTA ALIA.*

Ad periaptorum ſeu amuletorum, tempore peſtis ex collo penſilium, numerum ab autore propoſitum accedere alia, quæ quidem genus ſeu materiam non mutant; præparatione tamen ab iis differunt. Eſt nimirum ingenij humani magna ſolertia eaſdem res in diuerſas figuras mutare ſatagentis, & nobilitatem ſuam inde monſtrantis. Argentum viuum in nuce auellana excauata, & poſtmodum exactè clauſa ad collum penſilis, principale nomen Zenexti peperiſſe, poſtea arſenicum in eundem cenſum relatum eſſe, ab initio dictum eſt. Vtrumque poteſt, eadem manente materia, in magis aptam formam redigi, de quibus ſic tenendum eſt, & quidem primò de Mercurio.

## *ZENEXTON MERCVRIALE.*

℞ Mercurij viui ℔ j.

Vitrioli Vngarici.

Salis communis ana ℥ iiij.

Æris viridis, ſeu æruginis lbß.

Coque in aceto vini vel etiam aqua in ſartagine ferrea noua, lente ſemper cum ſpatula lignea mouendo, donec acetum vel aqua ſpadicei coloris fiat, & maſſa decoctorum ſit inſtar pultis. Hanc maſſam,abiecto liquore exſicca cautè, & Mercurium reſiduum traijce per pannum linteum,quantum tranſire poteſt:maſſam in linteo reliquam extende ſuper aſſerem mundum & leuigatum inſtar emplaſtri, cum quadam tamen craſſitie, & ſtatim hinc inde ſigilla conſtellata ſcorpij imprime, etiã ſi placet,id obſeruando tempus,quo Luna in cœlo Scorpioné percurrit. Figuras verò impreſſas inuicem vel cultro incidẽdo,vel peculiari ad id negotium facto circulari inſtrumento inſtar nummorum ſepara,& per noctẽ in aſſere relinque. Interea coagulabitur Mercurius & indurabitur, vt ab aſſere remotus inſtar metalli tinniat. Hos nũmos ſignatos in vſum ſerua,qui talis eſt. Induc ſingulos ſindone rubeo,& more vſitato vnum ex collo geſta. Quod ſi igitur ſindon, tempore ſuccedente fuerit ex colore rubeo in cæruleum mutatus,eum ſtatim ſepara & igne luculento crema. Tabulam verò eandem,recenti ſindone munitam,denuo ex collo ſuſpende, & ſubinde colorem immutatum obſerua. Exploratum nimirum eſt,quotieſcumque peſtis vel aliorum morborum epidemiorum tempore idem ſindon,quo circumuoluitur tabella,ex rubeo in cæruleum abire viſus fuerit,venenum attractum quidem eſſe,ſed nondum plane conſumtum.Ne igitur ipſius copia corpori noceat,conflagratio

gratio eius ſindonis veneno conſpurcati inuenta eſt. Hoc igitur in huius periapti vſu diligenter obſeruandum eſt.

## *ZENEXTON ARSENICALE.*

Arſenicum cum aliis ſpeciebus mineralibus ſibi admixtis, accenſito etiam Mercurio, duplici modo in alias poteſt redire formas. Quarum prima hæc eſt.

℞ Arſenici rubei.
Mercurij crudi ana ℔ß.
Auripigmenti.
Sulphuris crudi ana ℥ iiij.

Miſce primum Mercurium cum ſulphure hoc modo. Eliqua ſulphur in tigillo lento igne, poſtea in idem ſemper agitando miſce Mercurium crudum, donec nigreſcat, & Mercurius totus in ſulphure conſumptus fuerit. Poſtea hanc maſſam tere, & cum reliquis ſpeciebus permiſce. Hæc omnia ex cucurbita adaptato alembico, more vſitato ſublima, & partes aliquotæ ſublimatione redigentur in rubedines admodum elegantes; ſublimatum quod eſt, omne collige, abiectis fæcibus, & puluerem tum redige in placentulas cum Tragacantha, in aqua roſarum ſoluta, quas more ſolito ſigillatas, ſindone vel ſerico alio ex collo penſiles geſta, obſeruatis nonnihil iis, de quibus ad Mercurium coagulatum, facta eſt mentio.

## *MAGNES ARSENICALIS.*

Poſterior forma arſenici, in periapti modum coaptandi, eſt hæc.

℞ Arſenici cryſtallini.

Sulphuris flaui.

Antimonij crudi ana ℥ iij.

Pulueriſata omnia ſubtiliter, & miſta pone in vaſculum terreum, & ſuper igne lento fac, vt leniter fundatur, cauendo tamen à fumo. Agitentur ſpatula ferreâ, donec nempe inſtar Terebinthinæ ductilentur, & color fiat rubeus ſubobſcurus. Poſtquam refrixerint omnia, materia in picis modum indureſcit, priuſquam verò hoc fiat, manibus oleo roſarum illitis, ex materia adhuc tam molli formentur placentulæ, quæ in ſindone collo appenſæ ſimili modo ab infectione tutum retinent. (NB. Fumus eſt fugiendus, qui venenatus eſt ex arſenico.) Verendum non eſt, etiamſi ex venenis pernitioſis compoſitum ſit. Sulphur nimirum tum antimonij tum arſenici virulentiam mitigat, eaque ad bonitatem magis idonea reddit. Cæterum ex hac ipſa compoſitione inſigne fit cauſticum potentiale quod nullam parit inflammationem, ſed ſine dolore cutim corrodit. Ex eodem fit præſtantiſſimum emplaſtrum attractiuum in peſte, apoſtemata & carbunculos citiſſimè maturans, rumpens, & venena potentiſſimè attrahens. Similiter vlceribus putridis & venenoſis, curationem non facilè admittentibus, applicatum biduo vel triduo Venenum in marginem vlceris attrahit, inque nigerrimam & putidam eſcharam condenſat, quæ butyro recenti vel oleo roſarum emollita, ſpatulâ remouetur, ſubtus vlceribus fundo rubro & mundo exiſtente compoſitio emplaſtri eſt talis.

## EMPLASTRVM EX MAGNETE *Arſenicali.*

℞ Gummat. ſerapini.
Ammoniaci.
Galbani ana ℥ iij.

Diſſolue in aceti ſquillitici ſ.q. poſtea per laciniam linteam exprime, & ebulliendo viciſſim inſpiſſa & ſerua. Deinde

℞ Ceræ.
Terebinthinæ optimæ ana ℥ iiij.
Pulu. prædictæ compoſitionis ℥ iij.
Olei ſuccini ℥ ij.

Ceram & Terebinthinam lento igne miſce, & remotam ab igne agita, vt in modum Vnguenti coëant, adde gummata ſoluta & colata, cur viciſſim agitando diligenter miſce, exinde forma magdaleones, ac in veſica cum oleo ſcorpij illita ad vſum ſerua. Vide etiam Praxin chymiatricam editionis Lipſienſis pag. 229. 230.

## PODAGRICVM.

*INcipiens & leuis Podagra, ſecundum Seuerinum* [a], *vno vnguento ſeu Balſamo curatur, mixtionem admittit Reſoluentium, Mitigantium, & Corroborantium.*

*Podagra confirmata, quæ radices difficulter reſolubiles vel in ſanguine, vel in carnibus, vel in ipſa Synouia poſuit, non ſolis externis Balſamis reſoluentibus, mitigantibus, & corroboran-*

*tibus curari poteſt. Itaque Purgationes Podagricæ adiungendæ, Mundificantia, Diaphoretica, Diuretica per madores, inſenſibiles tranſpirationes, conſumptiones & perfectas ablationes inſtituendæ. Euacuantia Podagrica tamen & conſentanea accerſemus*[b].

*Paracelſus*[c] *dicit ad curationem Podagræ requiri tria, Reſoluentia, Mitigantia, Corroborantia*[d].

*In Reſoluentibus Paracelſus*[e] *commendat Arcanum Corallinum: Item ſequentem Puluerem Artheticum:*

℞ *Hermodactyl.*
*Turpethi optimi*
*Diagrid.*
*Fol. Sennæ*
*Raſuræ Cranij*[f].
*Sacchari ana ʒ. miſce, & fiat puluis ſubtilis.*

*Doſis ʒß manè ex aqua Iuæ Artheticæ*[g] *per dies 3. vel 4.*

*Purgat ſecurè & leniter omnes defluxiones Podagricas.*

*Loco Mitigantium ſequentia duo Balſama vſui eſſe poſſunt.*

*Inter Corroborantia & defluxionem impedientia numeretur Spiritus Vitrioli vſus cum Sale perlarum*[h], *& Vinum Paracelſi*[i] *medicatum*

*tum à Caryophyllata & Acoro, quod deſtuxiones exſiccat & impedit.*

## BALSAMVM PODAGRICVM. I. [k]

℞ ℔ ij. *Vitrioli ad flaued. calcinati,*
*Mellis virginei cum fauo* ℔ j.
*Spiritus vini* ℔ j. *ſi ſit ad manus ille Spiritus è confectione Laudani Opiati reſiduus, erit eò melior.*
*Terebinthinæ* ℥ iiij.
*Verbenæ* ℥ vj.
*Roriſmarini tantundem.*
*Silicum calcinatorum* ℔ß.

*Omnia trita miſceantur, & imponantur iuſtæ amplitudinis Alembico vitreo, bene luto obducto, addito ſatis magno capitello cum Recipiente capaci, iuncturis bene lutatis, ponantur per triduum in lenta arena calore ad digerendum, poſtea paulatim deſtillentur, vltimo fortificetur Ignis, quandiu vides guttas ſeu ſpiritus exire, poſtea frigeſcat: Caput mortuum ſeu fæces ſpongioſæ nigræ, reuerberentur ad albedinem, illisq́ priorem liquorem denuò affunde, & ſecundo deſtilla.*

Vires, & vtendi modus.

*Efficaciſſimum eſt Balſamum: Neminem ſua expectatione ritè præparatum & adhibitū*

*fruſtratur : citò enim & ſubitò dolorem Podagricum ſedat : ſi locus affectus inungatur, præmiſſo prius Puluere Paracelſi purgante è Hermodactylis ſeu Arcano Corallino* [l]. *Linteola madefiant & applicentur loco affecto tepidè, & relinquantur, donec ſponte exſiccentur, poſtea iterum imponantur, donec dolores ceſſent, viſibiliter vapores extrahuntur : Si pars dolens nimio ardore & rubedine crucietur, poterit de ſucco è floribus Thapſi barbari* [m] *expreſſo & inſolato ana admiſceri.*

*a* Cap.14. pag.361.362. Podagrici vt plurimum ſunt viuaces. Imo pauciſſimi ſunt mortui per ſe Podagra.

*b* Accerſenda.

*c* Lib.2.de Vita longa cap.1. tom.6.157. & 200.

*d* Idem vti in omnibus ferè morbis obſeruandum, ita etiam in Podagra.

*e* Lib.1.de morbis ex Tartaro tom.2.cap.3.item tom.4.pag.38.

*f* Præſtant oſſa hominis quàm cranium. Si Podagra eſt in pedibus, ſumantur oſſa pedum, & ſic deinceps. Paracelſus non raſuram cranij, ſed oſſa humana loco allegato addit, eaque vehementer commendat, neque etiam extra rem, præſertim ſi ſint calcinata. Sal nimirum eorundem, quod eſt in iiſdem calcinatis, ventrem ſoluit & Tartarum ab oſſibus & ligamentis educit.

*g* Fragariæ, milleſolij.

*h* Ad preſeruationem à Podagrâ, ſolitus eſt Regius

gius Medicus Galliæ Riuerius præſcribere Magiſterium perlarum, peculiari modo præparatum. Vide Practicam chymiatricam noſtræ editionis, non Sch Won Wetteri p.184.185.

*i* Deſcriptionem in Practica noſtra, pag.185.

*k* In huius balſami deſtillatione melius proceditur ſic: Primo ex Vitriolo calcinato & melleo adiectis ſilicibus calcinatis in pari quantitate totius, ana deſtilletur ſpiritus, igne ab initio lento; nã facile ebulliunt. Ab hoc ſpiritu auferatur phlegma deſtillando per Balneum. Oleo vero reliquo addatur Maſtichis, Olibani, Myrrhæ rubræ, axungiæ humanæ, opopanacis, bdellij ana ℥ ij. & adhuc ſemel deſtilletur, poſtea cum eodem ſpiritu miſceatur ſpiritus vini æqualis portio, & vſui ſeruetur.

*l* Aut eſſentia radicis Hellebori nigri, de qua vide Paracelſum libro de Helleboro nigro tom. 7. p. 67.121.

*m* Vel ſpermate ranarum. Aquæ compoſitæ ex ſpermate ranarum & ſtercore bubuli deſcriptionem vide in Praxi chymiatrica pag 187.

## BALSAMVM PODAGRICVM II.

*℞ Olei*[a] *mandibularum inferiorum veterum equorum, tempeſtatibus diu expoſitorum.*

*Vel Olei*[b] *ex oſſibus Hominis (violenta morte, reſte vel rota perempti) ſiccis, Soli & Lunæ multis annis expoſitis.*

*Vel olei è ſanguine Ceruino.*

*Cuiuſcunque huius olei aliquoties prius per ſe rectificati ſumatur ℥ j.*

*Olei Laterini* [c]

*Terebinthinæ*

*Iuniperi ana ℥ iij miſce & deſtilla omnia adhuc ſemel in Balneo, & poſtea vngatur locus affectus, è veſtigio tollit omnes dolores Podagricos è frigida cauſa ortos* [d].

*a* Fit ita. Oſſa fruſtulata induntur in cornutam & primò aſcendit aqua, poſtea oleum fœtidum, quod corrigitur ſupra colcothare.

*b* Paracelſus vocat liquorem de Mumia lib. 2. de Vita longa cap. 1. tom. 6. pag. 157. Item mumiam patibuli tom. 4. p. 35.

*c* Quod alias Philoſophicum appellatur, & ſic fit. ℞ Styracis calaminthæ p. iij. Terebinthinæ P. ij. olei Philoſophorum p. j. digere aliquandiu, poſtea deſtilla per retortam & ſerua.

*d* Si à calida in deſtillato oleo ſoluitur camphoræ ℥ j.

## VNGVENTVM ANODYNVM.

*℞ Florum Roſarum ſyluestrium manipulos decem. Herbæ & corticis* [a] *exterioris recentis Hyoſcyami manipulos ſex, conciſis ſimul affunde menſuram ſemis vini, coquantur, & poſtea trita exprimantur ac colentur: à colatura, aqua in Balneo abſtrahatur, vt inſtar mellis reſidentia maneat. Hunc liquorem in tigillo vitreato permitte paulatim euaporare, agitando continuè,*

*quà piſtillo ligneo, donec inſpiſſeſcere vult, poſtea affunduntur pinguedinis ſuillæ caſtratæ* ℔ *ij. & miſcentur, tandem ita calidè ab igne auferantur, & parum refrigefactis* ℥ *j. Opij pulueriſati ac in vino ſaltem ſoluti, & Croci pulueriſati quantitatem duarum auellanarum, Extracti florum Verbaſci* [b] ℥ß *addere conuenit, & mouendo diligenter immiſcere, donec frigeſcendo fiat vnguentum cineritij coloris.*

## Vires & Vſus.

*Singulare in ſiſtendo dolore Podagrico & Nephritico ſi calidè affectus illo inungatur* [d].

*Vbi dolori Nephritico velis applicare, operæ pretium feceris, ſi manipulos duos vel tres baccarum Iuniperi ab initio compoſitionis cum Hyoſcyamo teras & exprimas.*

*a* Hoc Vnguentum curam tantum palliatiuam reſpicit: Illa verò morbum non tollit; ſed dolores ſtatim repercutiendo lenit. Cautè igitur & magna cum prudentia, imo ne quid peius fiat, talia omnino ſunt vſurpanda medico. Vix nimirum fieri poteſt, quin ab iſtiuſmodi vſu plus contumeliæ & vituperij, quàm laudis ſit reportaturus.

*b* Hoc eſt radicis & corticis.

*c* Cum ſpiritu vini facti.

*d* Huc referuntur ex praxi chymiatrica ſpiritus ſalis ammoniaci, pag. 187. Aqua Antipodagrica Rulandi, quàm Martinus Rulandus Paterin centuriis curationum empiricarum mirificè commen-

dat, ad omnes dolores arthriticos tollendos, pag. 187. In curanda feliciter Podagrâ hoc vnicè prouidendũ eſt, vt quotannis ſtato tempore æquinoctiorum vel ſolſtitiorum, circa eadem nimirũ plerumque fluxiones Podagricæ vigent, corpus bene mundificetur, & inprimis ratio victus, quæ tamen nuſpiam negligenda eſt, ſoleri & rectè inſtituatur, poſt mundificationem verò corpus corroborãtia & Diaphoretica exhibeantur. Hoc modo nimirũ Paroxyſmi Podagrici rarò vel nunquam recurrũt, aut ſi inſultus à leui errore externo aliquãdo coincidunt, tamen graues nunquam ſunt, nec dolores excitant continuos vel inſolẽtes: qui tamen externis balſamis facilè cedunt. Ex numero purgãtium ſunt præterea, quæ ab autore poſita, inprimis arcanum aſari vel eſſentia radicũ Hellebori veri, quæ cum ſpiritu vini tãtum vulgari modo extracta ſæpe vel ſola vel cũ arcano aſari debita præparatione mixta, ac aliquandiu ante conſuetum tẽpus paroxyſmorũ podagricorum quotidie manè aſſumpta, totum corpus ab iſtius morbi fluxionibus arthriticis liberat, idq; eò magis ſi ad hanc ipſam euacuationem temperata victus ratio acceſſerit, ac vinum meliſſatum cũ caryophyllata radice in menſa pro potu primo parcè tamen hauſtũ fuerit. His feliciter peractis, ſi quæ impuritates craſſiores adhuc relictæ fuerint, eæ vel arcano corallino, vel puluere arthritico Paracelſi finaliter exterminãdę ſunt, & ſtatim ad cõfortantia Diaphoretica deueniendum. Diaphoretica ſunt peculiaria duo, Solis nẽpe tranſparentis olei extractio, de quo ſupra in ſpecificis diaphoreticis; & pillulæ meæ antipodagricæ, quæ vtraq; cũ arcano ſilicis aliquot diebus

ſumpta

ſumpta per ſudorē peripheriā corporis, atq; adeò partium extremarum ſeu articulorū compagē purificant, ac ſimul ne ad recipiendum fluxiones habiles fiant, confortant. Hæc autem duo præcipuè commendata ſibi habeant collegæ, nam neq; recēs, neq; etiam inueterata podagra, modo nodoſa non fuerit, hæc nimirum externam curam, hoc eſt, apertionē cutis requirit, de qua poſtea, ab his ipſis diu ſubſiſtere & vigere poteſt, vbi tamē imprimis benedictio diuina cum medici prudentia concurrere debet. Pilulæ meę antipodagricę mihi hactenus cum nullis aut pauciſſimis communes, deſcriptæ ſunt à Iohanne Rhenano in claui & manuductione in libros Paracelſi, quam diſſertationi ſuæ chymotechnicæ denuo ſub titulo Solis è puteo emergētis, editę ſubiunxit pag. 18. 19. eas exinde huc transferre poſſunt collegæ, ſunt nimirū exactè deſcriptæ & citra vllam difficultatem poſitæ. Ad externam curam tophaceæ podagræ commēdo emplaſtrum meum deſcriptū in Practica Chymiatrica pag. 189. 190. quod præter dolorum ſedationem etiam ex articulis tophaceam materiam, ſeu Tartarum coagulatum, cute leniter aperta, reſoluendo extrahit. Huc pertinet etiam liquor Saponis.

*LIQVOR SAPONIS.*

℞ Saponem Venetum inciſum, affunde bonum ſpiritum vini, atque ſemel atq; iterum deſtillà, affunde denuo eundem, relinque in loco calido, & poſtea per chartā filtra, eſt inſtar olei brunnei ſeu ſpadicei coloris, eo illine podagram & ſentiēt leuamen magnum. Alij Hellebori albi radicem cum oleo Petræ coquunt, & locum illinunt, & ſtatim dolor ſiſtitur. Internè præſtātius nō datur Tinctura antimonij. Vide Praxin chymiatricā, p. 188. 189.

## NEPHRITICVM.

*Calculi[a] varia ſunt genera, gradibus atq; partium numero differentia: Omnia ex impuriori alimentorum portione ſubtiliata, & ad coagulationem deſtinata producuntur poſt benignioris alimenti ſeparationem factam, beneficio ſpiritus ſeu caloris partium ſuperuenientis ad abſolutionem deducuntur: Variis exornantur figuris pro materiei varietate, ex qua veniunt, & partium in quibus hærent diuerſitate multiplici, ſymptomata inferunt ſingulis conformia, & magna affinitate iuncta.*

*Si vis expulſiua debilis eſt, tunc vis Salis coagulatiua facit Tartarum.*

*Fortis digeſtio dat citam operationem ad Calculum. Nulla debilis digeſtio, vnquam calculum produxit: Niſi debili digeſtione per vim fortem expulſiuam expellatur, & non ſecernatur, fieri non poteſt, vt homo ſine Tartaro reperiatur, quem Spiritus Salis coagulare ſolet, & quem Purgationes non tollunt.*

*Detur opera diligens, ne acuta medicamenta exhibeantur in Calculoſis, qui aliàs ſunt valetudinarij.*

## SAL CONTRA CALCVLVM.

*In Remediorum longitudine nil ſitum eſſe dicit Paracelſus de Calculo[b], ſaltem in vera præparatione.*

♃ igitur

*℞ igitur Oculorum Cancri*
*Calculi microcoſmi* [c]
*Lapidis Iudaici*
*Lyncis*
*Spongiæ*
*Aquilæ*
*Glaciei duræ ſeu Cryſtalli*
*Silicum*
*Lapidum Ciprinorum è Percis piſcibus.*

*Reſolue ex his ſingulis vel omnibus quantum velis aceto* [d] *deſtillato, toties repetendo affuſionem, donec omnes ſoluti ſint, ac inde para Salem, abſtrahendo acetum: Hoc Sale ſæpius per aquam pluuialem prius dulcificato & purificato (ſoluendo ſcilicet filtrando & euaporando) vel per ſe vtere in liquore reſoluto.*

*Cruſtacei, vt ſunt oculi Cancri, Lapides Ciprini, non egent calcinatione, per ſe enim in aceto deſtillato ſoluuntur, vt Perlæ & Coralli.*

*Silicei verò, vt Cryſtallus, Silex, Lapis Iudaicus, Lyncis, Spongiæ, Aquilæ calcinentur primò cum Sulphure & Sale nitro, vt ſuprà de liquoribus gemmarum dictum, poſtea reſoluantur cum aceto Terebinthinato, & Sal dulcificatum ad vſus ſeruetur.*

*Ex his lapidibus ſpecificis, propter varias ſignaturarum formas habebis Remedium vni-*

*uerſale ad Calculum & Tartareos morbos.*

*Vnumquodque è ſupra nominatis ſpecificis rectè præparatum, eſt ſufficiens ob ſcientiam ſignatam.*

*Cryſtallum Montanus* [e] *Paracelſi Ludum eſſe putabat, qui omnem Tartari Anatomiam, Signaturam & Curam in ſe continet. Particulariter curando fieri non poteſt, vt omnes ſpecies dignoſcantur : Calculi & Tartari genera ſunt pluſquam quingenta, & quodq; egeret ſuo Remedio ſpecifico.*

## Vſus, Vires, & Doſes Salis.

*In omnibus Calculorum generibus, in quibuſcunque ſint membris.*

☞ *Doſis à ℈j. ad duos pro præſeruatione in Syrupo conuenienti ſingulis Lunæ quadris.*

*In Cura à ℈ ij. ad ʒj. in aquis ſpecificis Ononidis, Saxifragiæ, Pimpinellæ, Petroſelini.*

*Mulieribus offertur in aqua Meliſſæ ſeu Baccarum Iuniperi.*

## Obſeruationes duæ.

1. *Nota illud; Sal ſæpiſſimè ſolutum & coagulatum, vltimò cum optimo Spiritu vini digeratur, abſtrahaturq; fortiter in cineribus, reiteretur labor, ſic Sal fiet volatile* [f]. *Poſt quamlibet enim putrefactionem ʒß. Salis aſcendit.*

*Illa*

*Illa vini Eſſentia ſecundum Paracelſum non debet ſeparari à Sale immixto ac volatili, vt eò potentius agat in Tartarum interiorem. Vbi enim Alcohol vini fermentatum eſt cum virtute lapidum, tunc habet vim reſoluendi Calculum Hominis, quemadmodum Alcohol vini fortificatum cum Tartaro, Auro & Corallis rubedinem extrahere perhibetur.*

2. *Neminem terreat, quod Silicei lapides propter duritiem primò per Salem Petræ calcinandi ſunt, vt eo melius per Acetum radicatum ſuperius memoratum ſolui poſſint, alioquin non fieret. Nam*[g] *crudi Salis Nitri per Sulphur purificati cum tantillo Croci, Maceris & Puluere lapidum Citrinorum, in Calculo eſt Remedium efficaciſſimum.* *Puluis contra calculum ſingularis.*

*a* De generatione calculi, vide Anſelmum Boëtium de Boodt lib.2.p.302.

*b* Scilicet renum & veſicæ.

*c* Excreti & execti.

*d* Vel radicato.

*e* Strigenſis.

*f* Hoc ſimul cum ſpiritu vini tranſit per retortam.

*g* Remedium eſt certiſſimũ & efficaciſſimum, ſi nempe Nitri ℈j.puluẽ. Lapidum cyprinorum gr. vj. Macetis gr.x. Croci gr.v. Miſceantur.

*h* Specifica nephritica ad calculũ expellendum

*Puluis oculorum cancri cõpoſitus.*

præparantur plura. 1. Eſt oleum oculorum cancri, cuius præparationẽ in Practica chymiatrica, pag. 157. Quod ſpecificum etiam ſic præparatur in forma pulueris. Ex ſcoriis flauis Reguli antimonij extrahe cum vino ſulphur antimonij ad placitum: imbibe puluerem illum aliquoties cum vino ſulphuris antimonij ad placitum; totiéſque leniter exſicca, donec acquirat colorem quoque flauum, quem in loco calido ſerua. Huius gr.iij. vſque ad vj. exhibita in conuenienti vehiculo vel vini, vel iuſculi, vel aquæ ononidis, Raphani, equiſeti, pimpinellę, petroſelini, aluum feliciter mouẽt, vrinam ſimul & calculum pellũt. 2. Celebre præterea Nephriticum paratur ex capitibus illis capilloſis in fruticibus cynoſbati ſeu roſæ caninæ aut ſylueſtris enaſci ſolitis, germanis vocantur Schlaffäpffel/ Schlaffkuntzen/ concreſcũt in extremitatibus quorũdã ſurculorum eiuſdẽ fruticis autumni tempore, ac manẽt poſtea per hyemẽ, per medium ſecta ſunt calloſa, ac in centro eius plerumque reperiuntur vermiculi, quãdoque etiam Muſcæ vel araneæ loco vermiculorũ. Paracelſus in herbario expulſionem calculi mei vocat. Nec nimirum inter vegetabilia fortius ad expellẽdum omnis generis calculos, cuius experientiam in ſuo ipſius corpore ſuſtinuit Paracelſus, & exinde nomen dedit. Donzellinus facit eius mentionem in conſiliis Cratonis conſil. 148. Præparatio fit ex exſiccatis & pulueriſatis, exemtis tamen diligẽter vermiculis, in modũ extracti cum ſpiritu vini facti, prius tamen pulueri iſti cum oleo Tartari per deliquium facti, leniter aſpergãtur, vt ſic tota eſſentia felicius extrahi poſſit. Doſis eſt à ℈ß ad ℈j. in conueniẽti liquore ſæ-

*Extractũ glomorum cynosbati.*

pſus exhibitum. Spiritus glomorum cynoſbati deſcriptionem vide in Praxi chymiatrica noſtræ editionis pag. 154. 3. Famoſum eſt Lithontribon ex mille pedibus, de quibus Dioſcorides lib. 2. cap. 34. ſeu aſellis aut potius oniſcis, hoc eſt, vermibus illis, qui iuxta vaſa aquaria, & etiam in cellis vinariis ad murorum lapides naſcuntur, & à multitudine pedum ita dicuntur Keller Eſel. Vermes illi hoc modo in medicinam abeunt.

## PVLVIS ONISCORVM.

℞. Oniſcorum q. ſ. Laua diligenter cum vino, poſtea in olla noua vitreata luto ſupernè & tegula benè munita, exſicca in clibano, ita vt puluerem in tenuiſſimum teri poſſit. Puluerem cum vini tantillo imbibe, quantum eius ille imbibere poteſt, rurſus exſicca, idq́; fac ter vel quater. Vltimo denuo in puluerem reduc ac imbibe iſtius pulueris ℥ j. cū pauxillo aquæ fragariæ & ʒ j. olei ſalis; denuò in puluerem reduc & exſicca. Serua in vaſe vitreo vel argenteo probè ab omni immunditie. Vſus in grauiſſimis doloribus calculi, præſertim veſicam propter magnitudinem vel etiam multitudinem ſuam vehementiſſimè affligentis, huius pulueris vſus eſt nobilis admodum & efficaciſſimus. Eſtq́ue talis iſtius pulueris præparati adminiſtratio; ʒ j. ad ℈ iiij. cum ℥ vj. vſque ad x. decocti cicerum rubrorum & ℥ ß. ſpiritus vini, mane ieiuno ſtomacho exhibe ſingulis vel alternis diebus. vſque ad xx. vel pauciores vel plures, pro ratione nimirum patientis, ſemper ante exhibitionem eiuſdem applicando enema emolliens, ac diligenter prouidendo, vt aluus per totam hanc

hanc curã libera ſit. Plerumq; ſolet fieri præſertim
ab initio, & in iis qui temperamenti ſunt ſiccioris
& calidioris, vt totum corpus febriliter incaleſcat,
ſitis vigeat, ac præterea dolor in gremio excitetur.
Id quod fit propter operationẽ medicinæ in ipſum
calculum, quẽ mirabiliter reſoluit, & per mucum
craſſum exterminat: Prudenter itaq; ab omnibus
calidis & vino & aromatibus abſtinẽdum, & diæ-
ta conueniens imperanda, imprimis verò ad ſitim
vnicè prodeſt iulapiũ ex aquis florũ fabarũ & fra-
gorum ana ℥ vj. cum ſpir. ſalis ad gratã acetoſita-
tẽ, vel cum lapide prunellæ ℈ j ß. temperatũ. Vri-
na ab initio primorũ dierũ ſolet eſſe pauca & val-
dè craſſa, ſed ſubſequẽtibus confeſtim procedit, &
totius veſicæ impuritates feliciter expedit. Sæpius
probatũ medicamentum. In bilioſis dandũ in mi-
nori doſi, aut die vno intermiſſo. 4. A multis vnicè
in calculo totius corporis diſſoluẽdo expellẽdoq;

*Liquor cryſtallorum.*

commẽdatur oleum ſeu liquor cryſtalli, qui pror-
ſus eo modo fit ad ſupradicta de liquoribus gem-
marum: id vero non eſt extra rem, prudẽtia tamen
in eius adminiſtratione opus eſt ſingulari. Nã eius
liquor neq; confertim neq; continuè eſt admini-
ſtrãdus, præſertim vbi natura languidior exſtiterit.
Eius itaq; à gt. 10. vſq; ad xvj. guttæ vix ſunt propi-
nãdæ ſemel, neq; id ſingulis diebus, ſed paulatim
donec nimirum ipſius medicamenti operatio ſuc-
ceſſiuè id ſuſtulerit, quod voluimus & ſcopus cu-
ræ requirit. 5. Paracelſus de morbis ex Tartaro tra-

*Liquor Ludi Paracelſi.*

ctat. 2. c. 4. T. 34. præparationẽ ludi humani miris
modis cõmendat, nuſpiam tamẽ eius præparatio-
nẽ genuinã reliquit. Illam vero candidè tradidi in
Praxi chymiatrica, p. 152. 153. editionis veræ Lipſẽſis.

HYDRO-

## HYDROPICVM.

*ALimenta noſtra Cibus & Potus tria habent in ſe Excrementa, vnum eſt Aqua, alterum Sulphur, tertium Sal vel Tartarus. Si hoc Sal medium reliquorum duorum ab Aſtrali Igne cum ſuo proprio Elementali Igne coniuncto lædatur,* [a] *tunc ſit & generatur ex illâ reſolutione Salis, Hydrops.*

## PVRGANS SPECIFICVM HYDROPICVM.

℞ *Radicum Hellebori nigri debito tempore* [b] *collectarum* ℥ *iij.*

*NB. Vt ab Helleboro* [c] *ſpuma* [d] *venenata in præparatione Eſſentiæ diligenter ſeparetur.*

*Colocynthid.* [e] ℥ *ij.*

*Extrahatur Eſſentia cum Spiritu vini, & iterum ſeparetur ab illa Spiritus, ad mellis ſpiſſitudinem.*

*Huius* ℞ *grana quatuor.*

*Mercurij per oleum Sulphuris* [f] *præcipitati grana duo.*

*Miſceantur & formentur Pilulæ: Exhibeantur tribus auroris* [g] *ſucceſſiuè: Poſtea ſine ad manus flores Sulphuris ter per Vitriolum ſublimati, quorum accipe tres partes, & adde extractæ Eſſentiæ Croci Martis: Eſſentiæ*

*hac ex optimè præparato Croco Martis extra-*
*bitur, olei Vitrioli beneficio in digeſtione, cui*
*bona quantitas aquæ cõmunis admixta eſt, quæ*
*tamen iterum fortiter abſtrahenda eſt, vt Pul-*
*uis extractus per ſe remaneat. De hoc mixto*
*Puluere, manè, meridie, veſperi exhibe ℥ß. offe-*
*ratur in Conſerua Roſarum: Sudor oleo [h] Gua-*
*iaci rectificato cum aqua Theriacali [i] prouocã-*
*dus: Vtatur cibo ſicco cõuenienti, potu exiguo,*
*qui ſit vinum Abſinthites [k] chalybeatum [l].*

a Reſoluatur.

b Menſe Octobri.

c Nigro vero ſtyriaco.

d Radices Hellebori auſtriaci ſpumam hanc non excitant.

e Annoſæ non recentis, à ſeminibus liberatæ.

f Vt ſupra dictum.

g Ita tamen, vt poſteriores doſes ſemper duplo aut triplo Mercurio præcipitato augeantur.

h Spiritus conuenientior, nec ita ingratus.

i Mixtura ſimplici.

k Item vinum Iuniperinum, aut decoctum ex Iuniperis.

l Specifica in hydrope purgãtia ſunt perquam multa. Nos potiora recenſebimus. Autor noſter ſupra inter virtutes præcipitati Mercurij, hãc quoque eidem tribuit, quod ſit in hydrope remedium appropriatum, habere nimirum eum vim expellẽdi; eſt quod non eſt extra rem: & propterea hic quoque in ſpecifico hydropico cum extracto radicis Hellebori nigri & colocynthidis coniungit, vt

exinde

exinde vites eius nempe ad expellẽdum fortiores reddantur, & inſuper doſes Mercurij præcipitati facilius ad exhibendum vel abſorbendum in forma nempe pillularum formentur. Hic igitur Mercurius præcipitatus vnicè laudatur & commendatur, & ſanè multũ præſtat. Idem efficit Mercurius vitæ ſeu flores butyri antimonij, de quibus ſupra, ſi eius grana 4. vſq; ad 12. integro triduo, in extracto Hellebori & colocynthidis exhibeantur, feliciter nimirum ſalem reſolutum expellit. Poſtea verò ſudores & vrinæ moueantur cũ decocto ſarſaparillæ, ligni ſancti, aut radice aſari, adiecto ſemper ſpiritu Tartari, vel aliis diaphoreticis & diureticis, de quibus ſupra. Imprimis vero addito arcano abſinthij vel cardui benedicti. Vbi tamẽ notandum, quod Mercurij vitæ triduana exhibitio ſæpe ſoleat in adultis procidẽtiam ani gignere, quæ poſtea rarò imo difficulter ſanatur. Oportet autem in curãdo hydrope, vt ſtatim ab initio curæ talia purgantia adhibeantur: poſtea verò diuretica & hydrotica ſuccedant. Secus nimirum ſcilicet ὕστερον πρώτερον hic factitatum fuerit, ſerum ſeu aqua omnis ad renes & vreteres deuolutũ, ibi poſtea propter aggrauationem, ſæpe pertinaciſſima ſymptomata ſuboriri ſolent. Cæterum in præparatione extracti radicis Hellebori nigri, tutius eſt pro ſpiritu vini accipere vinum ipſum, cum quo leniter ſaltem ebulliat ſine ſtrepitu tantum ipſa radix, idque cum recenti vino tamdiu faciendum, donec omnis vis eſſentifica ex radicibus fuerit extracta, poſtea euaporando vel deſtillando ad ſpiſſitudinem mellis, extractum redigẽdum. Spiritus nimirum vini propter eã, quæ pollet ſulphure potiùs quàm liquore

Mercurioli, in quo purgādi vis conſiſtit, extractionem, minus hic vtilis eſt, præſtat itaque vinum. 9. Extractum Eſulæ minoris radicis apud Rulandum in centuriis ſæpiſſimè decantatum, ſic quoque multum efficit. Fit autem ſequenti modo.

## EXTRACTVM RADICIS ESVLÆ Rulandi.

℞ Radicum Eſulæ minoris ceu in officinis veneunt, coque leniter cum aqua ſimplici, ad ignem deſpumando, cùm non amplius ſpumat, decanta aquam colando, & ſerua, aliámque ſuperfunde & coque: collectam aquam omnem exhala ad ſpiſſitudinem mellis, poſtea diſtempera cum ſpiritu vini, & in vaſe clauſo, ad calorē vaſis ſerua, vt nempe hač ratione adiectus ſpiritus vini leniter euaporando auferatur. Extracti huius datur ℈ j. ad ℈ iij. in vino vel ſero lactis. Feliciter aquam inter cutem pellit. Hoc itaque modo purgationes inſtituantur, quibus alioquin accenſeri poſſunt & aliæ, quales ſunt imprimis Diaturbithum cum Rhabarbaro in forma ſolida, item trochiſci alhandal, ex quibus ſpiritus vitæ aureus Rulandi extractione ſaltem per ſpiritum vini Maluatici. Hæc nimirum ſimiliter adiumento poſſunt eſſe, ad extrahendam aquam ſeu ſalem reſolutum. A proprietate ad hydropem conferunt, & hæc, 1. Aqua lumbricorum terreſtrium, primo fit hoc modo.

## AQVA LVMBRICORVM TERRESTRIVM.

℞ Lumbricos terreſtres, qui in agrorum verſione apparent, & quidem in ſ.q. purga per muſcum

arbo-

arboreum ita vt in olla poſito muſco, vermes adhuc viui, per eundem muſcum hinc inde reptando ſeſe ab omnibus inquinamentis mundent, idq; fac cum recenti muſco bis vel ter, poſtea eoſdem aliquandiu ciba cum vitello oui ad duritiem cocto, & in munda olla ipſi aſperſo, quem deuorant & eo commeſto lutei fiunt. Tandem ipſos vermes in vitrũ vel teſtam orificij anguſti, ſubtus verò lati inde, & diligenter claude, & in maſſam panis clibano iam piſtandum vndiquaq; diligenter conde, ſimulque in clibano cum pane aſſandum relinque, remoto poſtea pane vbi refrixerint, intus lumbrici omnes in elegantiſſimam aquam commutati reperiuntur, paucis ſubſidẽtibus fæcibus, quas abijce; aquam verò puram ſerua. Doſis eſt cochleare ſemis cum ſyrupo cinnamomi, qui fit per vinum maluaticum extrahendo cinnamomum, & poſtea cum ſaccharo ad ſyrupi conſiſtentiam redigendo. Hæc verò doſis repetatur ſæpius. 2. Stercus anſericum viridiuſculum ℥j. pondere cum cochleari vrinæ capræ vel vituli deſtillatæ propinatum repetitis vicib. mirificè exſiccat. Manifeſtum nimirum eſt, vtrumque, hoc eſt, ſtercus anſerinum & vrinam capræ aut vituli, vbicunq; in terram cadunt, funditus exareſcentem terram facere: ſimiliter itaque abſumit humiditatem ſuperfluam in corpore. *Stercus anſerinũ.*

3. Valet Sal ranarum & bufonum à granis iv. ad vj. ſæpius in vino propinatum. Quinimò puluis bufonum in clibano valde exſiccatorum & quaſi calcinatorum ʒß. in vino vel alio liquore datus mirabiliter per vrinam hydropem pellere experientia fidem fecit, cùm à primo huius ſpecifici inuentore non niſi mortis acceleratione quæſita, *Sal bufonum & ranarum.*

exinde ſalus & conualeſcentia conſequuta fuiſſet. 4. In tympanitide egregiè valet arcanum cumini, vel etiam carui Philoſophicè præparatum, ſi poſt primas purgationes leniores tamen, alioquin exaſperatur morbus, eius guttulæ aliquot cum ſudoriferis, vel etiam cum aliis ſpecificis identidem propinentur.

## DYSENTERICVM.

*Si digeſtio eſt bona, & non eſt ſeparatio, tunc adeſt* [a] *Dyſenteria.*

*Si eſt* [b] *ſeparatio, & nulla* [c] *eſt digeſtio, tunc eſt Lienteria.*

*Si neque ſeparatio neque digeſtio, tunc eſt Diarrhœa.*

*Si adeſt putrefactio materiæ ſtomachi* [d], *tunc eſt Fluxus ventris cum variis coloribus.*

## PVLVIS DYSENTERICVS eximiæ virtutis.

℞ *Succini*
*Sanguinis Draconis* [e].
*Lapidis Hæmatit.*
*Corallorum Rubeorum*
*Sem. Portulacæ*
*Plantaginis*
*Anthoræ*
*Rad. Tormentillæ*
*Terræ* [f] *Strigenſis ana* ℥ *ij.*
*Balauſtiorum* ℥ *j.*

Nuciſtæ

*Nuciſtæ numero quatuor.*

*Cinnamomi* ℥ß.

*Croci Martis*

*Talci calcinati*

*Matris Perlarum calcinat.*

*Oſſium microcoſmi calcin. ana* ℥j.

*Lapides in porphyrio in tenuiſſimum pollinem conterantur, poſtea ex omnibus reliquis tenuiſſimè tritis, & inuicem mixtis fiat puluis.*

## Vires, Vſus, & Doſis.

*In omnibus dolorificis alui profluuiis, cuiuſcunque originis & diuturnitatis.*

*Dyſenteriâ.*

*Lienteriâ.*

*Hæmorrhagiâ narium.*

*In muliebribus ſanguinis profluuiis quantumuis magnis & contumacibus, etiam in prægnantibus. Sedatur enim illicò in quibuſdam, in aliis repetenda eadem Doſis horis aliquot poſt, longè à paſtu, aut die ſequenti in aurora, rariſſimè tertiò repetitur, fœminis eo malo quantumuis graui liberatis.*

*Doſis à* ℈j. *ad* ℈j & ß *etiam ad* ij ℈. *cum* ℥ *tribus vel quatuor liquoris ſtillatitij Plantaginis.*

*In Dyſenteria ab extra ſequens Emplaſtrum regioni Ventris vtiliter imponitur.*

℞ *Theriacæ*

*Terra ſigillata ana, fac Emplaſtrum, applica tepidè.* [k]

*a* Archæus ſtomachi vim & naturam in ſe continet ſeparandi odoriferum à fœtido, malum à bono. Quod bonum eſt, noxam non infert, ſed quod malum eſt. Nullus cibus eſt, qui ſulphur fœtidum ac immaturum non habeat, ac laxatiuæ & elemẽtaris naturæ non ſit. Stomachi autem officium eſt ea ſeparare & in ſtercus cogere & expellere. Stercus nihil eſt aliud, quàm alimẽtorum ſulphur fœtidum, & immaturũ, ad nutritionem inutile & ineptum. Si igitur ſtomachus plus digerere conetur, quàm à ſeparatione ipſi mandatum eſt, hoc eſt ſi præter bonum & ſtercus, ſulphur immaturum digerere aggreditur, corruptum venenum laxatiuũ, quod à cibo ſeparatum eſt, oritur Diarhæa. Si verò is quoq; ſeparationem molitur in initiis & ſpiritibus, tã cauſam diarhææ adfert, & prout ſeparatio illa inſtituitur, profluuij fit morbus: Si ea mouet quæ nõ ingeruntur, vt quando ad ſe partium nutrimentum trahit, vel ſulphur coagulatũ in ſanguine, in carne & aliis mẽbris, cum appetitu iſto corpori infligit morbum, ſimulac nutrimentum corpori ſubtrahit, & dum ſincerum ipſius ſanguinem abſorbere deſiderat per neceſſitatem delabitur fitq; dyſenteria. Quoties igitur ſtomachus ſulphuris immaturi edendi deſiderio laceſſitur, quoties ſeparationis nimia voluptate capitur, & hoc ſiue ſeorſum vnum ab altero ſeparat, iam per nimiam illam ſeparationem fluxus concitatur.

Si nihil ſeparetur & digeratur fit Lienteria.

Si non ſeparetur & tamen digeratur, fit immo-

dica

dica excrementorum per aluum Diarhæa.

Si per vomitum & aluum ſimul, quicquid in ventriculo & inteſtinis eſt, cum moleſtia excernatur, dicitur cholera.

Si ſeroſus ſanguis per ſedem profluat, dicitur Dyſenteria alba.

Si pinguia, hoc eſt, mucoſum ſtercus tunicis adhærens, & pinguedo frequenter & copiosè euacuatur, dicitur etiam Dyſenteria alba.

Si per vrinam potus indigeſtus copioſè excernitur, Diabetes dicitur.

Morbus ſulphureus, nullo ſale, Mercurio rectè & per ſe curatur, niſi ex accidente; vel ob commixti ſulphuris adunationem eius defectus inſtauretur. Solo ſulphure perfecto, ſulphureum ſtercus corrigitur & emendatur, archæus ſtomachi confortatur. His indiget natura in hoc morbo, quibus adiungitur adſtrictiuum, ex quorum commixtione ſpecificum ſulphuris reſultat, quod perfectam curam complet, ſi in inteſtinis quid reſolutum iacet, lacte dulci per clyſterem forâs educatur.

*b* Legendum, ſi neque ſeparatio.

*c* Lege ſi nulla eſt ſeparatio & tamen digeſtio.

*d* Sine ſeparatione ſtomachi.

*e* Gummi rubentis.

*f* Sigillatæ. *g* Moſchatæ.

*h* Vel illius quem autor poſtea docet. NB. In dyſenteria non ſunt vſurpanda adſtringentia κα϶᾽ ὅλυ, vt eſt crocus Martis ab initio.

*i* Puluis autoris noſtri dyſentericus ex multis crudis compoſitus, conſtrictiuus quidē eſt, ſed ſpecifici nihil videtur poſſidere. Cruda nimirū & tot inuicē conſarcinata ſpecifica nō ſunt, quia ſpecifice dicuntur talia, quæ eſſentiis ſeu ſpeciebus ſuis

(ſpecies nimirũ & materia in medicina opponuntur) ens medium conſtituũt, proprietate ſua morbo aduerſantia, naturæ tamẽ maximè amica. Itaq; vt entia nulla niſi per ſeparationẽ fiunt, ita ſpecifica citra illam nullã exſtare, nec reuera dici poſſunt. Præterea in fluxionibus alui, præſertim malignis conſtringendis, non tam reſpiciendum eſt ad reſtrictiua, quàm cõfortatiua, ſine quibus plus ſæpius peccatur, quia etiam malum exaggeratur.

*Tinctura Smaragdi.* Specifica, itaque alia ſunt accerſenda. Multum autem hic præſtat 1. Eſſentia ſeu Tinctura Smaragdi, cuius præparationẽ tradidi in Praxi chymiatrica pag. 116. 117. Eius guttæ vj. vel plures vſque ad x. in aqua vel arcano plantaginis, tormentillæ, exhibitæ omnem fluxum ventris ſiſtunt, imprimis verò

*Sulphur Solis.* dyſenteriam curant. 2. Dyſentericum præſtantius eſt ſulphur Solis, quod à proprietate ſua fixa, ſulphuri microcoſmico reſoluto maximè confert, ſi in aqua menthæ, tormentillæ vel alia appropriata exhibeatur. Deſcriptio fideliter tradita eſt in Praxi chymiatrica noſtræ editionis Lipſienſis pag. 119. 120. 3. Idem præſtat & quidem magna cum felicitate aurum Potabile Anglicanum, cuius mirifica vis eſt in omnibus fluxionibus ventris ſedandis. Deſcriptio exſtat in Praxi chymiatrica noſtræ editionis, p. 21. 22. 23. 4. In profluuiis ſeu dyſenteriis diuturnis, ab epate ſuam originem ducentibus, v-

*Sal corallorum.* nicè prodeſt Sal corallorum, per ſimplicẽ reſolutionem cum aceto factam, & exinde viciſſim euocato, denique in aqua pulegij, plantaginis ℈ j. vel ℈ j ß. diſſolutum ac per vices, cæteris etiam ad Diætam pertinentibus non neglectis, exhibitum. 5. Idem præſtat & quidem magna cum felicitate

Lauda-

Laudanum opiatum meæ deſcriptionis ſupra traditæ, cuius vſum tempeſtiue tamen adhibitum, habebunt ſibi commendatum collegæ.

℞ Præſtat & hoc fomentum in dyſenteria ab extra.

℞ Abſinthij.
Menthæ
Roſarum ana M j.
Calami aromatici.
Galangæ.
Zedoariæ ana ℥ ij.
Rad. ariſtolochiæ rotundæ Numero vj.

Incide, miſce & coque cum ana aceti & vini. Hoc acetum cum ſpongia maiore exceptum, aut pane toſto imbibitum, ſupra regionem ventriculi impoſitum, mirificè iuuat.

## CROCI MARTIS Eſſentia.

*℞ Scoriam[a] ferri cæruleam ( Norimbergæ vbi Laminæ chalybeæ fiunt optima haberi poteſt ) vitreſcentem, reiectam in illis locis, vbi minera ferri funditur, tere in puluerem minutum, pone in vitro, affunde acetum vini deſtillatum acerrimum, ſtet in calore mediocri per 14. dies, & tingetur colore rubro, filtra & abſtrahe in Balneo, remanet materia rubra, à qua ter vel quater aqua pluuialis abſtrahitur, vt ſapor aceti euaneſcat. Poteſt etiam prius in Tigillo, in arena calida parum calcinari mouen-*

*do, vt aceti euaneſcat aciditas, & poſtea cum aqua edulcorari, ſi debitè tractetur, ſpontè ſeſe in cella poſtea pars in oleum ſupra marmor reſoluit.*

*Hæc Croci Eſſentia in medendo longè efficacior eſt, quàm vulgaris Crocus Martis reuerberatione per ſe factus, immittendo baculum ferreum vel chalybeum in fornacem vitrariā, vel irrorando laminas chalybeas aceto, & poſtea eaſdem in reuerberatorio ad rubedinem ſaltem ne nigreſcat reuerberando.*

## Vires Eſſentiæ ſeu Croci Martis.

1. *Conducit in ſiſtendis menſibus, & fluxionibus intempeſtiuis.*
2. *Prodeſt albæ profluuiei mulierculariam.*
3. *Gonorrhœæ.*
4. *Hæmorrhoïdibus.*
5. *Dyſenteriæ & Diarrhææ.*
6. *Vrinæ incontinentiæ* [b].
7. *Hæmorrhagiæ internæ & externæ: ſi eius à ſcrupulo j. ad drachmam ſemis cum ſucco Cidoniorum condenſato, ſeu Conſeruæ Roſarum drachmis tribus aſſumatur, aut vulneri ſanguinem fundenti, aliquid inſpergatur: quamuis Fungi Betulini* [c] *ramenta ad miraculum Hæmorrhagiam externam longè efficacius ſiſtant.*

8. In

8. *In omnibus iecinoris & Lienis obſtructionibus deploratis: ſed ſumentes prius medicinis attenuantibus & aluum ſubducentibus purgatos eſſe oportet. Lienoſis datur ex Aqua Aſpleniј, Adianti, Tamariſci.*[d] *In Hepatis affectionibus, in aqua Intybi, Cichor. Agrimon. exhibetur, tunc ſiſtit ſanguinis ſputum.*

9. *In morbis diſſolutis, Hydrope & aliis, vbi conſolidatione opus.*

10. *Ventriculum corroborat, & nauſeam tollit in Conſerua Roſarum, vino generoſo.*

## Doſis.

*Doſis à gr. 8. 10. 12. ad 15.*
*In vino rubro.*
*Aqua Plantaginis.*
*Burſæ paſtoris.*
*Tormentillæ.*
*In Conſerua Symphyti.*

a Inuenitur, da man die Kieſen ſchmeltzet.

b Diabethe.

c Betula Humotenus ad radicem ſecta, & cum aqua calida fermento permiſta, perfuſa, intra paucos dies fungos producit eſui gratos, Brätling/ Birckeſchwemme/ qui exſiccati & in puluerem triti, hæmorrhagiam externam ſiſtunt. Idem facit muſcus conſtellatus, in craneis ſuſpenſorum vel rota conquaſſatorum enatus.

d Filicis.

## VENEREVM.

### Confortans Vegetabile à deſcriptione Paracelſi [a] cum additione.

## ESSENTIA SATYRIONIS.

*QVemadmodum Rhabarbarum parua elixatione amittit vim purgantem: ita etiam Satyrion [b] exſiccatione: quamuis enim radix ſicca Spiritu vini extrahatur, operatio tamen ex eius vſu nulla deprehenditur efficax: & Experientia demonſtrat Aquam è viridi radice deſtillatam plus operari, quàm Puluerem radicis ſiccæ: A radice igitur humore ſuo adhuc imbuta per ſeparationem eliciatur virtus, id quod in hanc fit ſententiam.*

*℞. Primo Vere omnium Cynoſorchidũ ſpecierum radices ſelectas ſucculẽtas & plenas ad placitum, cõtunde in mortario marmoreo. Nota, alterum è duobus teſticulis ſemper flaccidum, mollem & rugoſum, abijciendum, quia virtute contraria (quam Paracelſus Saturninam vocat) Venerem reprimit & extinguit: adde micam vnam atque alterã [c] recentis panis ſimilacei candidiſsimi, miſceantur omnia in mortario lapideo diligenter, & propter lentoris dilutionem affunde ſufficientem copiam*

Spiritus

Spiritus vini Maluatici. poſtea in Alembico cæco in digeſtione lentiſſima Balnei[d] pone: Finito vno atque altero digeſtionis huius menſe, exprime per prælum ſuccum tenacem (fæces calcina & ſalem[e] extrahe candidum, ſapore ſuaui, non vrinaceo, vt reliqua vegetabilium Salia) & colatum iterum in Alembicum cæcum per duos menſes in digeſtione repone, tunc flauiſſimus liquor, (interdum etiam rubeus) ſeparat ſeſe in ſuperficiem, remanentibus in fundo fæcibus impuris ſecernendis, quæ in formæ hypoſtaſis aut ſedimenti in imo reſident. Liquor ſeparatus per inclinationem, ad vſum ſeruetur, cui addes Salem[f] proprium, & aliquid de Sale[g] Perlarum, guttam etiam vnam atque alteram olei Cinnamomi, Maceris & Nuciſtæ, ſit gratius & efficacius medicamentum erit. Poſſet addi Aurum Potabile,[h] ſi modo verum, genuinum, ac corroſiuis rebus non inquinatum & corruptum haberi poſſet.[i]

*Panis & vinum ſuſtentationis præcipuæ fulcra & procreationis media ſingularia, quia ſine Cerere & Baccho friget Venus. Zach. 9. Sect. 17.*

## Vires, Vſus, & Doſis.

Mirabilis omnium ferè totius corporis membrorum externorum, vtriuſque ſexus ſignatura, in hiſce variarum ſpecierum radicibus deprehenditur. Ideo etiam totum hominem confortare non immeritò creduntur. Phædro vocat Radicem, Mumiam rubram, & ſingula-

*rem cum microcoſmo dicit habere conuenientiam.*

*Hoc igitur Extractum eſt vnum è ſummis totius corporis Confortatiuis:* [k] *In confortan- da Venere eſt præſtantiſſimum medicamen- tum, & datur magno iuuamento frigidis & maleficiatis: Senibus idem inualidi femoris vi- rilitatem amiſſam potenter reſtituit.*

*Doſis à ℈ j. ad ℈ ij & iij. in vino Muſcatel- lino dulci, vel Maluatico, eundo cubitum: Vel miſceatur cum Conſerua Roſarum, de qua ex- bibeatur quantitas auellanæ, ſuperbibendo hauſtum vini Maluatici vel Muſcatellini.*

*a* Paracelſus cap. 11. lib. 3. de vita longa, radicis Satyrionis, quam Buteomen alioquin appellat in herbario, extractionem recenſet, ſed ſub breuibus & obſcuris verbis. Orchidum verò condita & ſpe- cies alios medicos alioquin ad ſtimulum veneris valde commendare, notum eſt: quod ſi itaque vul- gares præparationes eorundem & aquæ exinde deſtillatæ recens, multum poſſunt, quidni maiorũ virium fuerit eſſentia & arcana inde facta? Autor igitur eſſentiam ſatyrionis ad mentem Paracelſi diligenter explicatam, eo quoque nomine enu- cleat. Præſtantius autem eſt ipſius radicis arca- num Philoſophicum, eo modo præparatum, quem ſupra expreſsè in Panchymagogo vegetabili, & hactenus ſæpe in aliis declaraui.

*b* Scilicet rubeum.

*c* Dimidiam vel tertiam partem.

*d* Potius fimi equini.

*e* Salium extractio ex Vegetabilibus commu- niter

niter fit, quando ex cineribus eorundem beneficio aquæ communis fit lixiuium, ex lixiuio poſtea euaporato ſal, quod deinceps purificatur vel in igne fundendo, vbi tamen multum virtutis perit, vel multis ſolutionibus & coagulationibus ſæpius repetitis. Sed hæc ſalium ex vegetabilibus confectio, non eſt admodum genuina, facilè nimirum liqueſcunt & odorem ſaporemq; vrinoſum lixiuioſumque contrahunt, præterea neſcio quam ſecum retinent naturam ſalis Tartari, cui & proximè accedunt, diffi:ulter vel ſapore vel odore ab eodem diſcernenda. Itaque rectè monet autor noſter, vt ſalis ſatyrionis fiat legitima præparatio, quod nempe nihil iſtorum ſapiat.

## *MODVS PRÆPARANDI SALES Vegetabilium Cryſtallinos vel inſtar Nitri tranſparentes.*

℞ Cineres cuiuſcunque vegetabilis, cū æquali parte ſulphuris elegātis puluere, calcina ſeu cōbure igne nō admodum leni, ſic omnis pinguedo lixiuioſa à cineribus cū ſulphure perit. De his cineribus tandem cum aqua communi vel propria; elice ſal, extractiones vſq; ad cuticulam deſtillando, & poſtea in frigido ad cryſtalliſandum deponendo: Tantum ſulphuris, quantum cinerum, ſumēdum. Hi ſales ſunt omnium optimi, & mirifice operantur, nec ſapiunt inſtar lixiuij. Sic ſal abſinthij hac methodo præparatū, purgat per vomitū, ventriculi & pectoris impuritates, ſi eius ℈ j. vel ʒß. in ℥ ij. aquæ exhibeatur. Sic ſal imperatoriæ iuxta hanc viā ex radicibus factus à gr. iiij. ad viij. in Rob. ſambucino exhibitus, tollit omnes febres.

## ALIVS MODVS.

℞ Cineres cuiuſcumque vegetabilis, ac ſolue pedetentim in aceto deſtillato, cum pauca quantitate aquæ fortis fortificato, ſolutionem tempera cum l.q. aquæ communis deſtillatæ vel ſimplicis fontanæ puræ, filtra & euapora vſque ad increſcentem in ſuperficie ſolutionis cuticulam, repone in locum frigidum, & fiunt cryſtalli, quos exceptos elue in aqua frigida, leniter exſicca & reſerua, aut etiam comminuendo in puluerem tere. Hæc ſalia ſunt pura, ſaporem habent ſuauem, nec liqueſcunt.

*f* Antea præparatum ad dictum modum.

*g* Vel magiſterio.

*h* Anglicanum hic multum poteſt.

*i* Efficaciſſimum fit, ſi præter ea ingredientia, quæ autor noſter recenſet, aliquid addatur de ambra eſſentificata ad ℥ j. liquoris Satyrionis ʒ ij. eſſentiæ ambræ.

*k* Ideóque merito quoque inter confortatiua ſpecifica recenſetur.

*l* à ℈ß ad ℈ j. ſi ambra admixta fuerit. Caſtitatem alias præſtat ſpiritus Saturni ardens, de quo infra. Item ſaccharum Saturni. Nam is in vmbilicum gutt. iiij. aut vj. immiſſus, & inuncto eodem Priapo, deſiderium fœminarum minuit. Cui ſi viciſſim mederi velis, vtere Balneo Laconico & inunctione vmbilici cum oleo nucis Moſchatæ.

*m* Dantur & alia venerea ſpecifica. Ad conciliandam venerem in impotentibus, & qui ſunt femoris inualidioris, multa verò circumferuntur. Nobile eſt ſequens, quod Paracelſo quoque tribuitur.

VENE-

## VENEREVM PARACELSI
*Specificum.*

℞ Caſtorei
Galangæ.
Macis.
Caryophyllorum.
Aniſi.
Piperis longi.
Borracis veneti ana ℥ iſs.
Boleti ceruini ʒ j ß.
Satureæ.
Rad. Satyrionis.
Valerianæ ana ℥ j.
Stinci marini ſine cauda.
Aronis.
Cardamomi ana ʒß.

Miſce & redige in puluerem tenuiſſimum, quē cum eſſentiâ ambræ tertia parte diſtempera, & fac inde cum ſpiritu pillulas. Doſis ℈ß. vel ℈ j ß. leniter in ore diſſolutæ deglutiantur. Cæterum in his & ſimilibus venereis, probè deſpiciendum eſt ne violenter, & cæco cupiditatis impetu omnia fiant; nonnunquā nimirū talia tam fortē reddidere naturam, vt & ſimul anima cum vita expulſa fuerit: Omne nimium naturæ inimicum. 2. Valet ad tarditatem vel imbecillitatem coëundi excitandam, oleū Nucis muſchatæ, eius ſcilicet in Balneo ſicco in vmbilicum diligenter & fortiter fricādo ingeratur. Eſt nimirum confortatiuum totius naturæ & medullæ quoque oſſium. 3. Stercus perdicis in eiuſdem felle diſſolutus, glandi illinatur, mirum in modum auget. 4. Venere exſiſtente in Leone fodę

radicem ſatyrionis,& miſce cum oleo Iuniperino; eius miſturæ guſta aliquot guttulas & ſenties operationem. 4. Radices Satyrionis conditæ, hiſce vſus Erneſtus Elector Colonienſis.

# VENENATVM

## Theriaca de Mumia.

*Sola Mumia [a] eſt, quæ præſentiſſimum Remedium adfert, aduerſus omnia Venenorum genera.*

*Primò paretur Tinctura Mumiæ in hunc modum.*

*Eligatur Cadauer hominis ruffi, [b] integri, [c] recentis ſine macula, viginti quatuor annorum, [d] ſuſpenſi, vel rotâ contriti, vel haſtati, per diem & noctem tempore ſereno collectum. Hanc Mumiam, [e] à duobus Luminaribus [f] ſemel illuminatam ac conſtellatam, [g] fruſtulatim vel aſſulatim conſcinde, & aſperge puluere Myrrhæ, & tantillo ſaltem Aloës (alioquin nimium amareſcit) poſtea imbibe macerando aliquot dies in Spiritu vini, ſuſpendatur parum [h] ac iterum imbibatur, [i] tandem in aëre fruſta ſuſpenſa ſiccescant, tunc aſſimilatur carni fumo durata ſine fœtore: Et poſtea Spiritu vini ſecundum artem, vel Spiritu Sambucino Tinctura rubicundiſſima extrahatur. [k]*

*Poteſt [l] etiam oleum oliuarum ſeorſim cum con-*

*contiſa Mumia ſicca ( nàm humiditas intolerabilem illum fœtorem in digeſtione cauſatur) macerari per menſem, ſic tingetur, de hoc tincto oleo oliuarum, poſtea ad libitum Tincturà Mumia poteſt addi, antequam cum Theriaca miſceatur.*

*℞ ergo Tinctura ſeu Extracti Mumia per Spiritum vini, à quo tamen Spiritu denuo abſtractus ſit* ℔ß.

*Theriaca Andromachi* ℥ iiij.
*Olei oliuarum Mumiati* ℥ ij.
*Salis Perlarum & Corallorum ana* ℥ ij.
*Terra ſigillata* ℥ ij.
*Moſchi* ʒ j.
*Miſce & digere circulando per menſem.*

## Vires, Vſus, & Doſis.

*Plurimi morbi hac Theriaca de Mumia perfectè ſanantur.*

1. *In Peſte tanta eius vis eſt, vt ſi ante infectionem fuerit adminiſtrata, nil prorſus incommodaturum ſit venenum, & qui horis matutinis ſcrupulo vno vtetur, eodem die non inficietur.*

*Infectus vtatur drachma ſemis vel drachma vna, in aqua Cardui benedicti, vel cum Theriaca* [n].

2. *In Apoſtematibus, Carbunculo, Anthrace, Pleureſi° ʒj. adminiſtratur. Proinde exactis ſex horis alteram ʒ adhibe, & qui illam horam attingit, ut ſecundam potiunculam accipiat, de ſalute certus eſt.*

3. *Contra quævis Venena. Doſis à ʒ ß ad unam vel duas in ſummâ neceſſitate: Si quis Venenum hauſit, offertur dicta Doſis in vncia vna, vel duobus olei° amygdalarum, ut patiens vomat, in lecto medicinæ operatio expectetur.*

*Hac ratione pellitur, quicquid eſt Beſtialium ſeu Mineralium Venenorum.*

a Per Mumiam hoc loco intelligit autor non illud liquamen in ſepulturis Ægyptiorum inuentum, in quibus cadauera humana aromatis condita, multos per annos ſeruata fuerint: ſed ſecundum Paracelſum eſt caro hominis violenta morte perempti & aliquandiu in aëre aſſeruati, eius extractionem ſed myſticam docet Paracelſus c. 10. l. 5. de vita longa. Aliàs vocatur Paracelſo Mumia patibuli. Cæterum quæ autor hîc, ſpecifica & alexipharmaca enchiremata poſuit, ſunt talia, qualia aliàs non habentur: ideóque merito magnifacienda. Siquę aliàs vulgaria circumferuntur, illa nullo modo cum his comparanda ſunt.

b Quia in illis ſanguis ſincerior eſt & lenior, illaque præſtantior. NB. Ruffi homines omnes Mercuriales ſunt, & tendunt vel ad bonum vel ad malum.

c Non

*c* Non mutilati.

*d* Vel circiter.

*e* Hoc eſt, carnem muſculoſam, femoris, pecto-
ris, brachiorum & aliarum partium.

*f* Sole & Luna.

*g* Scilicet ab impreſſione Luminarium.

*h* Per dies 6. vel 10. in Sole.

*i* Cum eodem Spiritu vini, qui fit ex floribus ſambuci, prius fermentatis, poſtea more aliorum ſpirituum deſtillatis.

*k* Digerendo.

*l* Alij mumiam aſſulatim ſeu fruſtulatim, ſed leniter inciſam cum myrrha & aloë epatica ſaltem ſeorſim, non coaceruatim ſine ſpiritu vini, vel cum floribus ſulphuris ex croco, myrrha & aloë ſublimatis, condiunt, & ita relinquunt per menſem in loco ſatis commodo, vt paulatim tantum exſiccetur; deinde cum oleo oliuarum recenti per menſem alium putrefaciunt, exprimunt, & ex oleo cum ſuperfuſo ſpiritu vini vel ſambuci, tincturam extrahunt, quam deſtillatione ſpiritus adiecti ad conſiſtentiam redigunt.

*m* Sic nimirum vulgariter fit à nonnullis, qui recentem mumiam cum oleo oliuarũ in loco moderatè calido putrefaciunt, ſed cum tanto fœtore, vt nihil ſupra. Tunc autem cauſatur illa humiditas recenter adhuc admixta, quæ putrefactionem parit. Ea autem per exſiccationem ablata, etiamſi in oleo poſtea putrefiat, nihil tamen fœtoris excitatur, circulando Hyeme in Balneo, æſtate in ſole.

*n* Aut aqua Theriacali vel Vlmariæ.

*o* Malignâ.

p Vel ſi quis eo faſtidiat, datur in alia aqua appropriata.

## II. ARCANVM THEOPHRASTI AD QVÆVIS VENENI GENEra præſtantiſſimum, cuiuſmodi ſunt Mercurius ſublimatus, Arſenicum, Napellus, Puluis adamantis, [a] Virus Aranearum & Bufonum, Thora, Cerebrum Fellis, [b] Menſtrua.

*℞ Recentem Ciconiæ ſanguinem, [c] quantum in ſuo corpore continet, deſtilletur per Balneum Mariæ, in vitrea Cucurbita noua: aquam quæ promanat ſerua diligenter, & ſanguinem coagulatum loco paululum calidiori exſicca, & contere in puluerem.*

*Ventriculum [d] ſimiliter exſiccari conuenit, ac crucibulo impoſitum comburi tantiſper, donec in cineres vertatur, è quibus cum proprio ſanguinis liquore extrahendum eſt Sal, id quod diligenter cuſtodiendum, & ſanguini pulueriſato coniungendum eſt.*

*Hiſce in vitro ſatis capaci impoſitis addi debent,*

*Succini [e] albi electiſſimi ℥ j.*
*Corallorum rubeorum &*
*Baccarum Vuæ verſæ [f] (nigrarum & bene maturarum) exſiccatarum & pulue-*

*pulueriſatarum*
*Eſſentiæ Mumiæ* [g]
*Radicis Anthoræ ana* ℥ß.
*Lapidis Bezoardici* [h] ʒ iij.
*Theriacæ optimæ* ℥ j. & ß.

*Hæc cum oleo (quod è nucleis Pini per validam expreſſionem conficitur) incorporanda & commiſcenda ſunt omnia ſimul, ac deinceps tantum olei ſuperaddendum, vt trium digitorum vel quatuor latitudine id ipſum emineat: Deinde orificio vaſis diligenter obſtructo inſolentur, quò enim vetuſtior compoſitio hæc euaſerit, eò melior & fortior.*

*Efficaciſſimum eſt medicamentum contra omnia Metallica, Animalia, & Vegetabilia Venena.*

## Vſus & Doſis.

*Vſus iſtius eſt, vt in omni Veneno corporali* [i] *eiuſdem detur* ℥ß *cum hauſtu aquæ, vini, vel quod melius eſt, lactis tepidè: nam decimaſexta pars horæ non tranſitura eſt, quin patiens Veneni ſumpti ſubſtantiam à ſe eijciet,* [k] *ac liber euaſurus eſt, qui deinde confortantibus reficì ac auxiliari poteſt. Optimè hoc fit, ſi in recenti lacte* [l] *Corallorum rubeorum* [m] *puluerem quotidie ſemel ſumpſerit prius calefacto.*

*Hoc arcano aliqui magnates* [n] *intoxicati reſtituti ſunt priſtinæ ſanitati, qui prius Eſſetiis*

*Monocerotis & aquis Theriacalibus ac huiuſmodi innumeris mediis fruſtra vſi eſſent.*

*a* An puluis Adamantis venenum ſit, Vide Boëtij tract. de gemmis cap.2.lib.2.

*b* Venenum eſt cùm feles pruriunt in venere.

*c* Vnius vel plurium iuuenum vel adultarum.

*d* Ciconiæ.

*e* Orientalis.

*f* Einbeer.

*g* Antea per ſpiritum vini factæ.

*h* Veri vel mineralis.

*i* Hoc eſt externè aſſumto.

*k* Vel vomitu, vel ſeceſſu, vel ſudore.

*l* Prius calefacto.

*m* Ʒß. vel quod melius, magiſterij ℈ß.

*n* Imprimis illuſtris Comes LudoWicus de NaſſaW, Principis Vraniæ Wilhelmi frater cum veneno intoxicatus eſſet, ab Albani Ducis militibus, nec vllis remediis, (puta puluere ſerpentum & aliis) adiutus fuiſſet. Factum eſt id Bergis Hannouiæ.

*Vipera apud Hieroglyphicos non ſine cauſa Salutis Symbolum innuebat.*

## III. SERPENTVM [a] PRÆCIPUÈ VIPERARUM ALCOHOL CONTRA OMNIA VENENA REMEDIUM EST TAM θεραπευτικὸν QUÀM προφυλακτικόν.

*Poſt excoriationem inteſtina, caput & cauda auferantur (pinguedo ab inteſtinis ſeparata ſeorſim pro ſingulari Ophthalmico aſſeruetur) reliqua*

*reliqua caro elota, [b] cum corde & iecore poſt lẽtam exſiccationem, ſiue per ſe, ſiue in B.M.[c] in Alcohol redigatur, ac in vſu medico intus præſumpta,[d] Venenum ad cutim propellit, tanquam Theamedes Lapis, qui ferrum longè à ſe expellit. Quod ſi quis huic teſtimonio & experimento conſentire noluerit, non damnet veritatem, niſi prius quod teſtatur, aut contrarium aſſecutus ſit. Hoc medicamento magnâ pecuniâ à quibuſdam empto, cum fiducia vti licet, nec quiſquam medicorum eius vſu famam vnquam periclitabitur.*

*Doſis à ℥ß ad ℥j. in hauſtu vini Maluatici, vel inſculo vini generoſi.*

*Efficacia huius medicamenti nõ pariet illis admirationem, qui ſciunt, plerunq; in Natura apud ſummum [e] Venenum, latere etiã Medicinam: Et quia mala maiori bono copulata naturâ conſiſtunt, ideò multi populi carne Viperinâ veſcuntur, longitudinem vitæ præ ſe ferentes, idq; nullo præeunte horrore, nullóve ſubſequẽte periculo. Non ergo ſine cauſa Baldus Angelus in ſuo libello de admirabili Viperarũ Naturæ in ſequentia vera erũpit: Illud vnum venit mihi in mentem vehementer admirandum, Serpentis aſtu in orbem Terrarum mortem intraſſe: Illud etiam mirum ex Vipera ſerpentis nece, & eius carne ab omnibus grauiorib. mor-*

Triticum non habetur ſine Lolio, nec mel abſq; aculeo reperitur.

*bis atq; venenis curari & in priſtinum reſtitui: Sed continuato Viperina carnis eſu, ab omnibus morbis præſeruari; hoc certè totum omnem admirationem ſuperat & excedit.*

*Tantum beneuole Lector in præſentia ſufficiat egiſſe tam de quibuſdam morbis Elementaribus, Materialibus, Internis, qui Naturaliter videlicet ex Ente Natura generantur, & ab Obſtructione & Tartaro, ortus ſui principia ducunt, quàm de nonnullis ex Ente Veneni obortis, quomodo videlicet illi à Natura debitis & aſsignatis medicinis confortata curentur.*

*De morbis Aſtralibus, Spiritualibus, Imaginariis, Votalibus, Incantamentis, ex Ente Aſtrorum ſeu Spiritu prouenientibus, Paracelſus peculiares conſcripſit libros, ad quos cupidum remitto lectorem: Vt enim morbi à deprauato cibo & potu, ab Animalibus, Vegetabilibus & Terræ fructibus orti, cum Arcanis herbarum & radicum ſanantur, ſicuti à Mineralibus & metallis cum horum etiam Arcanis ſanantur, ſiquidem vegetabilium Arcana reſpuũt: Eodem planè modo, maxima pars morborum venientium ab Influentia cæleſti, & ab Aſtrali Impreſsione Firmamenti Maioris mũdi, non cum promiſcuis Remediis curari vult, utpote per Arcana herbarum, mineralium, metallorum, ſed per Influentiam Aſtronomicam curatio*

*Entia morborum ſecundũ Paracelſum ſunt quinque. Diuidit enim morbos in Naturales, qui bus quatuor Entibus comprehẽduntur. Naturali ſcilicet, Aſtrali, Venenali, ac Spirituali, & in Flagellum videlicet Quintum.*

*curatio inſtituatur cum iis ſaltem, quæ Analogiam ad maiorem & minorem mundum habent, in quibus eſt vera Magnetica vis Firmamenti & Impreſsio Cœleſtis reſiſtendi morbis è Firmamento maioris & minoris mundi, ſicuti apparet in Perſicaria, Solidagine maiore, Dracunculo, Symphyto maiore.*

*Si Supernaturaliter per incantationem vel Magicam Aſcendentium Impreſsionem morbus vel dolor illatus, ibi priorum trium ſanãdi conatus irritus, ſed ſecundum Paracelſum Magicè & Supernaturaliter procedendum, ac malum eò quò illatum, modo viciſsim repellẽdum: Alioquin in dictis Simplicibus eſt attractiuum Influentiale, ac omnia ex ordinatione Diuinâ Magicè, Aſtronomicè, Magneticè curant, quia medicina eſt in ipſis & in Homine Magnes: Vt enim Sol & Aſtra habent potentiam attrahendi humiditatem ab inferioribus: Ita Homo (ſuâ inſita magnetica vi attractiua inſtar Magnetis Ferri ſpiritum nutrimenti loco trahentis) ac Inferiora habent eandem attrahendi à Superioribus, vt videmus tempore Peſtis, & hæ attractiones ſunt Naturales, non Veneficia, Incantationes aut Superſtitiones. Morborum ergo origo ex ſuo principio petenda, & tunc curatio inſtituenda. Inſuper variæ ſunt morborum Naturæ & proprietates, vt Phædro diligẽ-*

Hæ Sydereales & Firmamẽtales Infectiones ab Adepto medico cognoſcuntur & curantur Firmamẽtaliter: medicina enim Adepta eſt Ars, quæ cognitionẽ dat Firmamẽtales Infectiones cognoſcendi & expellendi.

Magnes Hominis Cura Magica, in qua eſt cœleſtis impreſſio poſt herba contactum herbæ donec putrefacta ſit, attrahit medicinã in vlcus, ſicque illud ſanat.

*tiſſimè annotauit, dū ait: Quidam morbi Remedia cùm Extrinſecus, tum intrinſecus adhibita petuntur. Quidam extrinſecus morbi, & vlcera Intrinſeca, Remedia non ferunt: Sunt etiam quidam Intrinſeci morbi, qui nulla omnino nec Extrinſeca, nec Intrinſeca applicata Remedia patiuntur. Sunt porro quidam morbi & Intrinſeci & Extrinſeci, qui Verbis tātum, in quibus ſecundum artem Influentia impreſſa eſt, quidam qui herbis conſtellatis, quidam qui nec Remediis, nec Herbis conſtellatis nec Verbis adhibitis vt vſis curari volunt, vt quidam vulnus vel vlcus Diapenſiâ vel Alchimilla curare potuit, cultro iuxta ipſius ſitus terra infixo, cauendo tamen ne cultro Radix pungatur; aliàs patiens foret incurabilis: Ita refert quandam vetulam ſolâ Alchimilla vlceri cancroſo adhibitâ varia Carcinomata curaſſe: Sic multa vlcera deſperata per curam Characteriſticam cum virtute Firmamentali perfectè curata eſſe. Nemini hæc videbūtur mira, qui legerit apud Agrippam in conſtellatis vocabulis, characteribus, lapidibus, & ſimilibus maximas latere Influentias ſeu virtutes in actu quæ ſint miraculi loco: Similiter idem Cornelius aſſerit eſſe dictiones, quæ pronunciatæ, ſtatim exhibeāt obedientes creaturas viſibiles & inuiſibiles, tā de noſtro hoc mūdo, quam de aqueo, aëreo, ſub-*

*terraneo*

*terrâneo & olympico. Sed hæc magnalia Primis & Antiquis parentibus notiſſima hoc loco obiter innuiſſe ſufficiat.*

a Serpentum ſeu viperarum antidotus, recens in vſum medicum venit, quâ hactenus à paucis annis nihil communius fuit, non tam apud Magnates, quam etiam apud alios & inferioris ſortis homines. Viperarum Sal olim in vſu magno fuit apud Galenum, ac ex viperis magna illa confectio Theriaca, tum vires tum nomen ſuum prius cepit. Colligendæ autem ſunt ineunte vere priuſquam intra ſeſe oua concipiant, tum temporis nimirum non tam ſucculentæ ſunt, & præterea videntur carere balſamo vberiore ſeu præſtãtiore. Circa diem Gregorij, ſed non ante horam nonam egrediuntur. Captura non eſt periculoſa, modo prehenſor non ſit meticuloſus, nec etiam niſi ſtatim poſt caput apprehenſionem moliatur. Solent nimirum mordere imprimis viperæ, à quarum morſu tamen tutus eſſe poteſt, qui vel puluere prophylactico ſe muniuerit antea, vel ſtatim poſt morſum eundem puluerem pro therapeutico aſſumpſerit. Præparatio pulueris admodum facilis eſt, nec eget aliquo artificio, ſaltẽ excoriatio rectè fiat, quã facilè præſtamus, ſi funiculo ex collo ſerpentes ad clauũ appendantur, ac cute cultro acuto in collo circum circa leui fiſſura q. aperta inſtar anguillarum excorientur, poſtea inteſtina, caput & cauda auferãtur, ſunt tamen vſibus aſſeruãda. Nam inteſtina exſiccata & in puluerẽ trita, omnis generis affectibus epidemicis maiorũ & minorum animaliũ, imprimis verò ouium, & equorũ medentur, ſi iſtius pul-

ueris aliquot grana cum ſale ingerantur. Caput vo-
tile præbet periapton in febribus intermittẽtibus:
Cauda exſiccata dolorẽ dentium tangendo tollit:
Pinguedo ſi cũ adipe cothurnicis & Thymalli pi-
ſcis miſceatur, non tantum ophthalmiam, ſed vn-
gues & alia vitia oculorum tollit, viſumque mirifi-
cè acuit. Tota verò caro reliqua elota, cum ſpina
leniter exſiccatur, vel per ſe vel etiam in clibano,
poſt exemptum panem, pulueriſaturque. Huic ad-
ijcimus corda, linguas & epata ad maiorẽ faculta-
tem vicißim. Alioquin ſeorſim hæc aſſeruamus, pro
confectione pulueris prophylactici, contra omnis
generis Venena etiam ad aliquot annos. Doſis ve-
rò huius eſt minima à gr. 4. ad 6 & ℈ß. vel gr. 15. Il-
lius verò poſſunt ℈ ij. vel ℈ iij. ad ſummũ exhibe-
ri. Nec vero huius vſus eſt tantum in Venenis aſ-
ſumptis propellendis ſeu eneruandis (Venena ni-
mirum quælibet ſine ſenſibili euacuatione eorũ-
dem, ſtatim ab aſſumpto alexipharmaco miteſcũt,
nec quicquam incommodi amplius patiũr) verum
etiam in aliis morbis ſingulariter eũ prodeſſe, ex-
perientia teſtatur. 1. In Morbo Vngarico ſeu febre
cauſode, cũ vehiculis conueniẽtibus datur ad ſu-
dorem proliciendum, quo ritè rectéque commoto
facilè morbus cedit. 2. In pleuritide, præſertim
maligna, nihil præſentius, ſi eius doſis in aqua ſca-
bioſæ tempeſtiuè detur, ac ſudor inde prouocetur.
3. In Tabe ſeu phthiſi, ab acribus fluxionibus ca-
pitis ad pulmones delapſis, egregiè valet, ſi eius
ʒ j. cum ſalis menſalis ℥ j. miſceatur. Sal verò prius
in ligno aluto tornato & excauato ac deinceps ſi-
mili cooperculo occluſo, in igne calcinetur, do-
nec lignum abſumptum fuerit; tum puluerisato
tandem

tandem alcohol ſerpentum miſcendum eſt, & ad quemlibet cibum aſſumendum, 4. In hydrope ſimiliter eius vſus aliquoties repertus laudatiſſimus eſt. Cætera, quæ communiter de hoc puluere dicuntur, in medio relinquo. Hæc quæ addidi ſcio eſſe toties experimento tum meo tum aliorum comprobata. Vide praxin chymiatricam editionis Lipſienſis pag. 78 89. 196.

*b* Cum Vino.

*c* Ægrè exſiccatur in Balneo Mariæ ob fœtorem.

*d* Iuſculo vini generoſi, vel alio liquore conuenienti, ſudore plerumque ſubſequente.

*e* Lege ſuum.

# EXTERNA.

## VVLNERARIVM, [a] VLCEROSVM, PVSTVLOSVM, MVNDIficans, Mitigans, Conſolidans.

### *BALSAMVM VVLNERARIVM, efficaciſſimum:*

Quo omnia vulnera & punctiones membrorum, iuncturarum, neruorum, ictus etiam telo ſeu globo tormentario facti, tutò ſine vllo ſuperueniente ſymptomate curari poſſunt.

℞ *Florum Hypericonis* ℔ j.

*Colligantur flores cum ſoliis oritu Balſamitico tempore, in exaltatione* [a] *videlicet circa feſtum Iohannis ante nouilunium.*

*Florum Cheyri, Verbaſci, Chelidonia.* [c]
*Centaur. minoris, Ariſtolochia*
*Prunella, Chamomilla*
*Conſolida media vel maioris ana* ℥ *j. & ß.*

*Foliorum Roſ. rub.* ℥ *j ß.* [d]
*Mumia Transmarina*
*Mirrha.*
*Thuris ana* ℥ *j & ß.* [e]
*Maſticis* ℥ *j.*
*Storacis liquida* ℥ *ij.* [f]

*Inciſis incidendis, & tritis terendis, ponantur in vaſe, & affundantur menſura dua* [g] *boni Spiritus vini, ſtent in digeſtione omnia retrò fornacem vel ad Solem: poſtea effundatur Spiritus vini tinctus, & faces pralo exprimantur: Tandem addatur huic Spiritui tincto (niſi velis maioris efficacia ergo reiterare macerationem* [h] *florum) olei oliuarum recentis, quod ſupra ramenta pinguia abietina per octo dies in digeſtione ſtetit, libras quinque Terebinthina claræ noſtratis* [i]*, & Reſina Laricea lota in aqua Hypericonis* ℔ *j. & ß. Iterum per quatuordecim dies omnia digerantur: Vltimò abſtrahatur*

*bator Spiritus vini in Balneo Mariæ, tunc Balſamum manebit in fundo Rubeum inſtar ſanguinis.*

*Hyeme prædictarum herbarum ſemina parabilia trita Balſamo iniijciantur, & ponantur in digeſtione, & longè potentius operabitur.*

## Vires & Vſus.

1. *Contra omnis generis vulnera plumaceolum vel flocci molles, qui circa ſemen Cardui benedicti, vel in Populo arbore creſcunt, tepide intingantur, & vulneri prius vino eloto indantur, ſuperpoſito Emplaſtro ſtictico ſequenti tamdiu, quoad nec vena, arteriæve, nec nervi & vinculi media, aut alia id genus appareant.*

2. *In omnibus Tumoribus, Inflammationibus, contractis & contuſis membris, rupturis oſſium.*

3. *Contra morſus canum, non neglectis aliis Remediis* [k], *ſi morſus ſint venenati.*

*Balſamum eſt ad vulnera & punctiones ſanandas efficaciſſimum.*

a Tres ſunt genuini & artificiales modi, quibus omnium vulnerum conſolidatio rectè riteq; perficitur. Primus eſt Balſamorum. Secundus emplaſtrorum ſticticorum. Tertius potionum vulnerariarum. De illis quidem præcipit autor noſter, & quidē bene. De potionibus verò vulnerariis quæ-

dam addemus. Balſama vulneraria habentur hinc inde multa: obſeruandum tamen eſt, ea Balſama, quæ deſtillatione proliciuntur, minus apta eſſe propter nimiam penetrationem & empyreuma, quod plerumque deſtillatione contrahunt. Quod ſi verò hoc idem balſamum Hypericonis conficiendum eſſet, hic proceſſus inſtitui poſſet.

## *BALSAMVS HYPERICONIS.*

℞ Flores prædictos omnes aridos ſeu exſiccatos, cum radicibus conſolidæ maioris & ariſtolochiæ rotundæ. Poſtea adde reliquas ſpecies, & coque in vino bono, donec intenſe illud rubeſcat: Exprime, & vinum tandem cum oleo oliuarum & Terebinthinâ ad conſumptionem coque: oleum per laciniam traijce & ſerua. Eſt penè æqualium virium, niſi quod prius propter ingredientium viriditatem aliquid præualeat. Vſu deprehenſum eſt oleum cinnamomi fœtidum, ceu ſupra dixi, inſigne balſamum vulnerarium eſſe, vbi non eius deſtillatio, ſed inſita craſſities & proprietas hanc facultatem conſolidandi obtinet. Commendatur aliàs vnicè oleum nucum iuglandium expreſſum, & poſtea decoctione ad liquamen redactum. Balſamum etiam Vulnerarium fit egregium ex cera, galbano & Myrrha ana, ſimul cum laterum fragmentis ſeſquialtera vel dupla proportione deſtillatus. Oleũ autem ceræ per ſe eſt Balſamus Vulnerarius excellens præſenter ſanans vulnera. Nota quæ de illis omnibus ſunt apud Felicē Wurtzium.

*Olei cinnamomi fœtidum.*

*Oleũ Nucum iuglãdium.*

*b* Scilicet Lunæ. Exaltatio autem Lunæ eſt in ſigno Cancri.

*c* Recentium.

*d* Potius

d Potius ℥ ij ß.
e Vel ℥ ij.
f Lege ℥ iii.
g Hoc eſt, ℔ viij.
h Cum nouo ſpiritu vini.
i Germanicæ.
k Hoc eſt, internis præſertim puluere ſerpentum vel alio alexipharmaco ſupra propoſito ad venenata.

## EMPLASTRVM STICTICVM.[a]

*In cuiuſq; ſalutaris Emplaſtri ſtictici cõpoſitione, ſecundũ Paracelſum, quatuor diuerſorum generũ ingredientia conſiderãda veniunt.*

*1. Sanatio, quæ fit ratione Ceræ & Colophoniæ.*

*2. Accidentia, quæ tolluntur & impediuntur beneficio gummatum ſcilicet Opopon. Galb. Sagap. Bdell. Ammon. Elemi.*

*3. Putredo (quodlibet enim vulnus etiam ſine accidenti putredini eſt obnoxium, generat vermes & carnis malæ excreſcentiam) quæ tollitur & præcauetur ope magnorũ cõſolidatiuorum, Maſtiche ſcilicet, Myrrha & ſimilibus.*

*4. Vt preſeruet à mucore, ſcabie, aridura, contractura, ſynouia, & ſimilibus accidentibus, quod fit per mineralia, ſcilicet Lithargyrum, Minium, Antimonium, Ceruſſam, Marcaſitam, Calaminarem, & ſimilia.*

## Vulnerum vlcerúmque telo inflictorum ſticticum Emplaſtrum præſtantiſſimum.

1. ℞ *Minij* [b].
*Calaminaris ana* ℔ß.
*Lithargyrij auri & argenti ana* ℥ iiij.
*Olei Lini*
*Oliuarum ana* ℔ & ß.
*Laurini* ℔ß.
*Ceræ*
*Colophoniæ ana* ℔ j.
*Vernicis*
*Terebinth. ana* ℔ß.
2. *Opopanacis*
*Galbani*
*Serapini*
*Ammoniaci*
*Bdellij* [c] *ana* ℥ iij.
*Carabecitrini* [d]
*Olibani*
*Mirrhæ Alexandrinæ.*
*Aloë epat.*
*Vtriuſque Ariſtolochiæ* [e] *longæ & rotundæ ana* ℥ j.
*Mumiæ Tranſmarinæ*
*Magnetis*
*Hæmatit. ana* ℥ j ß.
*Corallorum alborum & rubeorum*

*Matris*

*Matris Perlarum*
*Sanguinis Draconis*
*Terra medicata Strigenſis.* [g]
*Vitrioli albi ana* ℥ j.
*Florum* [g] *Antimonij* ʒ ij.
*Croci Martis tantundem,*
*Camphora* ℥ j.
*Modum parandi talem ſeruaui.*

1. *Gummata quinque* [h] *in aceto macerata & cocta exprimantur per linteum craſſum bis repetendo cocturam.* (*Doſis gummatum poteſt augeri propter faces ab expreſſione remanentes & abijciendas*) *poſtea ſuper lentum calorem in munda ſartagine* [i] *vſque ad conſiſtentiam mediocrem inſpiſſentur.*

2. *Oleum lini & oliuarum imponatur alteri ſartagini & addatur Litargyrium Auri & Argenti, coquantur agitando, donec oleum coloretur, poſtea addatur Calaminaris, & paulo poſt Minium, omnia illa agitãdo ferè per duas horas coquantur ſimul ad ſufficientiam, cuius Proba eſt, ſi ſupra vnguem gutta concreſcat & condenſetur, nec amplius diffluat.*

3. *Tandem etiam addatur circa finem Vernix, oleum Laurinum, Cera, Colophonia* [k]: *omnibus bene inuicem miſtis & liquefactis, & ab igne ſepoſitis, poſtea da operam, vt ſartago cum gummatibus paulatim caleſiat, & ſucceſſiuè af-*

*ſunde liquorem è ſecunda ſartagine gummatibus diligentiſſima agitatione incorporãdo, ſupra lentiſſimum calorem, caue ne bulliat, alioquin gummata in grumos coëunt, & oleo difficulter miſcentur) poſtea agitando addantur pulueres, & diligenter per horam omnia agitentur: Vltimò Camphora reſoluta in oleo Iuniperino*[k] *addatur: ſi fortè nimis durum eſſet, addatur adhuc aliquid Cera & Colophonia.*

*Proba iuſta decoctionis hac eſt: Bacillo intincto guttulas aliquot in aquã ſtillare ſinito, ſi digitis adhaſerit materia mollis, coquatur diutius, donec dureſcat. Tum demũ ab igne deponitur, & in magnam peluim aqua plenam effundatur, ac manibus (oleo Camomælino Roſarum, Iuniperino, Lumbricorum, Hypericonis ana q.v. mixto) perunctis pinſere, ac inſtar malagmatis ſubigere conuenit, horis tribus vel quatuor: ſeruetur ad vſum efformatis inde prius magdaleonibus alutæ*[l] *includendis.*

Vires huius Emplaſtri ſunt innumeræ: ſub Lunari globo non reperitur efficacius.

1. *Contra inueterata vlcera, nec non recentia vulnera & ictus vbicunque ſunt in corpore, etiam in capite.*

2. *Siccat & mundificat vulnera, carnem*

*bonam*

*bonam producit, conſolidat, ac ſanat vnâ ſeptimanâ efficacius, quàm aliud menſe integro.*

3. *Putreſcere non ſinit bonam, inſuper corruptionem, malæq́; carnis excreſcentiam impedit.*

4. *Neruis truncatis aut contuſis optimum eſt Remedium.*

5. *Ferrum, lignum, plumbum & alia quæq́; de vulneribus extrahit, ſuperpoſitũ eis tantum.*

6. *Venenoſorum animalium curat morſus* [m] *ictúſque: attrahit enim Venenum.*

7. *Matureſcere facit Apoſtemata* [n] *cuncta ſuperpoſitione ſola.*

8. *Contra Cancrum, Fiſtulam, Scrophulas, Ignem Perſicum eſt remedium excellens.*

9. *Mitigat omnes dolores, cuiuſcunque vulneris aut ictus.*

10. *Contra rupturam.*

11. *Vbi caput inflatum eſt, radantur capilli, & imponatur emplaſtrum.*

12. *Dolores Dorſi impoſitione tollit.*

13. *Ficus cutis extra & intra ſanat imponendo.*

*Vires ſuas ſeruat integros annos quinquaginta, quo tempore æquè efficax eſt ac recens compoſitum* [o].

a Eſt & aliud, cuius toties Paracelſus mẽtionem facit in ſua chirurgia, idq; Barbaro vocabulo o;

podeldoch vocat, ſed eius deſcriptionem genuinam nunquam poſuit. Compoſitionem nimirum habet Felix Wurtzius in ſua chirurgia cap. 2. quartæ partis. Anshelmus Boëtius de Bood ex Wurtzio tranſtulit, ſuppreſſo tamen autoris nomine, in libellum ſuum de Gemmis cap. 233. lib. 2. p. 226.

## *ALIA DESCRIPTIO OPPODELDOCH Paracelſi.*

Eſt & alia deſcriptio emplaſtri oppodeldoch magni à Paracelſo in vſu habiti. Eius formula eſt hæc.

℞ Galbani.
Oppopanacis ana ℥ iij.
Ammoniaci.
Bdellij ana ℥ j.

Macerentur per dies octo vel plures in aceto deſtillato, cola & tandem inſpiſſa leniter ad mellis conſiſtentiam, deinde

℞ Lythargirii tenuiſſimè puluериſati ℔ß.
In olei communis ℔ j ß.

Coque lento igne, & continuè moue cum ſpatula, donec ſpadiceum colorem contrahat, adde

Ceræ ℔ j.

Qua liquefacta, immiſce etiam ſuperiora gummata, & paulò poſt

Olei Laurini ℥ iij.

Moue diligentiſſimè, donec nimirum omnia exactiſſimè fuerunt mixta. Remoue ab igne, & extremo adde hos pulueres tenuiſſimè tritos.

℞ Croci Martis.
Mumiæ tranſmarinæ.
Magnetis præparati.

Magiſterij

Magiſterij corallorum alborum.
Rubrorum ana ℥ß.
Lapidis calaminaris præparati.
Myrrhæ rubeæ.
Thuris maſculi.
Maſtichis.
Rad. Ariſtolochiæ rotundæ ana ℥ ij.

Hos pulueres infunde in liquefactum emplaſtrum, non confertim, ſed pedetentim, & prouide diligenter, vt omnia perfectiſſimè coëant. Poſtremò omnium

℞ Pulu. ſuccini ℥ j.
Olei laurini ℥ j.
Terebinthinæ ʒß.

Miſce & liquefac ſeorſim, ſolue in eodem
Camphoræ ʒ j.

Et tandem, Croci orientalis pulu. ʒß.

Hanc ſolutionem ſeorſim factam, cum emplaſtro calide miſce, idque fac prudenter vt nimirum omnia per minima quaſi coniungantur. Exinde fac magdaleones, malaxando nimirum cum oleo hypericonis & ſerua. Hoc emplaſtrum curat omnia vulnera, punctim & cæſim inflicta, ſine omni pure. Excreſcentiam carnis impedit, eius tantum, quantum opus eſt producendo. Vlcera antiqua prius mundificata ſimiliter cum hoc emplaſtro curantur. Quod ſi vero illud fortius & ad ſananda quæuis æſtiomata & corrodétia vlcera: ℞ Croci metallorum, de quo ſupra ab initio, Vitrioli ad rubedinẽ calcinati, Mercurij per ſe præcipitati ana q. v. miſce pulueriſando. Huius pulueris ʒß. miſce ad ſingulas ℥ß. emplaſtri, liquefacti prius in ſartagine, ac poſtea pulueres tritos immiſce, ſuperaddẽdo

aliquid olei Terebinthinæ. Hoc emplaſtrum eſt præſtantiſſimum, omnibus Vſibus ſeruiens, de quibus autor monet.

b Non natiui, ſed factitij.

c Elemi.

d Hoc eſt, ſuccini.

e Scilicet Radicis.

f Sigillatæ.

g Siue rubrorum ſiue alborum.

h Lege ſex.

i Leni igne.

k Deſtillato vel expreſſo.

l Vel veſicæ ſuillæ.

m Specificum ad morſum canis rabidi eſt, eius qui momordit epar Vulneri impoſitum. Item ſi dente, quo vulnus inflictum. Vulnus laceres. Item cuticula canis rabidi impoſita.

n In idem verò opopanax, quod in aceto diſſolutum additur, cum fructu etiam apponitur bubonι peſtilenti.

*Potiones vulneraria an vtiles.*

o De potionibus Vulnerariis magna eſt concertatio apud chirurgos: de iis optimè præcepit Felix Wurtius in chirurgia ſua cap. 5. part. 4. cuius boni viri conſiderationes & admonitiones, cum compoſitionibus earundem potionum vulnerariarum bene ſibi commendatas habeant auditores. Quod ſi verò ex iis etiā ſimplicibus tales potiones præparandæ ſunt, meo cōſilio praxis optimè inſtitueretur, ſi arcana ipſorum Philoſophicè parata tandem miſcerentur, & vſui accommodarentur, doſibus admodum exiguis. Hæc nimirum maximè penetratiua ſunt, & vna vel altera doſis tantum p[illegible] ſtat, quantum aliæ plures decoctorum vel.

rum. Imprimis autem arcanum Prunellæ eſt quaſi inſtar omnium. Quod ſi nimirum eius ℈ j. vel ʒß. aut etiam integra in vino data fuerit, illico vulneris emendationem, bonumque ſucceſſum demonſtrat, cuius ſanè operationi nihil æquale reperitur.

## LAPIS MEDICAMENTOSUS[a] EFFICAX.

℞ *Vitrioli viridis* ℔ j.
*albi* ℔ß.
*Aluminis*[b] ℔ j. & ß.
*Anatron*[c].
*Salis communis ana* ℥ iij.
*Salis Tartari.*
*Salis Abſynthij.*
*Artemiſia.*
*Cichor.*
*Perſicaria.*
*Plantaginis ana* ℥ß.

*Ponantur in olla*[d] *vitreata, affunde modicum*[e] *aceti Roſacei, coque igne carbonum lento, ſæpius agitando: vbi incipit ſpiſſeſcere, adde Ceruſſæ Venetæ* ℔ß. *Boli Armeni* ℥ iiij. *Diligenter miſceantur omnia, donec vi ignis mediocris in lapidis duritiem maſſa concreuerit, qui poſtea fracta olla eximendus, & ad ſuos vſus reſeruandus.*

*Si gummata, Myrrham videlicet & Thus;*

*addere voles, inſtituatur coctio lenta, ne comburantur, & vis illarum in igne euaneſcat.*

## Vires & Vſus.

*Virtutes eius ferè ſunt innumerabiles.*

*1. In partibus corporis exterioribus omnia vlcera*[f] *ſubitò tollit: lauentur manè & ſerò & linteolum madidum ſuperimponatur.*

*2. Omnes defluxiones*[g] *tollit, mundificat, & confortat partem affectam.*

*3. Deſiccat vulnera & vetera vlcera Aphrodiſia,*[h] *ſi linteum imbutum ſuperimponatur.*

*4. Dentes confirmat, & gingiuas à putredine conſeruat.*

*5. Oculorum lachrymas reſtinguit, rubedinem & oculorum dolores tollit, & caliginem, ſi pluma madefacta anguli oculorum externi irrorentur.*

*Si in Ophthalmia vtimur, poteſt ſolui in aqua Roſarum, vel Euphraſiæ vel Verbenæ: Verbena in Iunio & Iulio ante ſolis ortum colligatur, & cum vino per menſem prius digeſta, poſtea deſtillentur.*

*6. Ignem ſacrum tollit, Eryſipelas, linteum madidum ſuperimpoſitum, vbi ſiccum fuerit iterum madefiat, ſpatio 24. horarum abibit, & ſi ſint foramina, eluantur hac aqua.*

*7. Scabiem*

7. *Scabiem manuum & corporis illa ſanabis, ſi lauetur veſperi.*

8. *Contra Serpigines, ſed tunc Aqua non nimium ſit diluta, vt potentius agere poſſit: ſic etiam contra Tineam.* [k]

9. *Adhibetur feliciſſimè ad Cancrū mammillarum iam apertum: item ad Cancrum oris,* [l] *aut quamcunque affectionem gingiuarum, Noli me tangere, aut alia oris vitia: vlcera gutturis, Scorbutum colluione ſanat, expuendo poſtea, vel penicillo intincto abluantur.*

10. *Mortificat pulcherrimè, & mundificat quamcunque plagam* [m] *antiquam, ſine vlla patientis moleſtia.*

11. *Vbi ſunt veſicæ albæ & puſtulæ in pedibus,* [n] *eluantur apertæ hac aqua.*

12. *Linteolum hac madidum, apoſtemati* [o] *impoſitum, medetur illi.*

13. *Ad omnis generis ambuſta; linteolum madidum imponatur.*

14. *Ani ficus vtriuſque ſexus ſanantur, ſi linteamina madefacta applicentur.*

## Vtendi modus.

*Vncia vna liqueſcat in lib. j. aquæ pluuialis* [p] *vel fluuiatilis, non fontana diſſoluta, poſt filtrationem, & fæcum abiectionem, aqua clarà vtimur.* [q]

a Lapis Medicamentoſus, dicitur aliàs lapis ſalutis, quia multum commodi affert in chirurgia, hoc eſt, medicina extrinſecus adhibenda. Alij breuius conficiunt ita, qui ne ſic quidem ſuis viribus deſtituitur.

## *ALIA DESCRIPTIO BREVIOR lapidis ſalutis.*

℞ Vitrioli ℔ j.
Nitri ℔ß.
Ceruſſæ.
Aluminis.
Boli armeni anā ℥ iiij.
Ammoniaci ℥ ij.

Omnia bene puluerisant, ceruſſam vero & bolum in marmore prius benè terunt, ac aceto communi ad ſuperemineutiam duorum digitorum affuſo coquunt leniter in olla ſatis capaci, inter coquendum aliàs facile ebullit, donec redigantur omnia in lapidem durum.

## *ALIA DESCRIPTIO M. IOHANnis Greiff.*

℞. Aluminis ℥ iiij.
Vitrioli Vngarici ℥ ij.
Vitrioli albi.
Tartari.
Borracis.
Maſtichis.
Thuris.
Salis ammoniaci ana ℥ j.
Ceruſſæ ℥ ſj.
Boli armeni veri ℥ iij.

Aluminis

Aluminis.

Vitrioli vtriuſque.

Craſſo modo contuſa, coquantur in olla vitreatâ capaci cum aceto fortiſſimo igne lento vſque ad conſiſtentiam ſeu duritiem lapidis.

*b* Crudi.

*c* Fel vitri, Glaſegalle / reperitur in fornacibus vitrariorum ad parietes.

*d* Satis capaci.

*e* Non vſque adeo.

*f* Et quæ ad vlcera referri poſſunt.

*g* Non capitis, ſed vlcerum.

*h* Venerea.

*i* Gargariſando cum aqua plantaginis. Nota autem Vitriolo dentes denigrari, qui poſtea dentisfriciis communibus purgandi.

*k* Germanis Erdgrindt.

*l* Oris anginam linguæque inflammationem.

*m* Caſu, conquaſſatione aut alia vi externa factam.

*n* Eundo attritis.

*o* Qualicunque.

*p* Aut alia aqua deſtillata appropriatâ.

*q* Huius generis eſt aqua alia in ſimilibus caſibus, quibus lapis ſalutis deſtinatur, vſitata & conueniens, cuius compoſitio eſt talis.

## AQUA MERCURIALIS.

℞ Mercurij ſublimati minutiſſimè in marmore triti ℥ß.

Cui ſuperfunde aquæ Plantaginis ℔ j ß.

Soluatur in Balneo leniter ebulliendo, ſepara à fæcibus per filtrum traiiciendo: poſtea funde

in patinam ſtanneam mundiſſimam, ac linque per tempus exiguum, denigrabitur patina. Quo facto in aliam patinam ſtanneam ſatis mundam infundatur, quoad prior patina à ſua nigredine mundata viciſſim fuerit, deinde eandem aquam alteri ſeu purgatæ patinæ inijce, atque id per vices repete, donec nullæ amplius nigreſcant patinæ, ſed remaneant albæ quod 10. vel 12. vicibus conſequeris. Serua poſtea ad vſus. Aqua eſt albi coloris: Hac vtere ad ſananda vlcera, præſertim à Lue Venereâ orta, tam in ore, quàm in pene, item ad mortificandum cancrum. Quod ſi fortiorem deſideras, ſex vices infuſionum in patinis ſufficient, ita nimirum fortior euadet. Vſus eius eſt, ſaltem cum penicillo vlceribus leniter hinc inde contactis. Valet etiam in generanda carne.

## SAL, BVTYRVM, SACCHARVM SEV MEL SATVRNI.

*Minium* [a] *vel Ceruſſa, Creta non adulterata, aceto vini deſtillato humectetur, miſceatur & exſiccetur. Tritæ materiæ affunde acetum deſtillatum, ad ſupereminentiã trium vel quatuor* [b] *digitorum, ſtet in calido loco (non in hypocauſto, in quo habitent homines, fumus* [c] *enim huius aceti infuſi ſupra Saturnũ nocinus* [d] *eſt) per duos dies, vel in cineribus in digeſtione quater quotidie agitando, & acetũ in colorem flauum ac ſaporem dulcem mutabitur (vaſa ſint vitrea, nam terrea* [e] *perfluunt) effunde, & rei-*

*& reitera laborem affundendo nouum acetum, donec non amplius coloretur & dulceſcat: Abſtrahe autem in Balneo, & manebit in fundo gummi*[f] *, cui affundes aquam pluuialem deſtillatam, vt denuo ſoluatur, & faces reſidua aceti ad fundum cadant, perge recentem aquam affundere cineri* [g] *, donec nil amplius extrahat: aquam filtratam euapora*[h], *habebis Sal, quod in cella humida in oleum reſoluitur. Sal prima vice paratum poteſt parum ſaltem calcinari*[i], *ne meliores ſpiritus auolent, & in marmore teri: acetum deſtillatum iterum affunditur, vt viciſſim ſoluatur in cineribus calidis per tres vel quatuor dies mouendo ſæpius, clarum filtratum effunditur ac euaporatur fæcibus abiectis: Si hoc aliquoties reiteretur, Sal erit pulcherrimum & cryſtallinum, quod vltimo in aqua fontana ſoluitur & euaporatur, vel per ſe in cella in oleum liqueſcit.*

## Vires & Vſus.

*Hoc Saccharum Saturni omnes Mercurios ſublimatos*[k] *ac corroſiuos dulces & innoxios*[l] *facit: ideoq; in vlceribus corroſiuis, quæ à Sale proueniunt, præſtans eſt medicamẽtum: Sicuti etiam in vegetabilibus Saccharum vulgare acrimoniam & amaritudinem rerum temperat ac corrigit: ita Mineralium & Mercurij Arſe-*

*vicitam in magno quàm parvo mundo hoc Saturni Saccharum mitigat ac emendat.*

2. *Contra putredinem oris præſtantiſſimum eſt medicamentum.*

3. *In vlceribus malignis, corrodentibus, cancroſis, & ſimilibus Saturninis, Lupo.*

4. *Contra Impetigines.*

5. *Purgat & mundificat vlcera vetera, apoſtemata, vulnera, vix dici poteſt, quam hic ſit ſingulare Remedium.*

6. *Paracelſi ſingulare arcanum, contra omnis generis ambuſta, Inflammationes, Tumores, Ignem Perſicum, ſi miſceatur cum aqua Plantaginis vel Solani & linteolis madidis tepide applicetur: Ita pannus cæruleus intinctus Igni Perſico adhibetur.*

7. *Contra puſtulas faciei rubeas.*

8. *Tumores tollit confeſtim ſi cum oleo olivarum & Chamæmel. aqua Roſarum admixta applicetur.*

9. *In Inflammationibus & rubedine oculorum optimum in aqua Euphraſia & Roſarũ.*

10. *Cum oleo Terebinthina mixtum curat omnia vlcera, vulnera & membra contracta inunctione continuata.*

11. *Contra Cancrum, Fiſtulas.*

12. *Vſus præſtantiſſimus in vlceribus mammillarum.*

13. *Omnes*

13. *Omnes Tumores, Inflammationes & dolores membrorum illius vſu externo tolluntur.*

14. *In Colica aliquot guttæ olei intra corpus dantur in vino albo.*

15. *In magnis Inflammationibus internis tria grana in aqua Roſarum & Plantaginis offeruntur: Poteſt etiam affundi Spiritus vini, vt extrahat ſubtile, & hic eſſentificatus Spiritus loco Salis poteſt offerri: Saturnus eſt Naturæ Frigidæ, ideò omnibus Inflammationibus contrariatur.*

16. *In Quartana, & Lienis affectionibus: item punctura circa vmbilicum.*

17. *Poteſt miſceri Emplaſtris, Linimentis; vel per ſe reſolui in oleo, vel in aqua appropriata applicari.*

18. *Sua frigiditate hoc Sal Saturni intra corpus ſumptum libidinem Veneream reprimit: Qui in cœlibatu viuere conſtituerunt, & illo vti volent, conſultius facient, ſi regionem ſaltem externam admixta aliquo oleo inungãt.*

*Ex hoc Sacchâro deſtillatione artificioſa Spiritus elicitur inflammabilis,* [m] *quo multi ſuo tamen proprio Sale fortificato conati ſunt Auri Calcem, diligenter beneficio Aquæ Regis præparatam, facere potabilem.* [n] *Fides ſit penes cuiuſque Experientiam.*

*a* Eſt Saturnus calcinatus.

*b* Vel plurium.

*c* Euaporatio.

*d* Noxius, præſertim capiti.

*e* Niſi ſint probè cocta.

*f* Inſtar mellis.

*g* Fæcibus.

*h* Vſque ad cuticulam.

*i* Calciuatio hæc inutilis eſt. Facile nimirum hoc ſal fluit, exſiccari quidem poteſt, ſed calcinari difficulter.

*k* Itaque etiam præcipitatos.

*l* Si tantum ſuperfundatur.

*Oleum Saturni & ſpiritus.*

*m* Spiritus Saturni ardens quomodo fiat, vide Tyrocinium lib. 2. cap. 4. de ſpiritibus §. vltimo, ac inter deſtillandum prodit ſimul oleum rubeum in guttulis rubris, exindéque totum, quod prolicitum eſt, rubeſcens videtur. Quod ſi igitur rectificatur, habebis quatuor diuerſa menſtrua, ſpiritum ardentem nempe, qui primo loco prodit, deinde oleum flauum, quod ſecundo loco, tertium eſt phlegma; quartum eſt oleum rubeum, quod in rectificatione in vaſe manet. Rectificatio autem ſic fiat: Omne quod à prima deſtillatione ex ſaccharo prodiit per paruam retortam tantum vapore Balnei lento deſtilletur, ac prodeunt illa omnia, quæ ſeorſim ſunt ſeruanda.

Spiritus guttatim tantum prodit, ſine vllis venulis in collo retortæ apparentibus. Oleum flaueſcens prodit cum venulis obliquis tantum ceu vinum ardens. Aqua verò ceu phlegma cũ venulis rectis. Exinde igitur eorum ſeparationes æſtimandæ ſunt. Cum ſpiritu & phlegmate eſt elegans ad-

modum

modum præparatio perlarum. Eæ nimirum in marmore ſtatim tritæ ſoluuntur in eodem phlegmate, poſtea ſolutæ & à fæcibus liberatæ cum pauxillo ſpiritus eiuſdem affuſo iterum præcipitantur in liquorem inſtar ſpermatis, tantæ volatilitatis, vt etiam viſu dignoſcantur in auras abire. Hæc cum ſpiritu vini poſtea extractæ, vel cum eodem ſpiritu vini planè per retortam actæ, cordiale præbet, tantarum virtutum, quantas nulla alia perlarum præparatio alioquin polliceri poteſt. Doſis gutt. j. vel gutt. ij. in aqua cordiali. *Cordiale egregium.*

n Quod de auro potabili per ſpiritum Saturni innuit autor, non ſunt de nihilo. Veruntamen aurum potabile hoc modo non fit. Eſt quidem extra controuerſiam, ſi calx auri, ceu ſupra præcipit autor, in auro potabili facta, cum oleo flaueſcente, quod in rectificatione ſecundo loco prodit, per aliquot dies circuletur, compagem eius in liquorem ſolui, cuius vſus eſt contra Venena non contemnendus. Imo ſæpe viſum eſt, ab eiuſdem gutt. iiij. ad viij. in vino exhibitis, etiam eos, qui exiſtimabantur morti proximi, refocillatos fuiſſe. Multum autem præſtat in caduco, apoplexia, paralyſi & cæteris morbis capitis. *Auri potabile quorundam.*

## SPERNIOLÆ [a] COMPOSITVM.

*In Martio deſtilletur Sperma Ranarum* [b] *per ſe in Balneo triduum ante Nouiluniū collectum: ſic enim non fœtet. Habita hac Aqua,*

*℞ Myrrha ſelectæ.*

*Thuris ana ℥ ij.*
*Croci triti ℥ß.*
*Camphoræ ʒ iij.*

*Tere* [c] *omnia & miſce: Hunc pulverem in vitro Aqua Sperniola deſtillata vigeſies vel trigeſies imbibere conuenit, ita tamen vt ſemper prius ſponte exſiccetur, poſtea ad vſus ſuos ſeruandus eſt. Intra corpus datur quantitas auellanæ ſemis* [d] *in aqua plantaginis in Hæmorrhagia interna, vbi omnia ſunt trita.*

## Vſus & Vires.

1. *Sua frigiditate ſanguinem coagulat: nam ad ſiſtendam Hæmorrhagiam internam è naribus & gutture, vbi omnia deſperata ſunt, tria vel quatuor grana intra corpus in aqua Burſæ Paſtoris* [e] *tutò exhibentur.*

2. *Si reſoluatur cum aceto & Eryſipelati* [f] *ſeu doloribus Podagricis calidis exterius applicetur, plurimum confert.*

3. *Hæmorrhagiam vulnerum externam impoſitione ſiſtit.*

4. *Si Panaritio per duas imponatur horas, necat illum,* [h] *vel imponatur digitale è corio multoties prius intus madefacto & exſiccato* [i].

5. *Mortificat etiam Cancrum, ſed efficacius ſola aqua Sperniola.*

6. *In profluuio muliebri contumaciſſimo, duo*

*duo vel tria grana intra corpus in Aqua Arte-miſiæ offerantur.*

*7. In aqua Sperniolæ per ſe deſtillata, ſi tantillum aluminis ſoluatur, doloribus Podagricis linteis madefactis commodè & cum ſucceſſu applicatur.*

*a* Sperniola eſt Paracelſo ſperma ranarũ, quod ineunte vere hinc inde circa lacus paluſtres & ſtagna reperitur. Vnde poſtea beneficio Solis ranę in viua animalia excoquuntur. Illud autem ad medicinam colligendum eſt menſe Martio & quidem triduo vel quatriduo ante Nouilunium, inq; vſus adhibendum. Chirurgi peri[illegible] eo crudo imbibunt lacinias, eáſque viciſſim exſiccant, idque ſæpius faciunt. Iis vtuntur poſtea ad inflammationes quaſlibet vulnerum tollendas, imo ſi ſupra iiſdem emplaſtra extenduntur, mirificè eoſdem affectus retinent. In Eryſipelate pedum vel manuum, aut alterius membri externi ſæpius recurrente, nihil eo vtilius eſt, ſi tantum ſicca talis lacinia, cum ſperniola cruda præparata loco affecto applicetur, ac membrum inuoluatur. In tibiis ſeu cruribus Eryſipelas facilè cedit, ſi ex linteis fiant tibialia affabrè facta. Hæc verò ſepties vel etiam amplius cum eadem ſperniola imbibãtur, & quaſi cum eadem conquaſſentur, denuoq; exſiccentur. Hæc nimirum multos annos durare poſſunt, modo ne aqua alia extergãtur vel mundentur. Ab eorum vſu nec tam facilè redit Eryſipelas, nec tam difficulter repellitur, quin ſtatim ab initio applicationis & dolor & tumor cum rubore faceſſant.

*b* In plenilunio maximè fœtet, at in nouilunio confectum durat ad annos 30.

*c* Tenuiter.

*d* Vel gr. iij. vel v.

*e* Melanthij.

*f* Applicetur calidè vel tepidè. Eryſipelas exulceratur alias de frigido.

*g* In ſtupha aliqua.

*h* Lege illud.

*i* Imò panaritium ſaltem in aqua ſperniolæ intinctum enecat; ſed in eâ immerſione tanti cruciatus excitantur in digito, vt niſi patientem manibus fortiter teneas, vix cruciatus ferre poſſit. Sanguis Talpæ in papyro collectus & digito impoſitus valde iuuat.

## COSMETICVM CONTRA faciei maculas.

*℞ Mercurij optimè purificati[a], à quo omnis nigredo diligenter ſit ablutione ablata,* ℔ß. *miſce poſtea in paropſide terrea[b] non deuitreata cum Mercurij ſublimati pulueriſati ana, ponantur omnia in Alembico anguſti orificij, ſuperfuſo aceto deſtillato, ad eminentiam 3. vel 4. digitorum, ſtent per dies tres vel quatuor, aliquoties in die mouendo, tunc album puluerem extrahit, aufer per inclinationem acetum ſubalbidum[c], puluerem album ſponte ex aceto fundum petentem, per aliquot dierum moram abiecto aceto ſerua: Reiteretur ſæpiſſime hic labor,*

*bor, donec illius pulueris albi copiam habeas, quem per ſe ſicca, & ad ſuos vſus* [d] *repone: Non eſt corroſiuus, ideo niſi velis, ablutione non eget vlla.*

## Vſus.

*Externè ſaltem adhibetur illinendo ſputo proprio vel aqua Fabarum, contra omnes faciei maculas: item Serpiginem: inſuper magnũ medicamentum Incarnatiuum* [e] *eſt: In applicatione caue, ne oculos vel dentes attingat* [f].

*a* Vt ſupra factum in arcano corallino.

*b* Vel in Mortario lapideo marmoreo.

*c* Aliudque acetum affunde.

*d* Illinendo aqua florum Nymphcæ vel oleo amygdalarum dulcium. NB. Coſmeticum hoc pituitoſi ſine difficultate non vſurpare poſſunt. Amat nimium Mercurius humiditates, quibus pituitoſi abundant.

*e* Nam in emplaſtris præſertim Baſilico maiori frequenter in vlceribus Gallicis requiritur. Si cum vnguentis, præſertim verò pomadâ vel cum vnguento populeo debitè miſceatur, omnem ſcabiem manuum, & totius corporis feliciter extinguit.

*f* Extergit quidem faciei maculas particulares ex Mercuriis ſublimato & crudo, inquicem longa tritione permiſtis, & per acetum deſtillatum poſtea extractis, ſed pro coſmetico illud vendicare nõ tam prudentis eſt. Licet nimirum faciei rugas & pleraq; incommoda ipſius aliquandiu tegant, ſe-

lent tamen mirificè capiti & omnibus eius partibus nocere. Neruorum nimirum principio, hoc eſt cerebrō Mercurius inimicus eſt: reſoluit nimirum & magnorum morborum generationem cauſatur. Præterea dentes inextinguibili nigredine inficit, gingiuas reſoluit, putridas & exulceratas facit, & caſum dentium ſine dolore minatur. Ideóque non fruſtra in fine admonet, ne in applicatione oculi vel dentes attingantur. Id quod ſanè ſtudioſè licet euitetur, tamen ſæpius etiam ſine tactu corporali (nam per cutem & carnem facile tranſit Lithargyrum) adfectionem hanc, more ſuo ſuſcitat. Igitur ab eius vſu abſtinendum eſſe ſuadeo. Cæterum fuci ſeu coſmetica reperiuntur infinita alia, quorum præſtantiſſima ſunt deſiderabilia, à Domicellis magno ære recuperantur. Eorum addam vnum atque alterum.

## *COSMETICVM EX FELLIBVS Taurorum.*

℞ Fella Taurorum, exſiccentur placidè in Sole. Poſtea affunde ſpiritum vini, & eliciatur Tinctura, quæ aliquantulum rubet, illine faciem cum eadem hâc illâc, & linque per triduum aut quatriduum, ita tamē ne exeant ædibus, aut aëri libero ſeſe exponant. Elapſo hoc tempore facies eluatur ſæpius aquâ ex floribus fabarum vel Nenupharis vel polyginati, vel ex furfuribus, quanquam etiam ante illinitionem iiſdē aquis facies purgari poſſit. Sic ad miraculum vſque albedinem gratiſſimam, & cutem faciei & colli tenerrimam & amabilem reddit. Hiſpaniæ Domicellæ vt & Anglicanę alios fucos adhibent tempore æſtiuo, alios hyberno.

Hyeme

Hyeme adhibent eſſentiam fellis Tauri ceu dictum eſt: æſtiuo verò ſuccum vel aquam recenter deſtillatam ex omphacio, hæc nimirum refrigerat magis & cutem retinet frigidam, imo facit, ne ſudore vultus corripiatur. Præterea hanc electionem illæ æſtate faciunt, vt ſtudeant voluptati. Sumentes nimirum ab iiſdem Domicellis oſcula æſtiuo tempore, plerumque refrigerationem ſentiunt, contra hyemali tempore calorem. Genarum verò rubedo ſeu roſeus color conciliari poteſt hoc quoque eleganti incarnaute.

## COSMETICVM EX CANCRIS.

℞ Ex Cancris fluuiatilibus elixis extremos apices carnis in forficibus extremis reſtitantes, eoſq; in mediocri numero collectos, exſicca leniter. Poſtea extrahe cum ſpiritu vini & tingitur pulcherrimè. Ablato per deſtillationem hoc menſtruo ad quandam mellaginem, hanc ſerua & cum pauxillo eiuſdem, prius genis ad libitum tinctis, poſtmodum coſmetica alia albificantia ſuperilline.

## COSMETICVM EX TALCO.

Alij vehementer expetunt coſmeticum ex Talco, cuius ritè rectéque præparati ℥ j. poteſt 80. vel 100. coronatis venire. Eius præparatio ſequens nõ videtur à ſcopo aberratura, modo rectè agãtur omnia. Primo fiat ſpiritus aceti vini Hiſpanici optimus, ſi nempe ſingularum deſtillationum remanentes medietates colligantur, & exinde acerrimus ſpiritus eliciatur: id quod omnino neceſſarium eſt, aliàs opere vix proceſſuro. ℞ deinde

Talcum Venetum elegantem & exqu'ſitum, ſcin-
d · id cultello in particulas, q'iantum fieri poteſt
ſubtiliſſimas, affunde ſpiritus aceti acerrimi in
concha vitreâ q.p. relinque æſtiuo tempore in ſo-
le feruentiſſimo, vel etiam ad ſimum digeſtionis
per menſem, & quotidie aliquid de aceti ſpiritu
ſuperadde, donec acetũ fiat quaſi mucilaginoſum
ſeu oleoſum, quod ſignum eſt per fectæ ſolutionis.
Hanc igitur materiam totam per retortam lorica-
tam igne nudo obſeruatis gradibus in excipulum
capax deſtilla, primò prodit acetum, poſtea oleum
album elegans, vtrumque ſepara. Aceto poſſunt
manus ablui, oleo verò fieri inunctiones vultus:
Aiunt, ſi primo facies fuerit diligenter ab omni-
bus ſordibus purgata, hâ: infectionem vnam poſ-
ſe integrum menſem durare ſine aliquâ noxâ.

## VNGVENTVM SYMPATHE-TICVM: SEV STELLATVM Paracelſi.

*♃ Adipis Verris aprugni*
*Vrſini ana lotones octo.* [a]

*Quo ſeniora* [b] *animalia, eo melior adeps.*

*Vtriuſque animalis adeps prius in vino ru-
bro per dimidiam horam lento igne bulliat, po-
ſtea effunditur ſuper aquam frigidam & coch-
leari colligitur pinguedo innatans, quicquid
fundum petit, abijciatur.*

*Poſtea ♃ Lumbricorum* [c] *ex vino vel aqua
lotorum ſextarios duos, torreſiant in olla tecta
in*

*in fornace piſtoris, cauendum tamen ne aduantur, poſtea terantur in puluerem.*

*℞ huius pulueris.*

*Cerebri Aprugni ſiccati.*[d]

*Sandali*[e] *rubri odoriferi*

*Mumiæ*[f]

*Hæmatit. ana ℥ j.*

*Demum accipe Vſneæ*[g] *è Cranio Hominis violentâ morte perempti, abraſæ, Luna creſcente, & in bonâ domo exiſtente, Veneris ſi fieri poſſit, non Martis aut Saturni, ad pondus duarum auellanarum*[h] *circiter: Ex omnibus tritis & inuicem mixtis cum adipe*[i] *ſecundum artem Vnguentum fiat, in vitro clauſo, vel pixide diligenter ad ſuos vſus reſeruandum.*

*Si fortè lapſu temporis Vnguentum exſiccaretur, dicto adipe vel melle virgineo humectari & emolliri de nouo poterit.*

*Paretur Vnguentum Sole in Libra*[k] *exiſtente.*

## Vſus & Vires Vnguenti huius Sympathetici.

*Per Veneficia non perficitur hæc cura, vt imperiti fatui opinantur, ſed per medicamenti huius vim Magneticam attractiuam à ſyderibus cauſatam, quæ mediante aëre vulneri adducitur, & coniungitur, vt ſpiritualis opera-*

*tio in effectum deducatur.*

*Fit inquam propter coniunctionem Aſtralem, & Elementalem: Vt enim Calor Solis concordat cum Terra, ita Perſicaria cum morbo, abeunte Sole abit Calor, ita hîc etiam.*

*Tria ergò ſunt, quæ cauſantur per hoc Vnguentum tam mirabilem effectum.*

1. *Sympathia Naturæ.*
2. *Influentia corporum cæleſtium ſuas operationes per Elementa perficiens.*
3. *Balſamum* [m]*, quod ſanandi virtute præditum cuilibet Homini naturaliter inditum eſt.*

*Hoc vnguento ſanantur omnia vulnera, quocunque telo, ictu, iactu, cuicunque etiam ſexui inflicta (ita tamen vt nec nerui, arteria, nec vnum è tribus principalioribus membris* [n] *læſum ſit) modò telum haberi poſſit; etiam patiens multis milliaribus à nobis abſit. Et quia eſt* [o] *conglutinantis, ſuppurantis & renouantis Naturæ, non permittit, ſi debito modo applicetur, vllum noxium ſymptoma ſuperuenire.*

## Obſeruationes.

1. *Vngatur telum, quo homo vulneratus eſt, ſingulis diebus ſemel, ſi neceſſitas vrgeat, & vulnus ſit ingens: alioquin ſecundo vel tertio die inunxiſſe ſufficit, ſeruetur in mundo linteolo* [p] *& loco tepido non nimis calido* [q]*, ne*

damnum

*damnum inferatur patienti: Cauendum etiam ne puluis deſuper telum cadat, nec ventus afflet in loco frigido, alioquin patiens ad inſaniam redigeretur.*

2. *Antequam telum vngas, conſidera, an punctim vulnus factum ſit, quod ſi eſt, vngatur defenſorium* [s] *illud ſuperius* [t] *(& non inferius) deſcendendo,* [t] *alioquin nocumentum adferretur ægrotanti.*

3. *Si verò non poßis cognoſcere, quàm profundè vel quomodo defenſorium in carnem introinerit, poteris illud totum perungere, alioquin ſufficit locum teli, quo aliquis læſus, inunxiſſe* [u].

4. *Non eſt neceſſe conſuere vulnus, more barbitonſorum, ſed ſaltem linteolo mundò quotidie circumligare, in patientis vrina prius madefacto.* [uu]

5. *Quo die quis inungat telum, abſtineat à Venere.* [x]

6. *Antè inunctionem teli, vulnerato etiam ſiſtatur citiſſimè ſanguis.*

7. *In fracturis & ruptura oßium aliquid pulueris Symphyti maioris* [y] *poteris addere vnguento, vel de radicibus Hellebori nigri.*

*Habito telo, quo quis læſus, & cupias ſcire, vtrum patiens ſit moriturus vel ſuperuicturus, ſic experiere.*

*Si illi telo ſupra carbones calefacto in tantum, quod poſſis manum deſuper tenere, ſubtiliſſimum puluerem è Sandalo rubro & Hamatit. aſperſeris, ſi ſudat guttas ſanguinis, moritur patiens, ſin minus euadet.*

*Si verò ſcire volumus, vtrum patiens ſe rectè gubernet in potu & aliis requiſitis.*

*Hoc cognoſcitur, quando in defenſorio macula ſanguinis apparent, ſin minus, tum bene ſe gerit.*

*Notandum inſuper.*

1. *Non habitis armis ſeu telo, nihilominus quamlibet cutis aperturam & læſionem violentam, per quam ſanguis egreditur, hoc Vnguento ſanari poſſe, ita vt lignellum ſalicinetum ⁱⁱ in apertura cruenta madefiat, & poſtquam ſanguis adhærens ſiccatus eſt (non ad Solis vel Ignis calorem) ſed ſponte & per ſe, demum infigatur ſupradicto Vnguento in pixide aſſeruato, intus relinquendo.*

2. *Si vulnus fortè magnum & profundum eſſet, ſingulis auroris mundificari poteſt & recenti linteolo ligari, ſine omni alio vſu extraneorum oleorum, vnguentorum & ſimilium: tunc ſanatur hoc vulnus quocunque modo inflictum per ſe, & ſufficit lignellum ſemel tantum in apertura ſeu vulnere cruento prius madefactum, vnguento pixidis infixum manere,*

vſque

*vſque ad ſanationem plenariam.*

3. *Attamen quoties vulnus aliquod nouum ſanandum eſt, requiritur ſemper recens lignellum.*

4. *Si verò vulnus nollet ſanguinem emittere, tamdiu lignello ſcarificandum, donec ſanguis effluat: Sic etiam in dolore dentium ſanando, dens dolens tamdiu ſcarificetur ſcalpello, donec ſanguinem emittat, ſcalpellum poſt exſiccationem ſanguinis vngatur hoc vnguento, ſic confeſtim ſedatur dolor.*

*Si equus ſit clauo transfixus pede, extrahatur prius clauus & inungatur, & citò curabitur pes equi, ſine ſuppuratione.* bb

*Eodem modo poſſunt omnia animalia carnem & oſſa habentia curari.* cc

*Summus medicus, cuius* Verbo *Medicina ab ipſo creata demum eſt efficax, det ad horum legitimum vſum, ſuam gratiam & Benedictionem, omnibus ritè & piè vtentibus: ipſi ſoli Altiſſimo ſint laudes & gratiæ perennes ac perpetuæ, AMEN.* Exod. 15. ſect. 26. Sap. c. 16. ſect. 12.

*a* Scilicet ℥ iv.

*b* Septennium tamen non excedant.

*c* Regenwürme / In affectibus neruorum magnum vſum habent.

*d* In Veſicâ propriâ cum vrinâ eiuſdem aliquantulum macerati & poſtea exſiccati.

*e* Citrini non rubri.

*f* Communis ſcilicet Ægyptiorum, non Paracelſicæ ex patibulo.

*g* Meliores ſunt ex ſuſpenſis.

*h* Hoc eſt ℥ j.

*i* Aprugni vel vrſi.

*k* Hoc eſt in Autumno.

*l* Si imponatur membro vt caleſiat, & poſtea terra obruatur: vt putreſiat, vulnus curatur.

*m* Sanguinis.

*n* Corde, cerebro, epate.

*o* Vnguentum ſubintellige.

*p* Vel etiam in aluta capreali.

*q* Non ſquallido.

*r* Telum.

*ſ* A cuſpide.

*t* Verſus crucem.

*u* Si cæſim, ab acie aduerſus dorſum.

*vv* Aut aqua aut vino tepido.

*x* Etiam ille, qui inungit.

*y* Vel oſteocollæ.

*z* Hoc faciendum eſt, antequam inunctum ſit telum.

*aa* Vel ſalignum.

*bb* Vnguenti Hopliotrici ſeu armarij aut tromatici, hoc eſt Vulnerarij, τραῦμα enim vulnus Ionibus eſt τρῶμα, inde τραυματικὸν Vulnererium, quod idem eſt quod κολλητικὸν, hoc eſt, glutinatorium. Compoſitionem & vſum peculiari tractatu & quidem thetico περὶ ὁπλιατρίας exagitauit diu Libauius, nuper verò, poſtremo Tomo arcanorũ chymicorum cap. 22. partis prioris Apocalypſeos Hermeticæ, idem in hoc vnguentum ab autore noſtro propoſitum inuehitur ſophiſticè, & pro

more

more ſuo & inſtituto argumentatur admodū ſcabioſè. Sed ſophiſticam Libauij tanti non facimus, quanti experientiam, à qua qui virium & poteſtatum in rebus ipſis exiſtentium effecta depromi manifeſtè cernimus, vtvt cauſas inexploratas deploremus, illi tamen & neceſſitate quadam coacti ſubſcribimus, eiuſque potentiam admiramur. Sanati autem vulnera ab ipſo Vnguento, non ipſis, ſed vel armis, vel quod armorum vicem obtinet, affricato, nemo non vidit, aut intellexit hactenus, nemo non expertus eſt. Quorſum igitur attinet in manifeſta experientiæ luce cæcutire: quamuis adhuc dum, cur iſthæc fiant, cauſæ veræ & adæquatæ inueſtigando explorari non potuerint, nulli poſſibiles fuerint. Magnes trahit ferrum, & vtrumque miro modo inter ſe afficitur, ſed quis tam ingenioſus fuit vnquam, qui iſtius mirabilitatis potuerit reddere cauſas connatas, & effectionem iſtam vnicè & κυρίως molientes? Eodem pacto de vnguento hoc ſtatuendum eſt, nec ſtatim ad Diabolicas artes, licet præter opinionem noſtram valde efficaces, recurrendum, vel rei hiſtoria in dubium vocanda, aut prorſus pernega nda mundificationi vulneris totum aſſignando, quo pacto idem, vel ſine inunctione teli conſolidari poſſit, vbi in cauſarum momenta prius inquirere licet. Sed dicant eiuſmodi exagitatores.

1. Quamobrem ab hac chirurgia vulneris parum aut omnino nihil efficiatur, ſi vinea à capite ſuſpenſorum non admixta vnguento fuerit.

2. Qui fiat, quod fruſtra inungatur telum, niſi cruore è vulnere manante tinctum fuerit.

3. Qui fiat, quod ægro vel dolores, vel leuamina

ab eo, qui curat, pro lubitu ſuo & per interualla conciliari poſſint.

4. Quid cauſæ ſubſit, quod fractura oſſium non relarcitur vel ſaltem non æquè bene, niſi vel oſteocolla, vel radix ſymphiti maioris vnguento adiungatur?

5. Cur prout vulnus vel punctim, vel cæſim inflictum ſit, telum diuerſimodè perungi oporteat?

6. Quod denique, ſi vulneratus diætæ limites à Medico imperatos tranſgreſſus fuerit, totũ id confeſtim proditur in teli ligatura: Hæc & ſimilia explicent illi, quicumque ſtrenuè cõtra hanc chirurgiæ Martialis experientiã calamum ſtringunt. Libauius hîc nullam concedit, eamq́ue rerum naturalium ſolum eſſe, contendit, atque ſympathia eſt continuatio Naturæ, eiuſq; conuenientia: tametſi enim diſſita ſint Magnetis & ferri corpora, in iis tamen natura ita cõtinuatur, vt etiam conueniant in vnam; quidni verò inter vulnus & vnguentum ipſum continuationẽ quandam, ac propterea ſympathiam eſſe aſſeramus? Quid verò illa ſit, in quo cõſiſtat, & quomodo fiat, & quæ ſit eius cauſa, hoc verò eſt, quod quæritur. Atqui nemo vnquam tantam ingenij diuinitatem ſibi attribuerit, vt iſthæc per omnia ad vnguem explicare potuerit. Quieſcẽdum tamen non eſt, ſed conandũ quouſque mens noſtra poteſt. Eſſe itaque ſympathiam, in hac cura exploratum eſt, in qua primo conſiderandum eſt Subiectum ſeu materia, in qua ipſe nẽpe Sanguis: ſecundo Efficiens, à qua, quæ eſt ſpiritus Mundi ſecretus omnia perluſtras. Tertio cauſa inſtrumẽtalis, ſine qua non perficitur cura. Dicimus igitur

baſin

baſin vnguenti Martialis eſſe Vineam ſeu ſpiritū animalem coagulatum ſcilicet corporeum: cùm enim ſtrāgulantur, ſpiritus vitales & naturales ſurſum feruntur, ibidemque cùm exitus propter ſolidum cranij humani duritiem nullus pateat inter ſuffocandum vnà cum animalibus includuntur, & quaſi carceribus quibuſdam circumſcribūtur, donec temporis progreſſu in vnum coaleſcant, & foras ad cranij circumferentiam erumpant: Hinc accedente Mercurio ſeu ſpiritu Mundi à Neptuno per pluuias, rorem, niuem, pruinas, tanquā externa vehicula in hæc inferiora effuſo, fit víneа, baſis ſcilicet huius medicamēti, quæ in ſe continet omnes virtutes animales, vitales, & naturales, quas eodem modo poſtea vnguento cōmunicat. Quoad ſanguinem: etiamſi, dum ille adhuc ſpirāns è vulnere manat, ſpiritus volatiles illicò in aërē euaneſcerent; tamen ſpiritus ſali ſanguinis fixo inhærētes, quia non expelluntur, ſed retinentur in ipſo, cuius pars ſunt, nullo prorſus modo ſeſe ſubducere poſſunt: Eſt itaque in ſanguine aliquid adhuc, in quo tales operationes fiunt. Quamprimū ergo telum medicamento perungitur, quod fit actu calidè, ſtatim ſal fixus ſanguinis, in enſe ſeu telo attrahit Magnetica & naturali, ſibique inſita virtute ſpiritum animalem ex vnguento, qui duo ſpiritus interueniente ſpiritu Mundi, qui per cuncta diffuſus, atque inſertus, omnium idealium ſeminum & rationum vector, omniū complexu ſuo conciliator, atque ita actiua ſecundum proportionem paſſiuis applicando, omnium, quæ fiunt, proximus autor euadit, amicabili nexu & copula vniuntur. Spiritus mūdi verus eſt Mercurius catholicus, na-

turæ filius primogenitus, adhuc dum in virginitatis ſtatu catholico exiſtens, earúmque rerum, quibus aſſociatur, naturam induens, non ſecus ac cæleſtis ille Mercurius. Hinc ſanè fit, vt quicquid vel commodi, vel incommodi ſpiritus ille extra venas coagulatus ſentit, idem ſtatim congeneri ſuo in venis reſidenti ſympatheticè communicat, idque non niſi medio vniuerſalis illius ſpiritus, omnium corporum clauſtra reſerantis, qui videlicet huic congaudet, vel compatitur: Atque exinde fit, cur æger doleat, ſi telũ igni admoueatur, vel aëri turbido frigidoque exponatur; quia ſcilicet animalis, qui eſt extra hominem, prius patitur, & poſtea paſſionem ſuam communicat illi, qui intra corpus ægri degit per idem vehiculum, quo non tantum hæc, ſed omnia alia in Mundo fiunt. Quinimo, hinc quoque vice verſâ & id excutitur, quamobrem, ſi æger, vel cæpas, vel allium, ſinapi comederit, veneremque exercuerit, id ſtatim in telo obſeruetur: quia nempe animalis ſpiritus in homine prius patitur, ac poſtea ſpiritum ſibi homogeneum in telo paſſionis ſuæ participem reddit: Hæc igitur eſt huius actionis cauſa: atque exinde reliquæ paulò ante excitatæ quæſtiones ſoluuntur & feliciter explicantur.

1. Argumentum. Agens & patiens hic non iuſtam obtinent proportionem: ſanguis nimirum quo imbuitur telum, iam eſt mortuus. ℞. Sanguis telo affricatus, quamuis non informetur amplius à formâ viui, hoc eſt hominis, reſtat tamen forma miſti, quæ efficit, vt adhuc ei inſit tam vis agendi quàm patiendi.

2. Argumentum. Remedium eſt applicandum corpori

corpori ſanando. iam verò totum non ſanandum, ſed pars vulnerata. ♃. 1 Axioma hoc non eſt catholicum. 2. remedia non ſemper parti affectæ applicari teſtantur omnia, 3. Quomodo curatio, quæ hic telo adminiſtratur, communicabitur parti affectæ, cum æger ſæpe aliquot milliaribus abſit. ♃. 1. Etymon vocabuli axiomati reclamat: Si eſt cura magnetica, præſupponitur certum ſpatium, per quod trahit. 2. Communicatio fit per vim magneticam eo modo, quo odor cadaueris communicatur naribus vulturum per multa milliaria. 3. Quantumuis fateamur modum hunc communicationis eſſe ignotum, non tamen inde ſequitur confeſtim magicum eſſe proclamandum. Sic nimirum fluxum & refluxum maris magicum quid aſſerendum, quippe cuius cauſa multis fuit & eſt adhuc ignota. Idem etiam de aliis infinitis ſtatuendum. Latent nimirum plurima in naturæ abyſſis, & vix minima pars nobis perſpecta, cætera vix ſera poſteritas curat. Vnde quia τὸ διότι nobis ignotum, non τὸ ὅτι ideo reijciendum aut magicum proclamandum. 4. Argumentum. Adhibetur hic ablutio partis, vrina propria, ligatura, diæta, &c. ♃. Hæc aliquid faciunt ad conſolidandum tanquam cauſa ſine qua non: Sed adeo paucorum dierum ſpacio ſcopum præfixum ea aſſequi, experientia reclamat.

*cc* Coronidis loco diſcipulis meis ſuauiſſimis, fideliter communico duo quædam Medico-Chymica, quorum primum eſt oleum camphoræ, & exinde compoſitio cum aliis alexipharmacis cõtra peſtem. Alterum eſt Præcipitatus Diaphoreticus ex cinnabari natiua in ſua tria principia rectè

ſeparata, & poſtea ex iiſdem ritè coniunctis, qui præcipitatus certè eſt inſtar cuiuſdam Vniuerſalis, quibuſlibet morbis inſeruiens.

## ALEXIPHARMACVM SINGVLARE.

℞ Camphoræ e.g. ℥ j ß. olei amygdalarum dulcium vel ſpiritus Terebinthinæ, aut quod omniũ optimum & pretioſum eſt, olei caryophyllorũ ℥ iij. Salis abſinthij ℥ ij ß. tere primò camphorã quãtum fieri poteſt ſubtiliſſimè, & paulatim tandem imbibendo cum oleo tere, donec planè fiat inſtar pultis, tandem etiam adde ſalem abſinthij ac inſuper aliquandiu tere, donec nempe omnia probè fuerint per minima qua miſta. Hæc per retortam breuioris admodum colli ex Balneo ſicco, quod in reuerberium clauſum eſt deſtilla in excipulũ non vſq; adeo magnum, ſed breue, ignis gradibus primò lentis, poſtea auctioribus, nec tamen omnino fortioribus, donec nempe & ipſum oleum prodeat, & cum eo camphora in forma lenta & butyracea prodeuntibus cõfertim ſimul multis ſpiritibus albis. In fine, ne nimirum empyreuma præſertim ſi oleum amygdalarum abſumptum fuerit, in cæteris id non eſt tenendum, contrahat, excipulũ cum prægreſſo oleo eſt auferẽdum, & tandẽ ignis augendus, vt ſal abſinthij adhuc dum in retorta reliquum probè à fœtore mundetur & calcinetur, retortula etiam igñe intenſiore demum candente: Salem abſinthij eundem deinde tere, & ſuperfuſo omni illo quod prima deſtillatione prodiit oleo denuo ex alia retortula, eodem modo vt prius, deſtilla, ac poſt omne oleum clarius, primò factum eſt euocatum. Salem denuo calcina, fœtore eodem,

quem

quem adhuc dum fæces olei amygdalorum dulcium facere videbuntur, hoc modo ablato. Eundem laborem repete etiam tertiò, ſuper eundem ſalem idem oleum rectificando. Extremò in eodem oleo nonnihil adhuc propter camphoram butyraceam, ſed tamen puro, extingue fruſta laterum ignita ſ.q. & quidem eodem oleo iſti infundenda vaſe apto, quod operculo ſuo, ſtatim poſt iniecto, lateres (inflammatur nimirùm oleum) operiri poſſit, ac tandem ex retorta leni igne deſtilla, & prodit oleum clarum & tranſparens, à phlegmate ſi quod admiſtum eſt, ſeparandum. Interea dum iſtud oleum fit, poſſunt reliqua præparari, quæ in eandem compoſitionem ingrediuntur; ceu ſunt extracta Myrrhæ, aloës & croci, præterea Gummi ſulphuris. Extracta fiũt ad eum modum, quem docet Tyrocinium chymicum lib. 2. cap. 9. cum ſpiritu vini, ſed myrrha & aloë primũ in aceto deſtillato ſoluenda ſunt, vt ſeparentur nimirum fæces, poſtea auocato aceto, reliquum per ſpiritum vini ad præſcriptum artis peragendum. Gummi Sulphuris fit ad præſcriptum balſami Sulphuris Tyrocinij. Sed in fine ſpiritus vini ab extracto Sulphure eſt ſeparandus, vt illud in fundo tãdem reſtet, & in frigore coaguletur inſtar Gummatis. Compoſitio horum omnium eſt talis.

℞ Olei Camphoræ.
Extracti Myrrhæ ana ℥ j.
Aloës ℥ß.
Croci.
Gummatis Sulphuris ana ʒ ij.
Miſce omnia diligẽter & ſerua in vaſe mundo.

Doſis eſt gr. ij. vel gr. iij. quotidie manè cũ aqua

Theriacali, intra 24 horas à prima infectione vel
ſemel vel bis ad ſudores proliciendos ſumta.

## PRÆCIPITATVS DIAPHORETICVS excellens.

Primò omniū fiat ſpiritus Nitri, ceu docet Ty-
rocinium chymicum lib. 2. cap. 4. Huius recipe li-
bram vnam, ſalis gemmæ tenuiſſime pulueriſati
tantundem: miſce, & ex retorta conuenienti è ve-
ſtigio, cum ſuo recipienti antea cōiuncta, deſtille-
tur ex reuerberio clauſo aqua rubicūdiſſima, quā
ſerua. Deinde recipe Cinnabarim natiuam Vnga-
ricam rubicundiſſimam, quæ minera eſt Mercurij
ſeu argenti viui, probè à ſcoriis montanis libera-
tam, quantum vis, eamque paulatim in aqua præ-
cēdēti ſolue, ac imprimis vide, vt caute procedas:
vehementer enim incaleſcūt inuicem, particula-
tim itaque minera inijciēda eſt, ac inſuper ad eius
totalem ſolutionem, quę egregiè vireſcit, ſatis ma-
gna quantitas mēſtrui requiritur. Solutionem cla-
ram, & à ſulphure combuſtibili, quod vel ſuperna-
tat ſolutioni, vel in fundo reſidet, per inclinatio-
nem decāta, & ex cucurbita in igne arenæ deſtil-
la. Prodit primo menſtruū, ac quæ principia ſunt
ipſius mineræ, in fundo manent, iam quidem pro-
pter hanc ſolutionem & menſtrui ablationem di-
ſcontinuata, ſed deinceps ſeparanda. Itaque poſt-
eaquam iam menſtruum omne ſeparatum fuerit,
vrge ignem aliquantò fortius: & ad latera ſeu ſpō-
diola cucurbitæ eleuabitur mercurius ſublimatus
albiſſimus, in fundo verò retortæ ſulphur & Sal
dati ſubiecti ſimul reſidebunt. Detrunca itaque
cucurbitam videlicet & Mercurium ſeorſim, nec
cum

cum cæteris principiis confuſum, vt hæc eadem ab illo ſeparata habere poſſis. Sublimatum communem diligenter collige, & cum aceto deſtillato, in cucurbita, igne arenæ ebulliendo ſolue: fæces remoue; acetum clarum, Mercurium tamen in ſe contineas, abſtrahe ad ſiccitatem: quod reſtiterit, cum aqua pluuia, vel rore majali, iterum ebulliendo, abiectis fæcibus, ſolue & aquam deſtilla vſque ad magma quodammodo nigricans. idem cum recenti aqua pluuiali deſtillata, viciſſim ebulliendo, ſolue, abiectis fæcibus deſtilla, ſicque etiam tertia & quarta vice, donec nimirum Mercurius poſt quartam deſtillationem planè albiſſimus reſtet. Huic tandem affunde alcohol vini præſtans, & cum alembico cæco in Balneo digere per aliquot ſeptimanas, vel etiam per integrum menſem. Interea reliqua quoque principia, quæ in fundo cucurbitæ, poſt ablatum Mercurium, reſtitere, ſepara & clarifica, quod hac ratione obtinebis. Super eadem infunde aquam pluuiam deſtillatam calidam: Statim ſal ſoluendo ſeſe in eandem aquam abit, ſulphur verò flaueſcens ſolum manet. Quod ſi aliquid ſalis adhuc dum eidem adhærebit, illud per aliquot repetitas eloitiones aquæ pluuiæ deſtillatæ auferendum eſt, & priori ſalis extractioni miſcendum. Vtrumque autem deinceps eſt purificandum, quod vnicè quoque per ſpiritum vini abſoluendum eſt. A ſale igitur aufer aquam deſtillatam, cum qua nimirum ſalem extraxiſti, & eundē cum optimo ſpiritu vini ſolue, fæcibus remotis ſolutio futura eſt ex viridi flaueſcens: aufer ſpiritum vini ad cuticulam ſupereminentem & ſal ipſum, inſtar Vitrioli tranſparentis, in fundo

coagulabitur,quod diligẽter collige & ſerua. Sul-
phur verò, aliquoties cum aqua calida deſtillata
prius lotum,& exſiccatum,ſimili mòdo cum ſpiri-
tu vini aliquãdiu digere, & eundem poſtea aufer.
In promptu itaque hoc modo ſunt duo principia
ſalis & ſulphuris purificata, ad eandem puritatem
quoque redigendus eſt Mercurius.Poſteaquam il-
le fuerit per deſtinatum tempus cum ſpiritu vini
digeſtus & ſolutus: rubeſcit enim totum illud cõ-
poſitum eleganter: ex retorta,in excipulum capa-
ciſſimum, igne arenæ lento primò deſtilla ſpiritũ
vini,poſtea vrge ignẽ & prodibit ſpiritus Mercu-
rij,ſæpe hinc inde per totum recipiẽtem extẽdẽ-
do,& ſublimando inſtar Cryſtalli:relinque omnia
poſt exactam deſtillationem,& poſt horas 24.ſpi-
ritus Mercurij cryſtalliſatus in ſpiritũ vini primò
deſtillatum ſoluetur, qui denuo à ſpiritu vini ſe-
parandus eſt,id quod fac per Balneũ lene:Spiritus
enim vini aſcendit, & ſpiritum mercurij in fundo
relinquit cineritij coloris,quem etiam ſerua. Ha-
bitis his principiis omnibus, tandem ad illorum
coniunctionẽ anaticam eſt deſcendendum; quam
hoc modo ſolue. Primo fiat omniũ aqua coniun-
ctiua ex eadem minera hac via. Solue mineræ ar-
genti viui Vngarici ℥ vj.in aqua ſoluente,ex nitro
& ſale gemmæ primo loco facta, ac ſequeſtratis
fæcibus, reſolutionem ex Balneo leni deſtilla, ad
craſſitiem vſq; oleoſam: affunde recentem aquam
ſolſientem,ac viciſſim ad oleoſitatem deſtilla, id-
que fac 5. vel 6. Poſtea repone in Balneo Mariæ,
vaſe clauſo,ad putrefaciendũ per 14. dies,tandem
deſtilla lento igne arenæ, donec quicquid aquæ
ſuperfluum fuerit ſeparetur:vbi ſpiritus albicantes
prodie-

prodierint, muta recipiens, aliudque apponendo, & diligenter lutando, eos cape, cum aqua ſimul poſtea prodeunte, vrge deſtillationem, vſque ad ignitionem vaſis, aquam hanc ſerua. In huius ℥ vj. ſolue ſalis ſupra facti ℥ ij. ac circula aliquandiu in Balneo, poſtea ſuper ℥ß. ſulphuris funde iſtius aquæ, in qua nempe ſal eſt reſolutum & digeſtum, ℥ j ß. ac viciſſim per Balneum lene tandem ſepara ad craſſitiem: denuo affunde eiuſdem aquæ priorem quantitatem, nempe ℥ j ß. & diſtillando per Balneum euoca, atque ita perge, donec cum ſulphuris ℥ß. ſalis ℥. vna integra fuerit copulata; id quod ex pondere cognoſces, an ex ambobus factus ſit vnus viſcoſus quidam liquor. Harum ℥ß. adde ℥ ij. ſpiritus Mercurij ſupra præparati, inque phiola ſigillo Hermeticè clauſa, coque in Athanore, prudenter adhibitis ignis gradibus, donec omnia in puluerem rubicundum verſa fuerint; id quod ſpatio menſium trium vel quatuor fiet. Puluerem hoc modo præparatum & tandem cum alcohole vini correctum ſerua. Eſt medicina vniuerſalis, cuius gran. vnum vel ad ſummum duo in vehiculis conuenientibus, in quolibet morbo exhibita, balſamum internum, ad expellendum intrò hoſpitantem hoſtem, vel per vomitum, vel per aluum, vel per ſudores, mirificè adiuuant.

*Sit nomen Domini benedictum.*

# EPILOGVS.

DEſinant nunc in poſterum ſupercilioſi Thraſones Academici, Chymicorum Medicamentorum conuitiatores, qui minis, violentiſq́; obiurgationibus, pro maieſtate ſua decernentes, Auorum noſtrorum fidelem Veritatem & diuinam ſcientiam hactenus ſtultè irriſerunt, condemnarunt, & mille ludibriis affecerunt: Deſinant inquam Hermetis diſcipulis, infamia, inuidiæ, inſcitiæ & fraudis notas inurere, ac deinceps oculares demonſtrationes, manifeſtóſque operationum poſtulare modos: inuſitata item & noua ſua addiſcendi ratione, imperioſè à Carbonariis, quos ita vocant, medicis Spagyrica exigere Secreta, quæ diuina Virtute inſpirante, Reipubl. pleno horreo hac vice communicaui candidè: Interim hoc vnicum ab omnis Falſi & iniuſti Vindice acerrimo ſummis contendens precibus, vt omnibus, qui cum ardenti inuocatione auxilij Omnipotentis DEI, grato animo his ritè præparatis ad Creatoris laudem & gloriam, proximi egeni commodum ſyncerum ac debitum arti Chymicæ immeritò proclamatæ Honorem

vtentur,

*vtentur, eaq; poſt* DEI *liberalitatem Spagyricæ Reipubl. accepta referent, Gratiam iiſdem & omnem Benedictionem in medendo præſtet ac largiatur. Deriſoribus autem indignis, ac illis, qui ſimulato contemptu hiſce Dei donis clanculum vtentur, (ſicuti hactenus multos Galenicos maleferiatos, ex aliorum laboribus ſibi rectè laudem & æſtimationem venantes, feciſſe manifeſtum eſt) & interna perfidia benefactores Spagyros ſeu verbo ſeu dicto inſectari non ceſſabunt, omnia eueniant contraria. Id vt firmum at ratum ſit, faxit illa Sacroſancta* TRIVNITAS, *quæ mihi voluntatem habilitatemq; dedit, hos labores Chymicos, & hæc grana Spagyrica è paleis eruta, non ſine maximis ſtudiis penitiſſimè ſæpiſſimeq; examinata, perpetuæ poſteritatis memoriæ conſecrare, & dicat totus Senatus Populuſq; Spagyricus mecum ex intimo corde, Amen.*

Viue, Vale Lector, ſi quid ſcis rectius illis,
Candidus imperti: ſi non, his vtere gratus.

*FINIS.*

[library stamp]

## LECTORI.

SEries Præparationum Chymicarum ſubſequens adeo commoda mihi viſa eſt, quippe ex qua facilé veniat eruendum quicquid in præcedenti libro notabile eſt, vt cum editore Germano non dubitauerim ſine ampliori indice tibi Baſilicam Chymicam cum notis hac commodiori formula expedire. Vale.

*P.C. Typographus.*

SERIES

# SERIES
# PRÆPARATIONVM CHYMICARVM, VT
## ordine in Baſilica Chymica, & notis ſimul annexis, illæ habentur.

SANATIONES omnium *morborum duplices* 3
*Vniuerſalis altera* ibid.
*Altera particularis* 5
Via particulari: Morbos expelli *bifariam* ibid.
*primo per vniuerſalia emunctoria* ibid.
I. Vniuerſale digeſtiuum ſeu *maturatiuum* 12
*Tartarus Vitriolatus* 15
II. Vomitiuum. 22
*Vomitorium Conradini* ibid.
*Gilla Theophraſti ſeu Sal Vitrioli* 23
*Phlegma Vitrioli acidum* 24
*Vitriolum album Vomitiuum* 25
*Aqua benedicta Rulandi* 28
*Crocus metallorum* 29
*Aqua benedicta Hartmanni* 31
*Syrupus Vomitiuus Hartmanni* 32

III. Catharticum, reſolutiuum, mundificatiuum, abluens. 36
*Turpethum minerale* 39
*Mercurius præcipitatus variis modis à pag. 41. vſque ad pag. 58*
*Arcanum corallinum aliquot præparationibus* 58
*Mercurius dulcis* 66
*Flores butyri antimonij* 69
*Flores antimonij correcti* 75
*albi* 78
*rubei* 79. & 80
*Pillulæ antimoniales duplices* 81
*Electuarium antimonij* 84
*Antimonij vitra correcta* 89
*Globuli ex vitro antimonij* ibid.
*Panchymagogum* 91
*Spiritus vitrioli purgans* 96
*Scammonij vera præparatio* 103
*Optima ſcammonij præparatio* 104
*Præparatio ſcammonij breuior* 107
*Specificum purgans Paracelſi* 109
*Salia herbarum* 113
*Specificum purgans compendioſius* 117
*Modus magiſtralis arcanorū ex vegetabilibus* 119
IV. Diureticum. 120
*Sal ſuccini* 121
*Spiritus ſalis* ibid.
*ſalis compoſitus* 127
*Cryſtalli ſalis dulces* 128
*Spiritus ſalis nitri* 131
V. Diaphoreticum 134
*Antimonium diaphoreticum* ibid.
*Bezoardicum Solare* 140

*Diaphoreticum Solare Korndorfferi* 141
*Antimonium diaphoreticum fixum* 144
*Bezoardicum minerale ſimplex* 145
*Scheunemanni* 146
*Solare* ibid.
*Lunare* 147
*Saturninum* 149
*Iouiale* ibid.
*Martiale* ibid.
*Venereum* 150
*Mercuriale* ibid.
*Spiritus Tartari* ibid.
*compoſitus aperitiuus* 156
*Tinctura Tartari* 158
*Diaphoreticum in peracutis* 159
*Aurum Tranſparens* 161
*Panacaa ſulphuris antimonij* 163
VI. Confortatiuum 164
*Sal perlarum* 165
*Arcanum perlarum* 170
*Quinta perlarum eſſentia* 171
*Sal corallorum* 174
*Magiſterium corallorum butyraceum* 177
*Tinctura corallorum* 178
*Liquores gemmarum & ſilicum* 181
*Acetum radicatum* 183
*Oleum cinnamomi* 185
*Elixir proprietatis Paracelſi* 190
*Balſama confortantia beneficio cera inſpiſſata* 194
*Ambra eſſentificata* 197
VII. Anodynum, mitigatiuum *ſomniferum*, *ſedans* 198
*Laudanum Paracelſi laudatiſſimum* 199

*Anodynum ſpecificum Paracelſi* 203
*Laudani opiati ſincera deſcriptio* 204
*Laudanum ſine opio* 205
*Epilepticum* 208
*Hyſtericum* ibid.
*Electuarium Laudani* 210
VIII. Odoriferum 215
*ſecundo per media ſpecifica* 216
Medicamentum ſpecificum *omnium ſeptem membrorum principalium* 220
Specificum capitale 223
*Vitrioli ſpiritus* ibid.
*Vitrioli ſpiritus Volatilis* 225.226
*penetrantiſſimus* 226
*Oleum Vitrioli dulce* 227
*Vitrioli ſpiritus alius* ibid.
*antepilepticus puerorum* 228
Epilepticum medicamentum 229
*Cerebri humani arcanum vel ſpiritus* 230
*Puluis epilepticus ex cinabar. antimonij* ibid.
*de ſpina muſtela piſcis vel vipera* ibid.
*Puluis praſeruatiuus de ſtercore vacca nigra* ibid.
*Epatum ranarum viridium* ibid.
*Amuletum ex frutice in ſalice* 231
*Confectio antepileptica Paracelſi* ibid.
*Galreda Cranij humani* 232
*Luna potabilis* ibid.
*Aqua epileptica* ibid.
*Magiſterium cranij humani* ibid.
Apoplecticum 233
*Aqua vita apoplectica eximia* ibid.
*Lilior. conuallium & Lauendula* 234
*Oleum ſuccini* ibid.

*Sal ſuc-*

*Sal ſuccini* 236
*Succini albi præparatio artificialis* 240
*Balſamum apoplecticum* 242
Ophthalmicum 244
*Arcanum Valeriana* 247
*Euphraſia* ibid.
*Specificum fellis Lucij piſcis* ibid.
*Aqua ex albumine ouorum* ibid.
*ex chelidonia & cancris* 248
*ex ſaccharo candi & vitriolo* ibid.
*Aqua ex floribus cichorij* ibid.
*alia præſtantiſſima* ibid.
Odontalgicum 249
*Oleum Anodynum* ibid.
*Aqua eiuſdem efficacia* ibid.
*Radix Lapathi acuti* ibid.
*Decoctum lappa maioris* 250
*Puluis gallarum cum ſucco radic. pyrethri* ibid.
*Oleum buxi* ibid.
*Laudanum opiatum* ibid.
Pectorale 250
*Lac ſulphuris* ibid.
*Aqua ex raphani taleolis & ſaccharo* 254
*Succus bryonia* ibid.
Cordiale ibid.
*Aurum potabile,*
*deſtillatio ſpiritus Vrina & Vini optima* 276
*Cõtinuatio vel præparatio auri potabilis ſincerior* 278
*Typus Tartari potabilis corporalis* 280
Stomachicum 282
*Oleum Vitrioli, Veneris & Martis* ibid.
*Vitriolum Smaragdinum* 288
*Vitriolum hermaphroditic...* 289
*ſpecificum ex ſale armoniaco* 290

*Arcanum centaurij minor. & pulegij* ibid.
Vterinum 291
*Elixir Vterinum* ibid.
*Puluis è callis equarum* 293
*Extractum ſplenis bouis* ibid.
*Epatis bubuli*
*Sal Iouis* 294
*Aqua ſingularis, in qua offertur Sal prædictũ* 295 ibid.
*Liquor Iouis* 296
Febrile 297
*Puluis* ibid.
*Potio* 298
*Aqua formicarum* 299
*Bal. ammoniac. depuratum* ibid.
*Caput ſerpentum pro amuleto* 300
*Nucleorum perſicorum vſus* ibid.
*Decoctum raparum* ibid.
Peſtilentiale ibid.
*Elixir peſtilentiale* ibid.
*Aqua peſtilentialis Hartmanni* 301
*Ol. Camphoræ compoſitum* ibid.
*Elixir proprietatis* ibid.
*Bezoardicum Solare* ibid.
*Aurum tranſparens* ibid.
*Panacea ex ſulphure antimonij* ibid.
*Flores ſulphuris* 303
*Aqua Theriacalis* 310
*Zenexton Paracelſi* 312
*pro ditioribus* 316
*Zenexta alia* 319
*Zenexton mercuriale* ibid.
*arſenicale* 321
*Magnes arſenicalis* ibid.

*Empla-*

*Emplaſtrum ex magnete arſenicali* 323
Podagricum ibid.
*Balſamum podagricum primum* 325
*ſecundum* 327
*Unguentum anodynum* 328
*Spiritus ſalis ammoniaci* 329
*Aqua antipodagrica Rulandi* ibid.
*Liquor ſaponis* 331
Nephriticum 332
*Sal contra calculum* ibid.
*Puluis contra calculum ſingularis* 336
*Oleum oculorum cancri* ibid.
*Puluis oculorum compoſitus* ibid.
*Extractum globorum cynosbati* ibid.
*Puluis oniſcorum* 337
*Liquor Cryſtallorum* 338
*Ludi Paracelſi* ibid.
Hydropicum 339
*Purgans ſpecificum hydropicum* ibid.
*Mercurius praecipitatus* 341
*Mercurius vitae* ibid.
*Extractum rad. eſulae* 342
*Aqua lumbricorum terreſtrium* ibid.
*Stercus anſerinum viridiuſculum* 343
*Sal ranarum & bufonum* ibid.
*Arcanum cumini & carui* 344
Dyſentericum 344
*Puluis dyſentericus eximiae virtutis* ibid.
*Eſſentia ſeu tinctura Smaragdi* 348
*Sulphur Solis* ibid.
*Aurum potabile Anglicanum* ibid.
*Sal corallorum* ibid.
*Laudanum opiatum* ibid.

*Fomentum* 349
*Croci martis eſſentia* ibid.
Venereum 351
*Eſſentia ſatyrionis* ibid.
*Salia vegetabilium cryſtallina* 351.356
*Venereum Paracelſi ſpecificum* 357
*Ol.nucis moſchata* ibid.
*Stercus perdicis in eiuſdem felle ſolutus* ibid.
*Radix ſatyrionis iuſto tempore collecta,& cum Ol. Iuniperino miſta, vel condita per ſe* 358
Venenatum ibid.
*Theriaca de mumia* ibid.
*Arcanum Theophraſti ad quauis venena præſtantiſſimum* 362
*Serpentum præcipuè viperarum alcohol* 364
*Concluſio de morbis internis & quædam de morbis aſtralibus* 366.367.368.369
*EXTERNA.* 371
Vulnerarium, Vlceroſum, Puſtuloſum, *mundificans, mitigans, conſolidans* ibid.
*Balſamum vulnerarium efficaciſſimum* ibid.
*Balſamus hypericonis* 374
*Emplaſtrum ſtipticum* 375
*Opodeldoch Paracelſi* 380
*Lapis medicamentoſus efficax* 383
*Saluts* 386
*M. Iohan. Greiff.* ibid.
*Aqua mercurialis* 387
*Sal, butyrum, ſaccharum ſeu mel Saturni* 388
*Oleum Saturni & ſpiritus* 392
*Sperniola* 393
*Coſmeticum contra faciei maculas* 396
*Coſmeticum ex fellibus taurorum* 398

*ex Can-*

*ex cancris* 399

*Coſmeticum ex talco ſeu Ol. talci* ibid.

*Vnguentum Sympatheticum ſeu ſtellatum Paracelſi* 400

*Coronidis loco à commentante adiecta ſunt duo ſingularia medico chymica medicamenta, quorum primum eſt*

*Alexipharmacum ſingulare: alterum*

*Præcipitatus diaphoreticus excellens, qui eſt inſtar medicinæ vniuerſalis.*

*EPILOGVS.*

*Addita ſunt ſingulis medicamentis ſuæ vires, vſus, doſis, modus exhibendi, cautiones & obſeruationes.*

FINIS

BIBLIOTHEQUE NATIONALE IMPRIMES

# OSWALDI
# CROLLII
## TRACTATVS
## DE SIGNATVRIS

*Internis Rerum, ſeu de vera & viua Anatomia maioris & minoris mundi.*

Ee

## Epiſtola Nuncupatoria,

*AD*

*Illuſtriſsimum Principem ac D.*

# PETRVM WOK VRSINVM,

*DOMINVM A ROSENBERG, Inclytæ & Antiquiſsimæ Domus Roſenbergicæ Seniorem & vltimum, primariumq́ Boëmorum Dynaſten, Bonorum ſtudiorum omnium Mœcenatem Excellentiſsimum.*

COGITANTI mihi, ILLVSTRISSIME PRINCEPS, Domine Clementiſſime, qui munificâ & ALEXANDRINA liberalitate me Tuæ Celſitud. perpetuo debendæ gratiæ reum effeciſti, qua Ingenij induſtria, quóve Venerationis Celſitud. Tuæ, iuxta deuo-

tiſſimi animi mei obſeruantiam, aliquem ſaltem gratitudinis conatum in præſtitæ ſuæ erga me beneficentiæ Teſtamentum declararem: Animus erat munere aliquo pulchro & magno Celſitud. Tuâm (pulcherrimis maximiſq; digniſſimam) adornare: Aſt Aurea Argenteáve gemmis & margaritis radiantia (quæ ex Dei beneplacito abundè C. T. poſſidet.) mihi & meæ conditionis hominibus à fortuna denegata ſunt. Munus igitur offero aliud, Botanologicum, Hortum videlicet pulcherrimis ſimplicibus inſtructum, conſcriptum & exornatum miram ex Innata Signatura cum corporis noſtri membris Harmonicam Correſpondentiam, iucundiſſimo ſpectaculo exhibentem & repræſentantem. Cùm enim inter omnia BONA à DEO Opt. Max. egentibus mortalibus erogata, ipſius Orphei, Platonis, & omnium Antiquorum teſtimonio vix vllum ſit Medicinâ præclarius, Ars omnium, quas humana eruit ſolertia, ſalubertima, Antiquitate, Nobilitate, & Diuinitate cæteras antecellens, quo nomine etiam veteres non ſine cauſa in conuiuiis ſuis ſolennibus decantare ſolebant.

*O Sanitas,*

*O Sanitas, tu maximum Hominibus Bonum.*

Item:

Οὐδὲν ὄφελός ἐστιν, οὔτε χρημάτων, οὔτε σώματος, οὔτε τῶν ἄλλων
οὐδενὸς ἄτερ τῆς ὑγιείης.

Propter hanc Artis Medicæ dignitatem ac vtilitatem, quam Humano generi præſtat, illi de Rebus mortalium bene merentur, qui in hac augenda & illuſtranda omnes ingenij ſui neruos intendunt, nec ſumptibus, quoad fieri poteſt, nec laboribus parcendo: ſiquidem nil præſtantius, nihílque Homini laudabilius eſſe poſſit, quàm de hominum genere quoquo modo bene mereri, eámque cognitionem quam à Natura habemus, noſtra quoque opera arctius aſtringere: Id ego diligenter perpendens omni conatu ab ineunte ætate illuc perſpexi, vt pro mea, ad omnes liberales artes & præclara ſtudia, ita quoque ad vtiliſſimam ſtirpium cognitionem, aliarúmque rerum Naturalium, peculiari quadam inclinatione ac propenſione, ipſe quoque in communem vitæ vſum, ſtudiis & laboribus iuuandæ Reipub. propagandæque Veritatis ergo, aliquid adferrem, de

eâque bene meritus exiſtimaret. Tanta ſiquidem mihi ſemper fuit iuuandæ in vniuerſum Reipubl. Medicæ promptitudo, vt pro mea Tenuitate nec ſumptibus, nec vigiliis, nec laboribus pepercerim vnquam.

Herbaria hæc medicina, de qua hic tracto, Illuſtriſſime Princeps, à *Chirone* inuenta, ſemper in magno pretio fuit habita, & magnatum ſtudio & induſtria exculta: Imò Cæſarum Romanorum & Regum Priſcorum, in Plantarum inquiſitione, in Re inquam Herbaria colenda atque illuſtranda, mirum fuit ſtudium: quorundam ex illorum numero fama adhuc viret, & virebit, quandiu herbæ ab illis denominatæ vireſcent. Neque ob id ſolum huic ſtudio tantum laudis, admirationis & gloriæ debetur, quod eius cognitio iucunda & delectabilis ſit, ſed etiam quia vtilis admodum, & vitæ humanæ omnino neceſſaria exiſtit. Si igitur à publicis negotiis Celſitud. T. quando licebit reſpirare, huic ſtudio & contemplationi incumbat, in illo ſe per Sapientiæ Creatoris admirabilis recordationem oblectet, & manifeſta in occultis Naturæ Veſtigia Diuinitus impreſſa intueatur,

tueatur, quia

*Præſentémque refert qualibet Herba Deum.*

Scio Celſ. Tuam è Naturalis Philoſophiæ Lectione plurimum voluptatis capere ſolere, neque in grauiſſimis ſuis & continuis pro gloria Dei & ſalute Patriæ curis & negotiis, in quibus dies & noctes verſatur, prætermittere, quin ſucciſiuis quibuſdam horis variis Scientiarum ſtudiis vacet. Talis igitur cùm ab omnibus prædicetur Celſitud. Tua, audacter ad eam cum dedicatione huius libri profectus ſum, eóque maximè, quod nobiliſſimus & Egregius vir, *Theobaldus Hock* à Zvvaybruck Illuſtriſſ. Celſitud. Tuæ conſiliarius intimus ac digniſſimus: inſuper Clariſſimi & Eruditione præſtantes viri *Mathias Timinus* ab Ortenfelt & *Hermanus Bulderus*, qui Tuæ Celſitudini à Conſiliis medicis præſtò ſunt, quíque Celſitud. Tuam omnes fideliſſimè colunt, ſæpiſſime eiuſdem Prudentiam, Humanitatem, Liberalitatem, tanto Heroico Principe dignam, paſſimque notam, mirificè & iure optimo apud me commendarint. Operæpretium igitur me facturum exiſtimaui, ſi has Signaturarum

Correſpondentias, veluti collectas naufragij Tabulas, poſtpoſita lectoris inquirendi moleſtia, in vnum corpus contractas, ac dilucida breuitate, concinno ordine, ſerie iuſta, in vnum comprehenſas *Nomini Tuo*, nulli obliuioni obnoxio, hac publicatione dicarem, Laudatiſſime Princeps, non ſolum ob prædictas Eximias & Heroicas animi dotes, inſignem videlicet Pietatem, Eximiam Prudentiam, ſingularem Eruditionem, incredibilem Humanitatem: verum etiam quod Celſ. Tua de literis & literatum Profeſſoribus optimè merita, nullum de Muſarum cœtu excludere, nec triſtem vlla ex parte cum Auguſte dimittere, ſed in auribus & oculis Traiani illius optimi Exemplo libenter ferre, & facilem, quod in Pompeio laudat Cicero, ſe præbere, cum perenni & nunquam interitura Nominis ſui exiſtimatione ſoleat, ſicuti ſequens Eruditiſſima Epiſtola manu propria Celſ. Tuæ ad me exarata fidem etiam locupletiſſimam Innatæ ſuæ benignitatis, ad perpetuam Rei memoriam facit. Igitur Celſitud. Tuam ſubmiſsè peto, vt haſce lucubrationes meas ac conatus mei primitias (ſtudij & ſub-

miſſæ

miſſæ obſeruantiæ monumentum ſempiternum ) ſub Honoratiſſimo Celſ. Tuæ Nominis ſplendore & patrocinio tectas in publicum prodire patiatur, easque benigno vultu, & liberali manu ſuſcipiat, & me ſuæ benignitatis fauore, ſicuti hucuſque clementiſſime fecit, in poſterum quoque complecti, ſibique commendatum habere non dedignetur. Is qui corda Principum moderatur, qui gubernationes felices ſolus efficere poteſt, qui Sapientiam, per quam Principes regunt, largitur, Deus Optimus Maximus, Celſitudinem Tuam ſaluam & incolumem in omni feliciſſima proſperitate quam diutiſſimè ſoſpitet: Peculiari namque Numinis fauore, dum Celſitudo Tua, in hac ſua veneranda Canitie omnes Europæ Principes longæuitate antecedit, nihilominus eiuſmodi ſenectus ita adhuc conſpicitur viridis, vt, cùm alioquin ſecundum Naturæ curſum ingraueſcente ætate vires animi & corporis labefactari ac diminui ſoleant, apud eandem in dies miraculi inſtar reiuueneſcere Ingenij acumen, & augeri deprehendatur: Quemadmodum autem Antiquiſſimus ille Inclytæ Domus

*Roſenber-gica Vrſinorum familia genus ſuum refert ad principes Vrſinos Romanos, qui ipſi a Dominis Aſcaniæ & Balleſted ad Hercyniã (qui Beer & Beringer cognominabantur) originem. ducunt.*

Roſenbergicæ Ramus, à primo originis ſuę Trunco Vetuſtiſſima videlicet ac Laudatiſſima Anhaltinorum & Aſcaniorum Proſapia exortus & prognatus, ſuis Heroicis virtutibus & factis in Comitatu Imperatorum & Regum emergere ac florere per tot ſæcula perſeuerauit: Ita etiam à Deo Omnipotente ſummis precibus contendo, cùm in Celſitudine Tua nunc poſtremus dicti Rami ſurculus (ſiquidem in hoc ſublunari globo, vbi omnia mutabilitati obnoxia, nulla conſtans perennitas) fato deſinere & finire incipiat ineuitabili, vt nihilominus illa Abauita & Heroiça implantata virtus in Celſitud. Tuæ Filiis., ſeris Nepotibus & Abnepotibus, DEI benedictione, noua ſemper ſobolis germinatione in Trunco duraturis (Inclytæ videlicet eiuſdem ſtirpis Proſapiæ ANHALTINÆ Proceribus virtuoſiſſimis) cum perenni & nullo vnquam æuo intermoritura Nominis, ac vnius & congeneris FAMILIÆ gloria, & honore vireat, floreat, & frondeſcat.

Vale Optime Princeps, & Neſtoreos annos ad DEI gloriam, Reipublicæ Chriſtianæ & Patriæ commodum, ſub inde-

NVNCVPATORIA.

indeſinenti Diuinæ protectionis patrocinio viue feliciſſimè. Pragæ è Muſæo, Anno 1608. 10. Septembris.

Celſ. T. Illuſtriſſimæ

*Addictiſſimus*

OSWALDVS CROLLIVS.

# PETRVS WOK VRSINVS, DOMINVS DE ROSENBERG, SENIOR & vltimus Dominus domus Roſenbergiacæ, &c.

*TERNAS Epiſtolas tuas, àmice perdilecte Crolli, eruditas ſanè & iucundas, unà cum egregio ac Principe digno Pharmacopolio Chymico à te oblato recepimus; dici vix poteſt quanta voluptate nos eo affeceris, nimirum è quo maximum non modò officij, verùm etiam voluntatis erga nos tuæ fructum perceperimus, promptitudine idcircò ac diligentia incredibili, tibi gratiam habemus, gratosq́ nos & memores perſentiſces. Fatemur enim nos in omnes eos, te inprimis, propenſiſſimos, qui vera Pietate, purioris Religionis ſtudio, certaq́ artiũ ſuarum Scientia ornati ſunt. Porrò quomodo rationis ſtatera moderanda, æquilibriumq́ explorãdum ſit, perpaucos modò videas, qui nouerint,*

quiq;

*quiq; minimam hac in re temperaturam aſſequantur, & ad ſcopum colliment. Docliſſime Crolli, Dn. agnatus filiusq; noſter, Chriſtianus Princeps Anhaltinus, & nos, meritò gaudemus, quod noſtram erga te beneuolam affectionem potius, quàm reliquorum ſplendorem pluris facis, admiraris, & commune quaſi perfugium exiſtimas, noſtraq; boni conſulis. Deſiderio videndi tui ſemper tenemur, fatemurq; literis, præſentia, ſermonibus, ſuauitate denique morum tuorū nos valde delectari, tædiumq; ſenectutis quaſi leniri ac ſuccollari. Verus etenim amor in cognitione & conformitate veri amoris cōſiſtit & acquieſcit. Cùm ergo virtus, ſanguis, internáque cognitio, qua infimi ſummis & ſummi infimis æquantur, recta coincidunt, quo quid præclarius arctiúſve reperias? Horto tuo Botanologico non opus eſt ſuſpenſa hedera; matura quæſumus editionē, & effice, vt quàm accuratiſſimè, elegantiſſimè & emendatiſſimè typis prodeat, nobiſq; Exemplaria ſufficientia in Bibliotheca noſtra ſeponenda & aſſeruanda tranſmittas. Opus hoc adeò præclarum ac perpolitum eſt, vt nos beatos iudicemus, quod noſtra in te benigna inclinatio, cum tua ſumma ac ſingulari dexteritate (qualē in profeſſionis tuæ hominibus vix alibi æque, ac in te reapſe inuenimus) in omnibus ferè congruat. Perge*

*ſaltem Spartam, quam ſuſcepiſti, præclaraſq; animi dotes exornare, nec rebus mortalium diutius deſis. Conſiliarium noſtrum intimum Theobaldum Hock à Zvvaÿbruck, breui ad te amandabimus; is reliqua effectum dabit, de toto enim negotio haud difficulter conuenietũ. Quæ nos præſtare poſſumus, non ſermone aut beneuolentia, ſed Re atque beneficio repræſentare malumus, modo obſeruantia erga nos tua non tepeſcat, remoriſq; omnibus abruptis ad nos acceleres, quo conſpectu tuo, prudentia, doctrinaq; eximia nos oblectare, & alter ab altero (nulla ſiquidem ætas ad diſcendum ſera) diſcere, iunior que ſeniorem, ſenéxque iuuenem moderamine ſuo dirigere ac manu ducere poſſit. Hoc ſeriò exoptamus, téque amore, iudicio & bona noſtra Gratia, proſequimur; de quo noſtro animo ipſe Hock noſter præſenti ſuo ſermone, ſed noſtris verbis plura & fuſius tecum communicaturus eſt. Vale. Datæ VVitingauiæ Bohemorum, vltimo Auguſti, Anno 1608.*

Manu propria.

*NICO-*

## *NICOLAI MAII, S. CÆSAR. Majeſtatis Conſiliarij in Appellationibus, epigrammata in* OSVVALDI CROLLII *opuſcula Chymica.*

EſT aliquid rerum vires & myſtica ſcire,
Eſt aliquid medica conſuluiſſe manu.
Tu maius CROLLI præſtas, dũ Chymica præbes
Pharmaca, quæ Ratio certa ſat eſſe docet.
Et quæ longa tibi dedit Experientia rerum
Cognita, communi das manifeſta Bono.
Perge, decus Veræ medicinæ, perge mereri
Velle, tibi è cœlo præmia digna vides.

### *Aliud eiuſdem.*

ARtis opus magnæ eſt, ſi quis penetralia rerũ
Norit, & hinc medicas applicuiſſe manus.
Sed maioris opus medicamina poſſe docere,
Quæ ratio atque Fides ipſa oculata præbent.
Hęc cùm pręſtiteris, CROLLI, tua Gloria iuſta eſt.
Inuideant alij, non imitentur idem.

# DE SIGNATVRIS, SEV VERA ET VIVA ANATOMIA maioris & minoris Mundi,

## *OSVVALDI CROLLII, MEDICI & Philoſophi Hermetici, ad Lectorem Præfatio.*

VTINAM noſtri temporis Botanici, qui formæ internæ ignari, materiam, ſubſtantiam, & corpus Herbarum ſaltem norunt, tam diligenter in dignoſcendis Plantarum Signaturis adhiberẽt curam, quam accuratam in earũdem variis & ſæpe friuolis denominationũ concertationibus, longè vberior, & fructuoſior inde in Rempub. Medicam redundaret vtilitas. Cum autem pleriq; ( quod ferè in omnibus artibus fieri conſueuit) relicto dulci & emedullato Scientiarum nucleo, inſtar plebeiorum oculis internis deſtitutorum, externámque ſaltem Rerum faciem conſiderantium, circa exteriorem demum occupentur amarum corticem, fit inde, vt multi Herbarum reperiantur Nomenclatores, Diuerſoria ſaltem, Habitationes & externa Plantarum Veſtimenta (in quibus vires, tanquã in domiciliis, hoſpitantur)

ſpicantur) magnificè deſcribentes: Incolam autem, Dei inuiſibilis in Creaturis Veſtigium, Vmbram, Imaginem Creatoris Creaturis impreſſam, ſeu internam vim illam & arcanam operandi virtutem, quaſi Naturæ dotem, Plantæ ceu Animæ à ſummo Deo inditam ac infuſam, primo per ſignaturam, mutuamque membrorum Corporis Plantarum Analogicam ſympathiam & conſpirationem, à ſagaci medico inueſtigandam: deinde Vulcani ſeu Anatomici Cultelli opera induſtrioſa eruendam, ſomnolenter & noxio prætereant ſilentio. Quas verò ex aliorum monumentis (nullo planè facto periculo) ſine ſignato Fundamento & ſeparatione veri à falſo, deſcriptas vires Heteroclitas complurimas, Herbis ſingulis appingunt, ipſa ſola Rerum & vnica magiſtra Experientia comprobat, ne decimam partem quidæ medicorum ægrotorumque expectationi ſatisfacere. Magna Rationum deductione non egemus, ſi Experientia Veritatis Mater Fidem meretur. Perſpicacioribus ergò oculis, altiori ingenio, ſubtilioribus inquiſitoribus opus eſt, ſi plenariam & intimam Plantarum cognitionem (qualem ſtudioſis Rerum Naturalium amatoribus & admiratoribus Natura explorandam, & ſubtiliter excutiendam reliquit) deprehendere velimus, quam aliquot centum, primo intuitu, ſine Scientia Virtutis internæ, vulgari modo Nominibus diſcernere poſſe (Herbarum enim nomina non habent virtutes, ideò corpora examinanda ſunt, vt ſciamus, quid purget, quid odorem det, quid febres, quid vulnera ſanet) aut iniuſta & fallaci quatuor qualitatum cenſura, Calidirate videlicet, frigiditate, humidi-

*Locus; in quo Deus ſteriſſe dicitur, & à ſigno Deus ipſe, ſeu eſſentia eius cognoſcitur: nā omnes creaturā ſuis proprietatibus Deum quaſi præſentem demonſtrant.*

*Diuerſæ & multiplices formæ ſunt ſigna vnū quodq; myſterium indagādi.*

*Simpliciū qualitates non cōſiderandæ: ſed eorum arcana.*

tate, ſiccitate, illarum vires velle explorare, cùm tamen illæ ſint ſaltem vmbræ rerum, ſicut colores nec radices habent, nec poteſtates. Hic illi non inficias ibunt, qui Virtutem ex radice Centri, non ex ſuperficie cognoſcentes, relictâ Nominum inanium ſubtilitate, à Rebus ipſis Veritatem intima & profunda ſpeculatione, exquiſitius rimantur, manifeſta in occultis Naturæ veſtigia diuinitus impreſſa intuentur, ac Herbarum abditas dotes, ex ſua extimæ faciei inſpectione, venantur, & ſapiunt quanta ſit inter corticem & nucleum, inter domum & inquilinum, differentia, niſi ſtolidè velint ligna & lapides, ſtatuarum nomine inſignire, ſeu relictis colonis, meſſes cum tuguriis inſtituere. In omnibus rebus externis domus eſt ſaltem domicilium internarum habitantium virtutum à Deo inſtar Animæ corpori humano infuſarum. Rectius ille Philoſophus ingenia hominum & ſenſus non è nomine, ſed è ſermone (animi ſeu interioris Hominis charactere & indicio vero) petebat, dum puerum aſtantem tacitum ſic compellaret: Loquere, vt te videam, ô adoleſcens, ſiquidem voce interprete mentis arcani motus aperiuntur. Ita Herbæ magicè per Signaturam penitus introſpicientem alloquuntur Medicum, ſuaque interiora, in occulto Naturæ ſilentio abdita, ipſi per ſimilitudinem manifeſtant: Eſt enim (vt clariſſimi viri Baptiſtæ Portæ verbis vtar) per ſimilitudinem demonſtrandi modus, quo ſæpiſſimè ſummus Rerum Opifex diuinas & occultas res ſolet patefacere, vt ſupremam Idæarum ſimilitudinem referrent: nec præſtantiori aut concinniori poterat modo: nam ſi plantam loqui fingamus, & ſe-

creta

cteta ſuæ Naturæ commoda, quibus præſtat, promere velle quocunque ſermone, quibuſve modis locutura non ab omnibus perciperetur, quum & ſermones & ſcribendi charactères ſingulis gentibus proprij ſint & peculiares: vnde aut vni nationi, aut infinitis loqui linguis oportuiſſet, ſic argutâ Naturæ ſolertia ſuis rerum ſimilitudinibus & breuiter & perſpicuè ſatis ſimul omnibus fit. Omnes herbæ, flores, arbores, aliaq; è Terra prouenientis, ſunt libri & ſigna magica, ac immenſa DEI miſericordia communicata, quod illa ſigna ſint, noſtra medicina, ſed quod per illorum cognitionem ad veram medicinam, id eſt, ſignatum venire poſſimus. Qui ergo cupit eſſe medicus expertus, & habet cognitionem eorum, quæ ad ſe ſpectant, per artem illam, quam natura externè per ſigna proponit, cognoſcat, quòd internè illa ſignificet: Omne enim quod intrinſecum eſt, fert illius occulti externam Figuram, tàm in ſenſibilibus, quàm in inſenſibilibus Creaturis. Tacentibus nobis loquitur veluti notis quibuſdam Natura, ac ingenium cuiuſque & mores reuelat, quemadmodum ſcitè ab Adamantio Polemonis metaphraſte dictum eſt, σιγώντων μὲν ἐστὶν ἀπόδειξις· λαλεῖ δὲ τοῖς σημείοις ἡ φύσις τοὺς τρόπους ἑκάστου ἀναγλύπτουσα, Et vt noſtri intimi mores, ex corporis Extimis notis inueſtigari poſſunt: ſic ex Plantarum Exterioribus ſignis Interiorum virium Homo poteſt admoneri: Planta enim velut occultis verbis ægris mortalibus vires reſerat, & abſtruſarum rerum theſauros, vt diſcat omnium miſerrimus Homo, quomodo ſuis morbis opem ferre poſſit. Quemadmodum externa

inducũt in cognitionem Interni Hominis & ſuorum morborum: ſic etiam medicinæ Homini neceſſariæ & conducentes deprehendũtur ex ſimili Anatomia: ſunt enim eiuſdẽ Aſtronomiæ & Philoſophiæ. Cognitionem autem Virtutis Arcanæ dat Magia, quæ in Lumine Naturæ doctrix eſt, & totius Philoſophiæ Naturalis Perfectiſſima & cõſummata Scientia: Et ſanè nil magis Pietatem auget, nil inquam ad cultum DEI eiuſque amorem nos ardentiùs promouet, quàm vera eius Cognitio, quàm indeſinens immenſorum DEI operum & mirabilium Contemplatio, quàm Naturalis illa Magica (ſemper Internum nobis nucleum ſeu ſignatum per Externum corticem ſeu ſigrũ declarans & innuens) Cœli proles ac filia artiũ & arcanorum Inuentrix, quâ compellimur canere, Pleni ſunt Cœli, Plena eſt omnis Terra Majeſtatis gloriæ Tuæ Creator omnipotens! Sed cùm videamus ita à Natura inter homines cõparatum eſſe, vt peregrina quidẽ & aduectitia admirentur ingenia, ſua, domeſticaq; ob familiarem vſum deſpiciant: ſic etiam his peregrinatũ Plantarum admiratoribus plerumque contingit, vt Nouitatis ſtudio ſua domeſtica, quæ noſter gignit orbis, habeãt deſpicatui, ipſis tamen exoticis longè meliora, recẽtiora, ſelectiora, & ſalubriora, quia ſub noſtri cœli influentia nata ſunt, noſtræ cuiuſque naturæ conueniunt magis, domi noſtræ debito tempore collecta, minori difficultate & ſumptu haberi poſſunt, & noſtris vſibus exigente neceſſitate à Patre miſericordiarũ deſtinata: Quæ igitur neceſſitas eſt iis vti peregrinis, ſi eadem ſimiliſque conſilij & efficaciæ noſtra Terra producit? ſic vſus medicus edocuit

*Chiromãtia ex arte Cabaliſtica dicta eſt Inuentrix medicinæ.*

*Medicus inſtar Virginis debet videre ea, quæ ſunt ante pedes, non vltramarina ambitioſè inquirere: Sufficit ſua Regionis productum.*

cuit Terram medicatam, quam DEVS nobis in multis Germaniæ locis dedit efficacia, bonitate & virtute nō cedere Turcicæ: De Strigenſi Sileſiaca loquor, quam Ioannes Montanus, reconditæ experientiæ ſenex, primus omnium detexit, poſt ipſum in plurimis Germaniæ locis Iohannes Bertoldus Oſchatienſis Sileſius, curioſus ac ſedulus ſubterraneorum ſcrutator, in agro Solmenſi & nonnullis Haſſiæ locis. Non lōgè à lacu Acromio in ditione Illuſtris Maximiliani Marſchalci Bappenheimij, prope Arcem, quæ à longo lapide Nomen habet, in quadā diſiecta rupe, maxima copia olim effoſſa fuit à Natura, inuolucro ſeu matrici, inſtar nuclei ſummè purificati, incluſa, teſtantibus adhuc ibidem veſtigiis, qua in praxi medica cum fructu vſus ſum. Auguſtiſſimus noſter Imperator RVDOLPHVS Secundus, Brunduſij in ſuo horto curauit effodi præter bolū duas SOLIS & LVNÆ, vt Paracelſus vocat, axungias, quarum partem à Sua Majeſtate dono acceptam in vſu medico, cōprobata illarum bonitate, Veræ Lemniæ congenerem, ac efficaciſſimam, nec Terræ Turcicæ cedentem animaduerti. Ita DEVS nobis largitus eſt variis in locis, cum Vnicornu verū propter raritatem in magno pretio ſit, alterum ἀντιβαλλόμενον quod Minerale vocant, & interdum è ſtagnis effoditur, aut è montibus, ſicuti aliquādo in Morauia tribus milliaribus Brunnâ (vbi tunc temporis cum clariſſimo viro D Iohann. Bergero Pannonio medicinam faciebam) non longè à Territorio Abbatis Obrouicenſi, ſub altiſſima rupe duorum inuſitatæ magnitudinis animalium incognitorum oſſa, vna cum duobus iunioribus effoſſa ſunt, quæ abſque

*Multorū Poteſtatē ignoramus, ex ſola negligētia experimentandi.*

dubio tempore Diluuij aquarum impetu periere in illa ſolitudine, quorum oſſium mirabilium dentium nonnullas reliquias, aliquot menſes pòſt ex improuiſo illuc locorum veniens, & admonitus eius rei, effodi curaui: & in vſu medico eãdem ferè in ipſis deprehendi efficaciam, quæ monocerotis Cornu attribui poteſt. In eodem tractu non longe eſt ſtupendum antrum, excauato monti in Italia, in Villa Coſtozza, inter Patauium & Vicentiam haud diſſimile, in quo mira & varia reperiuntur Naturæ ludentis opificia, dum ſtillantes guttæ è ſuperiori fornice in illo cauo & multis labyrinthis intricato monte confeſtim in lapidem (mediante Salis ſpiritu) ſponte concreſcunt, & ſuo caſu alto, varias lapideas ſtatuas & formas effingũt. Porro lapis ille in pollinem redactus drachmæ pondere, ſudorem efficaciter ciere ſolet: & fractis tuſiſque oſſibus ab extra Emplaſtris conuenientibus mixtus, maximo applicari iuuamento. Si reſoluatur aceti deſtillati beneficio in ſalem, in Calculo & Podagricis illis nodoſis affectibus propter ſignaturam operatur efficaciter: His enim duobus morbis cum Contractura, propter cæmentoſa vina in Morauia, valde familiaribus Natura etiam idoneis connatis & domeſticis proſpexit Remediis: Vbi malum aliquod vel morbus, ibi proximè è Natura Remedium exhibetur opportunum, ne longius à nobis ſit mendicandum. Ideo Ruellius non immeritò dicit: Nullam medicinæ partem incertiorem eſſe, quàm illã, quæ ab alio orbe, quam à noſtro, petitur: Et Paracelſus diligentiſſimus Luminis Naturæ ſcrutator, exoticam multorum medicorum curioſitatem Plantas (neglectis inter-

*Terra eſt Dei pharmacopolion, & nil nõ herbarum vi effici poſſet, ſi plurimarum vires non ignorarentur.*

*Quando cum ſimplicibus medicinis poſſum ea iuuare, cũ compoſitis non operãdum eſt.*

internis viribus à ſignaturâ petendis) ſaltem de Nomine noſſe cupientem, meritò ridens affirmat, ruſticum quemlibet Verum Pharmacopolium ante ſuas ædes habere. Qui ſimpliciſſimis herbis & radicibus curant, omnium feliciſſime curant, teſte Carrichtero: Eſſentia enim medica ſeu Aurum magicum æquè bene continetur in illis, vt pretioſioribus aliis. Sicuti autem terra cuiq; Regioni victum & amictum exhibet: ſi non ad ſuperfluam voluptatem, tamen ad neceſſitatem ſufficientem: ſic etiam Rerum ipſa mater, eadémque parens Natura, quæ omnibus prouidit abundanter, medicamentorum ſufficientiam diſtribuit neceſſariam: Vnaquæque Patria ſui Elementi in ſe continet matrices, ſibique ipſi, quod eſt neceſſarium exhibet: Suis quibuſque terris & regionibus, ſuæ genti, ſuo climati, ſuo cœlo, ſuo ſæculo, Natura herbas producit atque temperat: In quibus, vt in ſtirpibus, cùm maſculum & fœmellum genus reperiatur (quemadmodum in rebus Creatis Prouidentia Diuina diſtinxit Anatomiam in Marem & Fœminam non fruſtra) in applicationis vſu non temerè ſexus confundendus eſt: vt enim vir & mulier Naturâ ſunt diſtinctâ, ita etiam eorum Remedia, vt nunc taceam ſimplicia ſeu medicamina Hermaphroditica: imò quædam iuuentuti, quædam ſenio proſunt, vt in Helleboris videre eſt: Ita etiam Paracelſus iubet medicos eſſe memores diſtinctionis Herbarum, ætatis, medicinarum, morborum & Lunæ: verè igitur Agrippa dicit ſtultum eſſe, ex India petere, quod domi habemus, exiſtimantes propriam neque terram, neque mare ſufficere, patriiſque rebus pere

*Secundum Climat[illegible] Regionumque diuerſitatem homines, mores, plãtarum vires variantur.*

grina, frugalibus ſumptuoſa, facile acquiſibilibus difficilia, & ab ipſis vſque Terræ finibus importata præferentes. Et vt videmus Turcarum, Indorum, Æthiopum, & Chriſtianorum mores & Naturam diuerſam: Ita etiam Creſcentia ſecundum quatuor mundi plagas & diuerſa climata prouenientia ſine dubio differunt, ac ſæpius, quę apud alios ſunt alimenta, apud nos medicamenta ſunt, ſicuti grauiſſimi teſtantur Viri, cuius Rei, quantumuis infinitis Teſtimoniis fidem facere poſſimus, hac vice vnum duntaxat ſubiiciam illorum Exemplum, de radice Aronis, ad confirmationem Veritatis adductum: quæ Radix in locis noſtris frigidioribus adeò feruens & mordax eſt, vt mandentium os & fauces exurat: At quæ in Lydia, prope Cyrenem vrbem prouenit, exteriori forma noſtræ planè reſpõdens, dulcis & grata eſſe dicitur guſtu, vt raparum inſtar Homines in cibo ſine nocumẽto vti poſſint: Et quamuis Exoticæ maiores haberent vires, ſicuti deſidioſi noſtra non inquirentes, ac ex peregrinâ arrogãtiâ peregrina ſemper ſectãtes aſſerunt, qui non communem ſalutem, ſed ſuæ negotiationis compendium quærunt, perſuadẽtes nobis, non niſi pretioſa quæq; plurimum prodeſſe: Tamen illa, non niſi in ſui climatis hominibus, quibus creata & producta ſunt, putabimus ſalubria. Si enim peregrina noſtris corporibus tãtoperè conuenirẽt medicàmina, procul dubio Natura factum eſſet, quæ omnibus cumulate proſpexit, vt hæc apud nos quoque naſcerentur. Tranſmarina ergo & domi noſtræ non naſcentia medicamenta, corporibus noſtris, propter climatum & influẽtiæ diuerſitatem, nõ poſſunt adeò amica & familiaria eſſe,

*Gal. lib. 2. de alimẽtorum Facultatib.*

eſſe, vt taceam nunc, quod vel nõ debito tempore & loco (vnde ſæpe plurimum imminet periculi) collecta ſint, vel illorum Scelera & Cadauera ſaltem ad nos, plurimum à Barbaris mercatoribus mittantur, Viribus inuiſibilibus internis maxima ex parte, ſenio, carie, teredine, viarum longitudine, & ſophiſticationum fraudibus, deperditis, exeſis, abſumptis, corruptis, & adulteratis. Domeſtica, quæ Devs nobis ſufficienter ſuppeditat, cõtra infirmitates corporis, vileſcere cœperunt, tum quia Medicorum Sericeorum (carbonum nigredinem, fumi & argillæ faſtidia detrectantium,) fidem & diligentiam debitam in præparando requirebant, tum etiam, quod Pharmacopæorum vulgarium pars potiſſima gloriæ & auaritiæ ſtimulis incitata, officiis ſuis ſæpe abutitur, & frequentius ad ægroti crumenæ euacuationem, quàm corporis refectionem, intenta eſt. Hinc magno totius Reipublicæ detrimento, & multorum Vitæ naufragio fit (teſtantur illi, qui mortem ſuam magna emerunt pecunia) vt nil ferè in magno habeatur pretio, quod non à Mari Rubro, vt ita dicam, vel ab extremis Gadibus aut Indis aduectum credatur, vel mũdo decipi cupienti & volenti ita ſaltem perſuadeatur. Deus nil fruſtra creauit, ſed vnamquamq; Creaturam, licet abiectam, peculiaribus Virtutibus, ſecundum Diuinæ Voluntatis ſuæ beneplacitum, dotauit. Eam ob cauſam longè aliter ſentiunt illi, qui Naturam etiã in minimis & abiectiſſimis obſeruant cum ſtupore maximam eſſe, & vbi defecit in corpore, abundaſſe in viribus. Vermis (vnde Orientalium grana Kermes) & Muricis Oſtrũ dant Purpuram, Regum colorem ſumptuoſiſſimum

*Et quãuis merces ſint laudata, tamen hoc opus, hic labor, ægrotum reſtituere.*

*Nil à Natura creatum reperitur quod non in medicum vſum venire poſſit. Sir. cap. 6. ſect. 2. 3.*

*Sæpe ſub ſordido pallio magna latet ſapientia.*

Apes induſtriæ inimitabilis Mel dulciſſimũ. Colmus Fragilis Frumentum, Vitæ noſtræ Baculum deſideratiſſimum. Vitis lignorum abiectiſſima, Vinum, Cor Hominis moderatè ſumptum mirè lætificans. Anima intellectualis Dei ſoboles in Hominis corpore, ceu Vaſe fictili ac Teſta fragili hoſpitatur, quæ omnia non ſine maxima ratione ab æterna ſapientia ita ordinata ſunt. Paracelſus, ſecretorum Pater, pro ſuo inter alia præclara in Rempublicam medicam promerita, verum Medicum & ſcientiâ & vſu Medicinæ innoteſcere cupientem, ad dignoſcendas Signaturas & Hieroglyphica grammata ſedulò hortatur in ſuis ſcriptis, & dicit eſſe tria, per quæ Natura nil Inſignatum prætermittẽs, Hominem, & omnia Creata manifeſtet, primò per CHYROMANTIAM, quæ eſt Aſtrum Rerum Naturalium, & externas Hominis partes complectitur, manus, pedes, lineas, venas. Secundò per PHYSIOGNOMIAM, quæ Faciem & Caput comprehendit. Tertiò per habitum & proportionem totius corporis, mores, vſus, animi ſenſa, & cordis cogitationes denotantem. Poſt hunc Iohannes Baptiſta Porta Neapolitanus inſignis Phytopta, & Naturæ ſagaciſſimus æmulator, in ſua Φυτογνωμονίᾳ inſignem operam vtilitati publicæ impendit: Interea autem, vt in hac re perfectioribus altiora & accuratiora ſcribendi occaſionem ſuggeram, dum aliis annuentibus ſuperis in hoc ſtudio progrediatur, qui autumnum ingreſſus calamo elimatiori fructus edat maturiores (cui hac vice lampadem trado) conſignatas has meas obſeruationes nonnullas (Inſuetas enim tentare vias arduum) cum Signaturarum ſtudioſis, vlterius

*Leuit. 26. Pſ. 104. ſect. 15. Ezech. c. 15. Syr. c. 31. ſect. 32. 33. Pſ. 104. ſect. 15. Iud. cap. 9. ſect. 13.*

*Anima fidelis eſt ſanctuarium Dei. 2. Cor. 4.*

*Signatum cæleſte nõ ex forma, ſed ex corde, id eſt, operibus & fructibus manifeſtat homines: ſic Herodi vulpinum animum exprobrat Saluator noſter, & Phariſæorum viperinam propaſapiam Iohan. Baptiſt. taxat.*

ſius mecum diſcere non erubeſcentibus, libenter voluí etiam habere communes, quas, tam è Lectione Paracelſi & Porꝛæ, quàm experientia propria, adſecutus deprehendi conuenienter & analogicè Harmonicas: Sufficit enim quodam prodire tenus, ſi non datur vltra. Vtinam Carrichteri, Rei Plantariæ conſultiſſimi viri, tantoperè deſideratus liber, de Signatura Rerum, aliquando in publicum prodiret, in quo Plantarum Stellas terrenas, Stellis Firmamenti miro ac Harmonico modo accómodat, Reſpublica Botanica meritò ſibi gratulari poſſet. Stellæ, ſecundum Paracelſum, ſunt formæ & matrices omnium Herbarum, & quælibet Stella in Cœlo nihil aliud eſt, quàm ſpirituali & Chaotico modo præfigurata Herba, qualemcunque etiam in Terra repræſentans. Ita quælibet herba eſt Stella terrena vergens Cœlum verſus, & vnaquæque Stella eſt cœleſtis Herba in forma ſpirituali, in nulla re ab Herbis in terra creſcẽtibus diſcrepans, ſola materia excepta: Ideo Stellæ omnes morbos futuros prænũtiant, per ſua excrementa & Noſtoch: Ita herbæ cœleſtes deorſum tendunt Terram verſus, ac reſpiciunt ſuas herbas à ſe procreatas: Hoc fundamento cognito, notæ etiam erunt Herbarum cœleſtium & terreſtrium conſtellationes & compoſitiones, videlicet: Hæc eſt Stella Roriſmarini Abſynthij, &c. & habet illarum herbarũ virtutes. Obſeruabit etiam in Herbis terrenis, quot Colores Florum, tot virtutes Herbarum eſſe. Nil temerè & fruſtra in Plantarum familia cõfictum eſt, ſed rato modo, ordinatis cauſis, accurato numero, tempore & loco opportunis: Et vt muti, quibus pro ſermone geſtus ſunt, &

*Multi potuiſſent in viros literatiſſimos euadere, niſi falſa ambitione ſibi perſuaſiſſent ſe ſolide doctos eſſe.*

*Syr. c. 39. ſect. 26. Omnia ordine, tẽpore, menſura &*

à alia animalia ſermone carentia, motibus corporis
ſuos indicant affectus: ita etiam Deus cuiq; Plan-
tæ indidit proditorem ſuũ, vt genuinæ vires Her-
barum latenter abſconditæ per Signaturas exter-
nas, id eſt, ſimilitudinem Formæ atq; Figuræ, (vt-
pote per Indices officij, eſſentiæ, ac virtutis laten-
tis) ex illarũ aſpectu cognoſci, diuinari ac mani-
feſtari poſſint; imò vt modò dictum, illæ magicè
nobiſcum per Signaturas loquuntur. Qui enim
theſaurum obruendo defodiunt, notare locum a-
liquo ſignaculo cõſueuerunt: Ita Deus etiam com-
plurima in Natura, quæ non poſuit in propatulo,
ſignauit tantum, vt diligenti inquiſitione poſſimus
illa explorare. Sic videmus Moſen non meminiſſe
Gemmarum & Metallorum, in abſcondito Terræ
Creatorum, cùm tamen in illis maxima Naturæ
Arcana contineãtur: Eorũ ſaltem meminit, quæ in
aperto creata ſunt: Ideò autem Deus abſconditè
creauit Metalla exterius, vt ſciremus, in ipſis ab-
ſconditas eſſe virtutes Naturæ arcanas interius:
Quo nomine etiam occultum Sacroſanctæ Scri-
pturæ ſenſum, Spiritus DEI ſemper per Metalla &
Gemmas in occulto vel abſcõdito Terræ creatas,
præfigurat. Et ſi fortè alicui mirum videatur, cur
Deus aliquas creaturas in aperto, alias verò in ab-
ſcondito crearit, Hermeticæ Medicinæ ſcrutatori
diligenter conſiderãdum propono. Quas in Cen-
tro Terræ creauit Deus Creaturas, Mineralia pura
ac Metalla, (occultorum Sapientiæ, videlicet,
Creaturæ ſeu naturæ) illas potiſſimum pro ſolis
Hominibus, ſeu pro Spiritu vitæ, in Centro Cor-
dis humani ſedem habente, conſeruando ac Balſa-
mando creaſſe: ſicuti Herbas in ſuperficie Terræ
exi-

*pondere Deo creata ſubſiſtunt.*

*Sap. 11. ſect. 12.*

*Quodlibet opus manifeſtat & notat ſuũ opificẽ & fabricatorem, qui eſt Medicina, arcanum & myſteriũ.*

*S. Anatomia Formarũ Naturas Rerum indicat.*

*Sciuit Deus labore acquiſita gratiora hominibus eſſe, quàm ſine labore obuia, quæ plerumq; faſtidire ſolent.*

*Moiſes in deſcriptione Cœli & Terræ ineffabilia*

exiſtentes (manifeſtũ Sapiẽtiæ, hoc eſt, Naturę ſeu Creaturæ) pro conſeruanda ac iuuanda maſſa corporis humani externâ, idq; pro omnibus animantibus ſimul: *Semper enim DEVS in abſcondito poſuit Maximum, in aperto autẽ minimum*: In Centro etiã collectas creauit omnes virtutes ſimul, quas in ſuperficie diſperſas creauit ſemel: Et quod mirandũ eſt, omnia Aſtra Cœleſtia, quæ in Cœlo Corporibus ſuis manifeſtè patent creata, etiam in Terra Spiritibus ſuis occultè clauſa latent. Et ſicuti Cœleſtis Sol ſuo Calore ſpirituali generat omnia Terreſtri modo: ita Sol Terreſtris ſuo Calore ſpirituali creat & regenerat omnia Spiritualiter: Per Solem Cœleſtem operatur ſpiritus Domini in Natura omnia Naturaliter: Sed per Terreſtrem Solem operatur idẽ ille ſpiritus omnia, ſed ſpiritualiter. Nam Spiritus per nullum aliud medium, quàm per Solem operatur, quia in Sole ſaltem, & non alibi vſquam, TABERNACVLVM ſuæ habitationis poſuit corporaliter. Quemadmodũ autem Sol ſupernus bifariã, modo extra Res omnes corporaliter, & manifeſte, modò in omnibus Rebus occultè operatur: ita etiam alter Sol bipartitus, nunc extra Res omnes manifeſtus & corporalis, nũc in rebus omnibus occultus & ſpiritualis eſt: Et vt Sol ſupernus intrinſecè ſpiritualis eſt in omnibus Rebus, & Calor Naturalis Rerum omnium: ſic Sol TERRENVS interne ſpiritualis eſt in omnibus rebus Calor natiuus, omniũ Rerũ Balſamũ, Lychnus, & Oleum: Ille Spiritus Vitæ in omnibus rebus latẽs vocatur: Hic Sulphur Naturæ ſuo proprio & genuino nomine in omnibus rebus appellatur. Si antiquiſſimis Philoſophis & Cabaliſtis (quorũ ſtu-

*myſteriorum Arcana verbis operuit ſimplicibus.*

*Pſ. 19. ſect. 6.*

*Per Solem, id eſt, Cor macrocoſmi viuit Cor microcoſmi.*

diutũ fuit à ſignis ad ſignatũ, à Creaturis ad Creatorem, & per Angelos ad Deum aſcendere, & cum illo iungi, & ſic ſecundùm Pythagoram Deificari) Veritatem nobis enarrantibus fidem non derogamus: Superiora ſunt in Inferioribus, & Inferiora omnia ſunt in Superioribus, nõ tamen vt in ſe, ſed ſecundum Naturam & modum Superiorũ: Sicuti enim Arbor tota in Nucleo ſuo complicita, Arbor Aſtralicè, ſic mundus ſenſibilis explicitus, eſt in D ε o Dealiter complicitus. Cuius etiã rei, *Ter Maximus* ille triplici Diademate inſignitus Rex HERMES, vel ſuo quodam Vetuſtatis iure, omnium Philoſophorum Pater, ab initio in Famoſiſſimæ ſuæ Smaragdinæ Tabulæ, omnibus totius mundi gemmis meritò anteferendæ, fidem nobis locupletiſſimam & indubitatam facit: Quæcunque inquiẽs, ſunt infra, ſunt etiam Supra, meliori tamen, perfectiori, & nobiliori modo: In mundo Angelico ſeu intellectuali eadem ſunt Entia quæ in iſta viſibili machina, ſed ſpiritualiter & inuiſibiliter: In ſupremo mundo Deali ὑπερτάτῳ increato, infinito, incomprehenſibili, Archetypo, tam Angeli, quàm mundus vnum ſunt & ſimul, modo Diuino perfectiſſimo: Infima ergo monſtrant Superna, corporalia declarant intellectualia, per inferiorum & Terreſtrium Naturas & Proprietates aſcendimus in Naturas & Proprietates Superiorum & Cœleſtium, ſiquidem hæc inferiora, Externa, ac Viſibilia exemplaria Superiorum notæ, ac Inuiſibilium Internorum ſymbola ſunt, quibus nos è temporalibus ſeductoriis manuducimur ad Æuiæterna & ſpiritualia. Tota Creatura & hæc ampla mundi machina, in qua

Creator

*A Trina Virtute Ter magnus dictus, quia Rex Philoſophus & Propheta fuit Trina Philoſophia monarcha. Mundus Deitatis ſeu Pauli Cœlũ Tertium: Supra vel extra Deum nullus alius mundus ſeu Cœlũ reperiri datur.*

*Creatura ſunt plena DEI. Pſ. 34. ſect. 4. Iſtud eſt ſpeculum, in quo æternus Opifex ſe contemplandum exhibet.*

Creator Inuiſibilis ſe nobis videndum, audiendum, guſtandum, odorandum & tangendum exhibet, nil aliud eſt, quàm vmbra DEI, ac figura Interni Paradiſi, ille videlicet Intuitus, quo clarè videntur & intelliguntur Creaturæ, quæ ſunt Creaturis poſteriora, & effectus, per quarum cognitionem cognoſcitur Creator opifex: & Prima cauſa agens omnia: Creatura enim omnis à Deo creata eſt, vt ſit in Teſtimonium Verbo Creatoris, per quod facta eſt: Et qui Rerum creatarum cognitionem ſeparat à ſuo Opifice, is Rerum vniuerſarum vmbram ſolummodo habet. Quòd autem Archetypis omnia contineantur Inuiſibili modo & ſpirituali, quæ in hoc viſibili corporaliter apparent: & quod omnia ab intra fluant in compoſitum, & nihil ab extra ſumatur, probatur & demōſtrat ipſum Naturæ Lumen aſcendendo & deſcendendo, intrando & exeundo. Tres numerantur mundi, & hi tres vnum ſunt vniuerſum, cùm vnus mūdus ſit in alio: DEVS, ſcilicet, ANGELI, *Machina Viſibilis.* Quiſque inferior à Superiori regitur, & ſuarū viriū ſuſcipit influxū, ita vt ipſe Archetypus & ſummus opifex per Angelos, Cœlos, Stellas, Elemēta, Animalia, Plantas, Metalla, Lapides, ſuæ Omnipotentiæ virtutes exinde in nos transfundat, in quorum miniſterium hæc omnia condidit & creauit. Introitus vel aſcenſus fit, quando per ſcalam Iacob ex infimo eleuat ad ſupremum: ex ſenſibilibus ad intellectualia, ex Creaturis ad ipſum Creatorem aſcendendo: Hebræorum Cabaliſtæ vocant quinquaginta Portas Intelligentiarum: gradus ſunt ſeu limites omniū Rerū ex primo Geneſeos capite collecti, quibus, ceu ſymbolis ac notis,

*Primus Intuitus DEI eſt de facie ad faciem: Alter quo videntur poſteriora eius.*

*Deus cognoſcitur in ſuis operibus: ideò nulla re ad malum ſeu perniciem abuti conuenit.*

*Quicquid in omnib. ſimul eſt mundis, id & in ſingulis cōtinetur, neque eſt aliquis vnus ex eis, in quo non omnia ſint, quæ sūt in ſingulis, teſte Anaxag. Pythag. Platone.* Gen. 28. *ſect.* 12.13.

ad omnium Rerum, tam viſibilium, quàm Inuiſibilium, cognitionem deducimur. Egreſſus verò ſeu deſcenſus fit, vbi ex DEO ad Creaturas, ex Intellectualibus ad Externas formas, à Cētro ad Circumferentiam deuoluimur: Vt intueor oculo ſenſuali, exempli gratia, hunc nucleum pomi, relicta autem corporeitate, recipio me ab externa forma, ad interius ſemē inuiſibile, & oculo mentali contēplor totam Arborem, cum Radice, trunco, ramis, ſurculis, foliis, floribus, fructibus ſuo tempore per ſeparationem manifeſtandis complicari: Iſtud ſemen illa corporalia non ab extra ſumit aliunde, ſed ex ſe, ex ſuis penetralibus emittit ſingula. Cùm ergo eiuſmodi Aſtrum ſeu ſemen ſit Imago ſeu vmbra Angelicæ ſubſtantiæ, & totam molem corpoream Arboris intra ſua penetralia complicet abſq; quātitate & qualitate, &c. Certè vnicus Angelus complicabit ſemina omniū Rerum ſpiritualiter intra ſe multò facilius vt præſtantior, ſuperior, & excellentior Natura: Nam quò quid ſimplicius, eò quoque perfectius, abſolutius & potentius: Et quicquid poteſt potentia inferior, idem poteſt Potētia ſuperior multò excellentius & efficacius. Angelus ergo dās homini vinum, panem, fructus, & alia etiam ex agro creſcentia, non extra ſe ſumit aliūde, ſed ab intra è ſuis penetralibus (quia perfecta Dei imago producit & largitur, quādo vult & quoties vult citra ſui diminutionem aut decremētum. Nā Angelus omnia ſecum gerit & habet Angelico & ſpirituali modo: imo totam mundi machinā in ſe complicat, & eſt iſta omnia inferiora: Et quicquid Natura & Ars per Naturam potis eſt, illud etiam Spiritus vel Angelus, ſupra Naturam & Artem cōſtitutus

*Quemadmodum ignis de ſe emittit mille alios & ſemper manet vniformis.*

ſtitutus & eleuatus. multò melius & celerius poteſt. Qui hanc Philoſophiam Centralem ſeu Circularem ſuo intellectu mentiſque oculo depurato diligenter conſiderat, illi nõ erit difficile credere, Angelum vel Magnum Cœleſtem totum Firmamentum in Gammæam poſſe includere, vel totum mundum in ſuum pugnum. Cum autem Angelus ſit perfecta & abſoluta Dei imago, & omnia in ſuo Abyſſo complicet, habeat atque poſſideat; negandum non erit, primam & ſupremam Cauſam, à ſeipſa exiſtentem, inde pendentem, omnia ſecum inuiſibiliter & ſpiritualiter in Abyſſo ſuo complicare: imò omnia eſſe in Fontali vnitate ſimpliciſſimè. Nam omnia creata, producta ſunt ab illo, qui eſt omnia in omnibus, Prima ſcilicet & vltima rerum omnium cauſa: Non ex materia præiacente, nec ab alio quicquam ſumpſit, nec extra ſe accepit abundè. Quicquid enim poteſt & habet, vt ſupra dictum eſt, Potentia inferior, hoc idem poteſt & habet Potentia ſuperior, ſed multò excellentius, efficaciùs, imò ſuperexcellenter. Nulla enim collatio infiniti ad Finitum, Creatoris ad Creaturam. Deus Centrum & Circulus ſui ipſius, in ſeipſo habitans, hoc eſt in Abyſſo Infinitudinis (Heb. vocant Enſuph. incomprehenſibilem infinitatem) vbi in æternum nullus locus, nullum principium, nec finis perueſtigari aut excogitari poteſt. Nec ab alio nec à ſeipſo factus eſt: ab alio enim non potuit fieri, quia neminem habuit ante ſe priorem, aliàs non eſſet cauſa prima: ſeipſum quoque non fecit, nam ex nihilo fit nihil: ſemper igitur יהוה (& hoc eſt nomen Eſſentiale τετραγράμματον Ineffabile; ob tremendam maie-

*Nihil Diuinum.*

*Al ph. tenebroſum.*

*Lux tenebroſa.*

*Deus ineffabilis & innominabilis trigrammus notatur in natura. Tetragrãmus in Lege. Pentagrammus in gracia. Status futura beatitudinis.*

ſtatem, ac ob eius incomprehenſibilitatē Schemhamphoras vocatum nomen Dei magnum & mirabile, quod eſt ſuper omne nomen) id eſt ſine Cauſa priore, ſine Tempore, ſine Loco, ſine Termino, nihil aliunde accipere, ſed ſibi ad omnia ſufficere, nullius rei indigere, & omnes ſuos amatores efficere ſibi conformes, vt etiam nihilo ab extra egeant, ſed omnia intra ſe ipſos poſſideant in patria ſua, & Hoc eſt REGNVM DEI intra credentes, ſiquidem habitabunt in Deo, & Deus in ipſis in omnem æternitatem. Ideò IESVS CHRISTVS, Verbum & Filius DEI Patris, ac ſapientia Deificans, Verus Magiſter, factus Homo, ſicut ſumus nos, vt nos perficeret filios DEI, ſicuti eſt ipſe, qui eſt benedictus in omnia ſecula.

Deus ergo Ingenitus Vniuerſitatis Dominus, Vniuerſorum principium, medium & finis, non ex vlla egenti naturæ neceſſitate, ſed ſola Voluntate ſua liberrima, & ex mera Bonitate, propter infinitam gloriam ſuam, omnia ex ſuo gremio ſeu profundiſſimo Diuinitatis conceptu & receſſu (Hermes dicit è viſceribus Tenebrarum) emittens per VERBVM ſuū primò produxit Lucem, id eſt, Angelicas ſubſtantias, dicendo, *Fiat Lux*: Ex Luce illa Angelica emanarunt Aſtra, ex Aſtris corpora ſeu mundi machina viſibilis, ex quatuor Elementis compacta, & ſic omnia ſunt in omnibus ſuo modo, & vnum manet in altero, ſicut ſemen in arbore, & Arbor in ſemine, hæc duo licet diſtincta, ſunt tamen vnum: Omnia corpora ſeu Elementa viſibilia ſunt in Aſtris inuiſibilibus ſeu ſpiritualibus Elementis, & Aſtra ſunt in corporibus: Aſtra ſunt in Angelis, & Angeli ſunt in Aſtris: Angeli ſunt

*Erat DEVS ante rerum productionē ab extra nudus & ſolus, donec placuit diuinæ Bonitati ſuæ exire ad rerū productionem & ſe quodammodo veſtire: Quare autem Deus mūdum non citius creauit, propter humillimam obediētiam reuerentiam & timorē creatori debitam, creaturæ ad eruendum per eum nō permiſſum eſt inquirere. VERBVM DEI eſt prima rerū omniū*

ſunt in DEO, & DEVS eſt in Angelis: Ita vt ſemper ſuum Superius poſſit eſſe abſque Inferiori, ſed non è contra. Nam mũdus viſibilis ſeu nulla corporalia conſiſterent, niſi adeſſent Aſtra: ſic, nulla adeſſent Aſtra, niſi Eſſentiæ Angelorum adeſſent, Angeli non exſtarent, niſi eſſet increatus DEVS, à quo dependerent. Cognito DEO cognoſcuntur Angeli, ſunt enim perfecta & abſoluta DEI imago: cognitis Angelis, nota erũt Aſtra: cognitis Aſtris, nota erunt omnia creata, ſed mundus viſibilis: cognito mũdo viſibili tandem notus erit Homo microcoſmus Filius mũdi: nam talis eſt Filius, qualis eſt Pater per omnia, ſicut ex Viſibilibus deprehendimus Inuiſibilia. Omnia ab intra manant ad inferiora & externa. Nam à DEO dependent Angelicæ ſubſtantiæ, ab Angelis depẽdent Aſtra, id eſt, Inuiſibiles Virtutes Rerum, & ab Aſtris depẽdẽt viſibiles Formæ, hoc eſt, corpora. Sicuti igitur in DEO omnia ſunt diuinè, & in Angelis Angelicè: Ita in mũdo ſunt omnia corporaliter ſeu mũdaliter: Nã vt Lux lucet in Tenebris, ita Superius eſt in Inferiori: vice verſa, Quicquid eſt in mũdo viſibili ſenſibiliter, hoc eſt in Elemẽtis & Aſtris Aſtraliter, id eſt, ſpiritualiter: & quicquid eſt in Aſtris aſtraliter, hoc eſt in Angelis angelicè: quod in Angelis angelicè, hoc eſt in Deo diuinè: Per Catenã ſeu reſtim aureã cœlitus fragilitati noſtræ demiſſã in Terram Mens ſeu Anima noſtra intellectualis,

*Idea, ſic mundus hic extrinſecus ad exemplar mundi intrinſeci videlicet intelligibilis fabricatus eſt & effigiatus à Conditore Optim. Maxim.*

*DEVS eſt ENS omnium Entium, hoc eſt, locus, origo & complicatio Creaturarũ omnium à quo omnes, & ad quem omnes remeare nituntur.*

*Angeli ſunt ſpecula certiſſima nulli obnoxia corruptioni, quæ diuinitas aſſidua ſui contemplatione explorauit. Quæ ſunt in Superioribus in Inferioribus etiam viſuntur, ſed degeneri conditione & adulterata.*

*Omnia in Deo ſunt, ſicuti Numeri in Vnitate & in Centro omnes Lineæ Circuli.*

ope diuinâ per Creaturarum ordinem, ab imis ad medis, & per hæc extra mundum ad ipſum Reru̅ opificem aſcendit & aſſurgit, ad Vnum primum & ſummum, ad quod, tanquam ad deſideratum Terminum, omnes Creaturæ conatu ſuo atque gemitu, voluntario tendunt impetu. Tota mundi machina in DEO nil eſt niſi DEVS, & in Angelis eſt Angelus, & in Aſtris eſt Aſtra: In ſemine Arboris latet tota Arbor cum radice, trunco, ramis, foliis, fructibus: Ex grano hordei procedit radix, culmus, ſpica, grana alia & paleæ. Hæc omnia ideò procedunt ex ſemine, quod latebant in eodem: Simili modo tota mu̅di machina in Angelo latet angelicè, in DEO autem diuinè. Semen eſt arbor co̅plicita, Arbor eſt ſemen euolutum & explicatum: Vnitas eſt numerus co̅plicatus, Numerus eſt vnitas euoluta: Angelus eſt Aſtra complicata, Aſtra ſunt Angelus euolutus. DEVS eſt, in quo, ceu Archetypo, mundus complicatus eſt diuino modo: Mundus eſt DEVS (vt ita dicam) euolutus. Exuperantiſſimus enim DEVS Lux omnem Lucem in ſe co̅tinens per Radiu̅ ſuæ majeſtatis, hoc eſt, per genitum Filium creat Lucem Angelica̅, & impertit eis omnia, per Angelos fluit in quatuor Elementa inuiſibilia ſeu Aſtra: ex Elementis ſeu Aſtris fluit in corpora, è quibus tandem fructus proueniunt in conſpectum noſtrum. In microcoſmo etiá ſimiliter patet inferiora ſcilicet eſſe in ſuis ſuperioribus, vltima in penultimis, & rurſus priora his ſimiliter in prioribus, aliudq́; ſemper in alio, quouſq; perueniatur ad ſummum. Nam ſenſus quinque ſunt in Imaginatione, Imaginatio eſt in ratione, Ratio eſt in Mente, MENS eſt in DEO, DEVS in nullo niſi

Rom. 8. ſoll. 11. 22.

*Supremus natura Creator, creauit in vno momento ſine temporis occupatione, antequam placeret facere, mirabilem ipſorum ſeparationẽ ſeu diuiſionem.*

in

in ſeipſo: Eſt enim ſui ipſius ſedes, & habitaculũ, quia eſt omnia, & eſt à ſe, & per ſe, à quo, ceu à largiſſimo & perenni fonte Vnitatis omnia fluunt: Ideo etiam ſingula è ſummo bono manantia ad Devm, tanquam ad ſuam originẽ, ſunt reducenda. Verùm cùm hæc non ſint huius loci, & pauci tantas diuitias & tam inexhauſtos Theſauros ſuis Tuguriis & anguſtis limitibus comprehẽdere poſſint, nec vlterius etiam in vulgus ſpargi debeant, geniũ nunc quieto Harpocratis ſilentio placabo: Difficulter etiam ab illis comprehenderentur, qui Cabaliſticos fontes ſine fundo non deguſtauerũt, nec niſi vmbratilem illam Animalem & mundanam cognouerunt ſapientiam, quæ apud Cœleſtem nil niſi mera ſtultitia eſt: Sed vt eo reuertar vnde digreſſus eram, ſummoperè è Repuplica medica eſt, vt diuinum hoc Signaturarum ſtudium (quod aliqui Botanici quidem innuunt, ſed aliis reliquerunt docendum & probandum) magis ac magis pateſiat: Ideò non ſine graui cauſa Medici Titulo indignum iudicat illum Paracelſus, qui ex ſigno ſignato, id eſt, Chiromantia & Phyſiognomonia Medicinam non faciat, cùm propter admirandam maioris & minoris mũdi Anatomiam Eſſatam ac Harmonicam, ſine ægrotantium vitæ diſcrimine, Antiquæ medicinæ cultores, illo carere, neutiquam poſſint nec debeant. Quilibet enim morbus (ſicut ſupra in Præfatione prioris libri retulimus) & medicina eius, vnius ſunt Phyſiognomoniæ, Chiromantiæ & Anatomiæ. Et qui huius fundamenti intellectu caret, huiuſq; Philoſophici & medici Alphabeti cognitione deſtituitur, nõ poteſt eſſe probatus medicus. Naturæ enim Chara-

*Habitaculum Dei non eſt diſtinctum ab Eſſentia diuina, ne ſiat defectus in Deo.*

*Iacob. 1. ſect. 15.*

*Vt enim Homo è fructibus dignoſcitur: ita Herba etiam à fructibus ſuis ſignatura.*

*Non ſine cauſa ab Homero vocatur medicus* περὶ πάντων ἀντάξιος ἄλλων.

*Anatomia & Formæ herbarum cõcordanda Anatomiis & Formis Morborũ.*

ſcriſſnt, & hæ ſignaturæ Naturales, quæ ex Creatione non atramento, ſed ipſo DEI Digito in omnibus ſunt exaratæ Creaturis (ſiquidem quælibet Creatura eſt liber DEI) melior eſt pars Veræ Literaturæ, per quam omnes res occultæ leguntur & inueſtigantur, poſthabitis quatuor qualitatibus, velut externis virium corticibus. Inuiſibilia enim & interna ſemper ſunt nobiliora, præſtantiora, & valentiora, quàm Viſibilia Externa, quæ minus perfecta & ſuis internis viliora ſunt: Sic Domus res externa ædificatur ob inhabitatorem: ſed incola nobilior eſt omnibus lignis, lapidibus & toto ædificio, cùm ſit viua & Rationalis Creatura: ſine Phyſiognomonia & Chiromantia (quarum miniſterio non ſolum totus Homo, cuius interiora ſemper aliquo externo indicio deteguntur, ſed ſpecificæ & occultæ Rerum omnium virtutes, imò omnia Naturæ ſecreta manifeſtantur) vix vllum Medicinæ habetur arcanum, quod experientiæ ſuſtineat examen: Creaturæ enim ſunt præceptores medici à Deo creati.

Primus noſter Protoplaſtes Adam, in ſtatu Innocentiæ ex Arte prædeſtinata, id eſt, ſignata, rerum Naturalium abſolutam habuit cognitionem, ac cuilibet Rei nomen indidit propriũ internam

*niſi enim Phyſiognomia ac Chiromantia tam morborum quàm Remediorum Anatomia, Eſſata ac Eſſentialis ſit à medico cognita, nil fructuoſi in medendo præſtabit.*

*Signatura in Philoſophia & medicina ſummũ fundamentum.*

Rom. 1. ſect. 19.
Sap. 13. ſect. 1.
Sap. 15.
Pſ. 9.
Matt. 17.
Iac. 12.

*Ideo Hermes dicit, Deum per ſingula creata vbique ſplendere, & eam ob cauſam fabricaſſe omnia, vt eum per ſingula cerneremus. Nil enim reperitur in mundo quod Diuinæ Virtutis ſcintilla careat.*

*Chiromantia & Phyſiognomonia dant ſigna omnium futurorum membrorum. Hoc Fundamentum ſignatum è Lumine Naturæ depromptum per ſcientiam magicam addiſcitur.*

*Gen. 2. ſect. 19. 20. Ars hæc ex Lumine Naturæ per diuinam gratiam communicata fuit.*

Naturam

Naturam ſimul exprimentem: Deus enim omnium rerum vires ac Naturam hominem ipſum vno tantum ſpiritus Diuini afflatu docuit. Sunt qui erunt, qui hæc noſtra imperfecta eſſe iudicabunt: eos propter publicam Rei Medicæ ſtudioſorum vtilitatem peramanter rogatos volo, vt his meliora, commodioriſque ordine poſteritati communicent. Quantum ingenio, ſtudio & induſtriâ, quantum labore & curâ, quantum denique iudicio conſequi potui, præſtare conatus ſum. Benignus ideò ac candidus Lector, quia Bonæ voluntati non adfuit optata complendi poſſibilitas, hoc meum ſaltem incœptum (ſiquidem in magnis voluiſſe ſat eſt, nec ſemper licet quodlibet) de ſignaturis ſtudium boni conſulet, & hoc noſtro Tyrocinio fruetur, donec DEVS aliquem excitet, qui infinita Bonitate iuuante huic laudatiſſimo & planè neceſſario ſtudio extremam imponat manum.

AMEN.

# De Signatvris Plantarvm hvmana membra similitudine repræſentantium.

## Capitis.

### I.

Papaver *cum corona repræſentat Caput & Cerebrum, ideò decoctum eius in multis Capitis affectibus vtiliter exhibetur.*

2. Iuglandes *habent integram Capitis ſignaturam: Cortex exterior ſeu herbaceum inuolucrum, Pericranij, qua de cauſa Sal corticum ad vulnera Pericranij ſingulare eſt.*

*Cortex interior durior, ſeu ligneum putamen, Cranij.*

*Pellicula circumdans nucleum, Meningum & membranarum cerebri.*

*Nucleus*

*Nucleus ipſius cerebri figuram habet: ideò etiam ad cerebrum conducit & venena hebetat: Nam nucleus tritus ſi cum Quinta Eſſentia vini humectatus vertici capitis imponatur, confortat cerebrum & caput potenter.*

3. *Folliculus Floris* Pæoniæ *concluſus adhuc, habet ſignaturam & analogiam quandam Capitis cum Suturis, item Venalis cerebrum circumdantibus: Flores mox excludendi aperiunt externam pelliculam Cranium repræſentantem, & hac viâ ſicuti etiam ſemen poſtea exiliendo fulminis inſtar Epilepſiam ſeu Syderatum morbum expellunt.*

4. Agaricum *excreſcentia eſt Laricis arboris veluti fungus, & caput purgat.*

5. Scylla, *quæ ad Epilepſiam commendatur.*

## CAPILLORVM.

1. *Lanugo malorum* Cydoniorum *refert aliquo modo Capillos: ideò decoctum eius in reſtituendis capillis à lue Venerea defluxis, efficaciſſimum eſt.*

2. Muſcus *oblongus arboribus adhæreſcens Pilorum inſtar: Eius decoctum ſimiliter commendatur in caſu capillorum.*

3. *Herba quædam in paluſtribus creſcit, Pilos oblongos formâ penitus referens, aquis innatat, & floſculo albo conſpicitur: Cuius deco-*

*ctum etiam conducit (vt & priorum ab extra adhibitorum) in pilorum profluuio.*

4. Adiantum, Trichomanes & Polytrichon *Apuleij, ſunt etiam Capillares plãtæ, quæ rigidiuſculis cincinnis, exilibuſq; fibrillis Capillorum faciem exprimunt, & crines denſos, criſpos & pulchriores reddunt.*

5. Thapſia *folio fœniculaceo ſeu capillaceo: Auicenna dicit illam parem non habere in operiendo capillis capite in Alopecia.*

## AVRIVM.

1. *Folia* Aſari *habent ſignaturam: ideò ex floribus eius Conſerua paratur, qua comeſta auditum & memoriam plurimùm confortat.*

2. *Notãdum hic* Cochleas *auriculis prælongis ſignatas coqui in aqua & ſale & deſpumari, poſt exſiccationem macerantur in oleo ſuccini, & deinde deſtillatio inſtituitur: promanans inde oleũ mirificum eſt ad recuperandum auditum: Reptile eſt acutiſſimi ſenſus.*

## OCVLORVM.

1. *Grana nigra Herbæ* Paris *ſeu Aconiti ſalutiferi, habent Pupillæ ſignaturam: Oleum, inde Chymicè prolectum vel expreſſum, ad oculorum affectus efficaciſſimum eſt medicamẽtum, à nonnullis Anima oculorum vocatum.*

2. Flos

2. Flos Euphraſiæ *habet Anatomiam omnium vitiorum oculi; ideò oculis mirè conducit.*

3. Anthemis, Caltha, Hieracium, (*quâ herbâ accipiter oculis hebetudinem diſcutit*) Argemone, Anemone, Scabioſa, Flos aſteris Attici: *Hæc omnia propter ſignaturam oculis conducunt.*

4. Potentillæ *flos Pupillam in oculo repræſentat: Aqua eius deſtillata eſt ſingularis.*

5. *Lapis vulgò* Beloculus, *quia in albo orbiculo, circinata nigra Pupilla conſpicitur, vnde nomen adeptus, manibus geſtatus claritatem viſus conciliat.*

## NASI.

Mentaſtri *aquatici folium Naſi formam refert, herba illa eſt, quæ folia anguſta hirſuta habet, flore è puniceo albicante. Extractum eius ſpecificum in amiſſione odoratus.*

## GINGIVARVM.

Sedum *Minus muris adhærens habet Gingiuarum ſignaturam: ideò ſuccus eius expreſſus in Scorbuto ſeu Stomacace plurimùm commendatur.*

## DENTIVM.

1. *In* Hyoſcyamo *receptaculum ſeu ſiliquæ ſemina habent Dẽtis maxillaris figuram:*

*ideò oleum eius ſeu liquor per ſe expreſſus, vel decoctum radicis cum herba Perſicaria in aceto, elotione calida, dentium dolores efficaciſſimè ſiſtit.*

2. Acini Mali Punici *Dentes repræſentant: ad gingiuarum vitia & dentium firmitatem valet decoctum.*

3. Pinei Nuclei *Inciſorios optimè dentes mentiuntur: ideò pini folia cum aceto decocta, dolores dentium mulcent.*

4. Dentaria *Herba, cuius radix miro Naturæ artificio compactili ſquammarum ſerie conſpicitur.*

## GVTTVRIS.

1. Pyrola, *ideò in gargariſmis vtimur.*
2. Vuularia.
3. Ceruicaria.

## IECORIS.

1. Hepatica, Lichen.

2. Fungus Betulinus & Quercinus, *habent etiam peculiarem Iecinoris ſanguinis officinæ ſignaturam: quo nomine puluis vtriuſque ad miraculum vſque ſanguinem è naribus ac vulneribus erumpentem inſperſione ſiſtit.*

3. Iecoraria *parietibus fontium adhærens, quæ contra Hepatis affectus & ſcirrhos peculiariter valet.*

4. Pira

4. Pira *habent quodammodo ſignaturam Iecoris: ideò ad Iecur etiam conducunt.*

## CORDIS.

1. Citrium *ſui fructus effigie Cor repræſentat.*
2. Anthoræ *radices duæ quaſi corcula oſtendunt.*
3. Alleluya *in cauliculorum ſummo profert folia Cordis figurâ.*
4. Meliſſophyllon *Cordis ſpecie fert folium.*
5. Cardiaca *ſeu* Molucca *folia meliſſæ profert.*
6. Nardus, Myrobalanum, Mala Cydonia.

*Omnium eximiæ ſunt dotes ad Cor.*

## PVLMONIS.

1. Pulmonaria *tam ſaxis quàm arboribus adhærens.*
2. *Pulmonariæ quadam ſpecies Pulmonis maculas ſubalbicantes referunt: ideò omnium decoctum in variis Pulmonum affectibus conducit.*

## MAMILLARVM.

Specula Pennarum Pauonis: *habens*

*enim Mamillarum & vberum formam: ideò hauſta ſanant vbera mulierum malè affecta.*

## FELLIS.

*Herbaceum* Viride *inuolucrum Iuglandis, ſi ſuccus eius exprimitur viridis, aſsimulatur ſucco Fellis colore & ſapore, & conducit ad Fellis expurgationem.*

## LIENIS.

1. Scolopendrium *verum*, Aſplenium, *Ceterach.*

2. Lingua Ceruina & *Vulgaris* Phyllitis.

3. Lupinus *ſua effigie Lienem demonſtrat: ideò eius decoctum Lienoſis prodeſt.*

## VENTRICVLI.

1. Folia Cyclaminis *ſaltem: radicem enim membra Paralytica reddere tradunt.*

2. Zingiber.

3. Galanga, *eſt externus Ventriculus, per quem internus ſeruatur.*

## VMBILICI.

Vmbilicus Veneris ſeu Cotyledon *conſuatum adfert folium rotundum, leue, fœmineum, Vmbilicum imitatum, craſſum, carnoſum & ſucculentum. Ad amatoria valere affirmat Dioſcorides, quia medici Vmbilicum Luxuriæ ſedem dicunt.*

INTE-

## INTESTINORVM.

1. Calamus Aromaticus.
2. Caſſia Fiſtula.

## VESICÆ.

1. Alkekengi, Halicacabum, Veſicaria *veſiculas ferens humanis ſimiles, intus acinum incluſum gerit., cuius celeberrimus vſus ad calculos lotiumq́ ciendum.*

2. Veſicaria Repens, Staphylodendros.

3. Colutea.

4. Solanum.

## PVDENDI.

1. Aron *præter piſtillum erecti ferè genitalis effigie, integrum generationis inſtrumentum demonſtrat.*

*Sunt qui putent Satyrion Erythroneum, ſeu Verum Paracelſi Satyrion, eſſe Aron, ſeu omnes Dracontij ſpecies, quæ habent ſignaturam totius Pudendi, & poſt maturationẽ in gramine ſupra terram inſtar ſerpentis incuruata iacent.*

2. Fabæ *habent etiam integram Pudendorum & Colis glandis Anatomiam: ideò à Pythagora damnatæ: Farina illarum ad inflationem pudendorum commodè à proprietate ſimilitudinis adhiberi ſolet.*

3. Cichorij *piſtillum erectum, Veretrum*

*oſtentat, cuius decoctum intra & extra adhibitum ſingulare pro maleficiatis ex incantatione.*

4. Hieracij *caulis concauus: decocti eius cum aqua communi quotidianus hauſtus calidus, ſpecificum eſt in inflammatione purulenta penis.*

5. *In* Cicere *& maximè in* Lupino *Mentulæ forma apparet.*

6. *Vt & eandem* Pini Fructus *repraſentet: ideò nuclei eius & Piſtachiorum eſus Venereis exercitiis conducunt.*

7. Glans *ſummam Colis partem oſtendit, quam preputium tegit.*

## TESTIVM ſeu GENITALIVM.

1. *E Bulbaceo genere omnes* Orchidum *ſpecies à ſimilitudine teſticulorum Veneris ſunt incētiua, ſi cui deſit facultas: alter alterius poſitu reſoluitur, Superior maior & plenior ad ſtimulandos coitus, Inferior, mollior ac rugoſior ad inhibēdos valet: Natura hominum generationi ſatagens hâc teſticulorum imagine ad vires Venereas, conceptum & prolem eos valere ſignificauit, ſiquidem etiam ſeminis odorem habent. Ideò Satyrij eſſentia in reſtituenda amiſſa virilitate viris frigidis efficaciſſima eſt: ſiquidem hominum & animalium luxurioſorum*

rum teſtes ita affabrè mentiuntur, vt nemo ſit, qui videat, qui ſe eos cognoſcere non fateatur.

2. Tragorchis hircinus Teſticulus, hircum olet, & ſpirillis aruncis capillam barbam mentiens ad Venerem inſlammat, omnium bulborum valentiſſimus, vt hircus animalium luxurioſiſſimus.

3. Satyrium Erythronium, id eſt rubrum, cortice radicis gracili ruſſo, intus albo: non ſecus atque Scincus libidinem excitat, etiamſi manu teneatur; & magis ſi bibatur è vino, teſte poſt Dioſcoridem Lobelio. *Pſeudo Hermodactylus Matthioli & Italorum.*

4. Draguncułus maior radice bulboſæ donatus rotunda, inſtar Teſticuli, in vino ſumptus Venerem proritat.

5. Porrum adeò ſcroto ſimile, vt in prouerbium abierit: etiam Venerem excitat.

6. Flores Cynoſorchi homines ad fœcunditatem & laſciuiam inuitant, Venerem conciliantes, irritantes, augentes, & ſopitam vellicantes.

7. Boletus Ceruinus Pudendorum habet ſignaturam: ideò non ſolùm ab intra confortando conducit, verùm etiam ab extra, Inflaturis Teſticulorum vtiliter imponitur.

8. Phallus ab Adriano Iunio peculiari ſcripto in hunc eundem vſum commendatus.

9. Vtriuſque ſexus genitalium ſignaturam

*habent* Vuarum Acini: *Ideò Veteres non ſine cauſa dixerunt, ſine Baccho frigere Venerem. Zacha.19 ſect.17.*

## MATRICIS ET VTERI.

1. Ariſtolochia *rotunda vera fœminei vteri formam imitatur, & optimè puerperis opitulatur.*

2. Piſa.

3. *Interior Cortex* Betulæ *viridis habet ſignaturam Matricis cum venulis ſanguineis: ideò decoctum eius purgat matricem.*

4. Sabina *habet ſignaturam Venarum matricis: ideò diſſo.vit Tartarum in venis muliebribus.*

5. Malum Granatum ſeu Punicum *glabrum eſt, & membranâ tegitur, Malicorium dicta, Sole hiat cortex, aperiturque leuiſſima vel aëris iniuria: ſic etiam infans maturationis tempore exitum è matrice parat.*

6. Cyclaminus *ſuo circinnato radicis bulbo, muliebrem vterum affabrè domonſtrat effigiatum: Theophraſtus eius bulbum ad amatoria valere dixit.*

7. Leontopetalon *cuius radix fœmina pubem lanuginoſo molliqueflocco pubeſcentem ſuo intuitu & ſimilitudine affabrè demonſtrat. Tradit Dioſcorides appenſam ad amatoria valere.*

8. Ma-

8. Macis *Matricis ſignaturam etiam refert: Includit enim nucem myriſticam (fœtus in vtero ſignaturam) Macis, vt Matrix embryonem.*

RENVM.

Portulaca *habet ſuam ſignaturam ad Renes.*

SECVNDINÆ.

Nymphæa *huius ſignaturam habet. Ideò etiam Secundinam expellit.*

SPINÆ DORSI.

1. Equiſetum.

2. Filix *Fœmina: ideò eius decoctum (in Iſchiade & doloribus Spinæ) & fomentatio è vino & aqua per multos dies præſtantiſſimum eſt ex arte ſignata Remedium; Spinæ dorſi enim effigiem non obſcurè repræſentat.*

TIBIARVM & OSSIVM.

1. Gratia Dei ſeu Geranium *habet ſignaturam Oſſis Tibiæ: ideò puluis eius ſingularis in oſſibus fractis.*

2. Oſſiſana *ſeu Lapis ſabuloſus propè Spiram & Darmſtadium repertus, miraculoſus in conglutinandis oſſibus ruptis, idq; propter ſignaturam eius Magicam.*

NERVORVM & VENARVM.

1. Plantago *habet ſignaturam integram,*

*imò & manuum & pedum Chiromanticam figuram, ſiquidem manus herbarum ſunt folia.*

2. Sauina *habet etiam venarum ſignaturam.*

## PORORVM CVTIS.

Hypericonis *folia perforata ſignaturam habent: Tollunt obſtructionem pororum & ſudorem pellunt.*

## MANVS.

1. Palma Chriſti.
2. Folia Ficus: *ideo articulorum doloribus conferunt.*

# MORBORVM SIGNATVRÆ.

## APOPLEXIÆ.

1. Lilium Conuallij *Flos habet* Guttæ *ſignaturam, quia flos quaſi gutta pendet: ideò in hoc morbo magnus eius vſus eſt.*

2. *Carpionis* Lapis *ſemilunari formâ ſupra oculos exiſtens, commendatur in illâ Apoplexia, quæ cum commotione & contractione muſculorum ſupra oculos inuadit.*

## CALCVLI.

*Omnia, quæ Calculum pellunt, ſunt Magicè ſignata à ſimilitudine, & morbum ſignificant ſuis imaginibus.*

1. Cryſtallus, Silex, Lapis Citrinus, Iudaicus, Lyncis: *Lyncis vrina coit in Lapidem, ideò eius vrina ad Veſicæ ſtillicidia peroptima eſt.*

2. Calculus Microcoſmi.

3. Saxifragiæ *Radices.*

4. Lithoſpermon ſeu Milium Solis *calculos candore & rotunditate margaritarum ferens, duritie lapideâ cum aliis ſeminibus ſaxeis ad comminuendos calculos valet.*

5. *Fructus & ſiliqua* Ononidis.

6. Lachryma Iobbea *ad deturbandos calculos nunquam ſatis laudata.*

7. Fructus Alkekengi.

8. Nuclei Ceraſorum, Perſicorum, Meſpilorum.

9. *Fructus* Roſeti *Rubei: Item plurimi alij in ſenticetis rubro colore in autumno ad maturitatem prouenientes.*

10. Cæpæ *etiam habent ſignaturam Calculi.*

## CANCRI.

1. Dactyletus: *ideò, ſecundum Paracelſum, hauſtus Cancrum curat: alij putant eſſe*

*Hermodactylum exoticum officinarum cum radice rotunda ſeſe in centrum contrahente, non aliter vt cancer facere conſueuit.*

2. Lunaria *quæ ſignaturam habet Cancri, cum qua Carrichter affirmat ſe omnes mamillarum Cancros curaſſe.*

3. Ros Solis ſeu Rorella.

## COLICÆ.

Conuoluulus *in ſegetibus prouenienſ Inteſtina repræſentāt: ideò decoctum eius eſt in Colica ſingulare.*

Anguilla *in Colica peſtis.*

## CICATRICVM.

1. Olea.

2. Vlmus.

3. Reſiniferæ *omnes, quæ caudicis ſciſſuras ſuſtinent, ad cicatrices & vulnera certiſſimo experimento vtiliſſima.*

## DYSENTERIÆ.

1. Acori Aquatici *Lutei radix in Maio effoſſa, & collecta, ſingulare Amuletum contra Dyſenteriam appenſum ad ventriculi regionem: habet enim colorem & ſignaturam Excrementorum.*

2. *Ita* Baccæ Sambuci *conferunt.*

## ERYSIPELATIS.

1. *Semen* Oxylapathi, *quod ſemper carneum colorem, non plane rubrum habet: decoctum*

*ctum eius hauſtum efficaciſſimum eſt.*

2. Colchotar Vitrioli *calcinatum fortiter: ideò exterius in aqua plantaginis ſolutum vtiliter imponitur.*

3. Acorus Paluſtris: *quo nomine de collo geſtatur.*

## EPILEPSIÆ.

1. Viſcus Quercinus *cum ſuo glutine maturat morbum.*

2. Grana Pæoniæ *circularia ac nigricantia, præſertim quæ à prima emergunt fœturâ (quia matura è capitibus ſponte exiliunt) expellunt.*

3. *In Epilepſia* Crux ſeu Officulum *illud eſt præſtantiſſimum medicamentum, quod alij volunt in Craniis Epilepticorum, alij verò in ſtrangulatorum, vbi iunctura committuntur: quia quilibet ferè ſtrangulandus Epilepſia in Agone corripitur, dum ſpiritus vitæ interclusus exitum quærens, ſuffocatur: tunc commiſſuras capitis hac vehementia ſeparari neceſſe eſt: In principio paroxyſmi ſub Exaltatione Lunæ datur.*

4. Paſſer *in Caduco peſtis à Paracelſo commendatur.*

## EXCRESCENTIÆ.

Agaricum *& reliqua Arborum Excreſcentia: quæ ſupra ramos & frondes contra Na-*

*turæ ordinem excreſcunt, humanorum artuum excreſcentibus partibus medentur.*

## EXANTHEMATA.

1. Semen Raparum.
2. Lentes: *ideò decoctum illorum expellit.*

## FICVS ANI.

Scrofularia *maior & minor, habent integram ſignaturam: ideò decoctum in exterendis ficubus mariſciſve non ſolùm vtiliter bibitur, verùm etiam pro Amuleto de collo ad orificium ſtomachi virtuosè appenditur.*

## FISTVLÆ.

Iunci Aquatici *habent ſignaturam: ideò ſal artificiosè extractum, intra & extra corpus cum iuuamento offertur.*

Rapunculus *Herba Carrichteri flore cœruleo, eandem habet ſignaturam & efficaciam.*

## FOETVS IN VTERO.

Ætites *Lapis veluti prægnans, cum quatitur alio in vtero ſonante, grauidis cõtinet partus, cùm vterus parum tenax ſiniſtro brachio mulierum alligatur, donec partus hora inſtet, tunc ſiniſtra coxæ imponitur, vt fœliciter ſine labore & periculo enitatur, poſt fœtum excluſum tollitur confeſtim, ne vterus ſubſequatur.*

## FOETVS VTERO ADNATI.

*Conferunt à ſimilitudine* Grana Florum Tiliæ, *ſupra pedunculum dimidia ex parte folio adnatorum. Dantur infantibus adnatis illorum granorum quinque vel ſex vna vice, vel etiam mulieri grauidæ, cuius fœtus adnatus: Colliguntur in feſto decapitationis Iohannis, & cortex exterior abijcitur.*

## FASCINI.

*Conferunt Herba quæuis, quæ per ſciſſuram aut foramen ſaxi, aut lapidis alicuius enaſcuntur.*

## HERNIÆ & RVPTVRÆ.

1. Radix Aronis.
2. Perfoliata.
3. Herniaria.
4. Telephij radix.
5. *Folia* Fraxini *etiam habent ſignaturam: ideò oleum è ligno deſtillatum illitum, efficaciſſimè medetur.*
6. *In foliis* Vlmi *folliculi quidam ſeu veſiculæ erumpunt & innaſcuntur menſe Maio humore plenæ admodum vulnerario, ad Enterocelas valent.*
7. Poma *foliis* Quercinis *adnaſcentia in Maio colligantur, & in vitris ſuſpenſa per ſe in Sole in liquorem redigantur: Hic liquor inunctione plurimum conducit.*

8. *A ſignatura Magica obſeruentur Animalia, quæ ſe extendunt & contrahunt: Ita Elephas proboſcidem extendit & retrahit: ideò Spodium calcinatum hîc prodeſt.*

9. *Similiter* Teſtudo *ſe contrahit, cuius calcinatæ puluis etiam conducit.*

10. Hirudo Spinoſa *itidem ſe contrahit, cuius aqua deſtillata vel cinis combuſtus, miras habet in hoc affectu vires. Sola olei eiuſdem inunctione Hernioſi curati ſunt.*

## HÆMORRHAGIÆ.

1. Santalum Rubrum, *cuius decoctum in vino rubro ſtyptico, mirè compeſcit Hæmorrhagiam.*

2. Tormentillæ *Radix.*

3. Hæmatites, Coroneolus, *Lapis maximè,* Sarda, Corallium, *quę omnia ſanguinem ſiſtunt, ex Anatomia, manibus ſi includantur.*

4. *Sextum* Geranij *genus dictum* Sanguinarium, *radice rubra tantoperè in ſiſtendo ſanguinis profluuio prædicatum.*

5. Chalcanthum *combuſtum, ſanguinei coloris euadit, erumpentem ſanguinem è cerebri vena, & è pectore mirabiliter cohibet.*

6. Anagallis Mas, *ſanguineo flore, manibus detenta, vbi incaluit, impedire ferunt ſanguinis effluxum ex inciſa vena.*

HÆ-

## HÆMORRHOIDVM.

*Omnes Villoſæ plantæ, & mollia herbarum folia lanuginoſa, quæ leuoſiore flocco, quaſi caneſcunt, conducunt etiam ex ſympathia Hæmorrhoidibus, aſperum tactum horreſcentibus.*

1. Folia Verbaſci, *quæ cana denſaq́; lanugine, bombaceoq́; tomento veſtiuntur, huius decoctum conducit.*

2. Oculi Populi Arboris, *oleo oliuarum macerati & inſolati, mirè vtiles: ſemen coloris ſanguinei planè repræſentat nates.*

3. Pes Leporis *herba, etiam lanuginoſa eſt, & decoctum vtile.*

4. Scrophularia, *quæ tuberculis & papilloſis capitulis ſcatet.*

5. Aron Minus, *Tonſillas & Hæmorrhoides mulcet.*

6. *Inter Verbaſci nomenclaturas eſt* Lupina Cauda, *à pilorum molli lanugine, quam imitatur: Eius decoctum etiam prodeſt.*

## HYDROPIS.

1. *Radix* Bryoniæ *habet ſignaturam pedum Hydropicorum: ideò Extractum aquas educit.*

2. *Radix* Michoacæ.

3. Dentaria ſeu Aneblattum, *Cordi habet etiam ſignaturam inflationis Hydropicæ.*

4. Medulla *Ligni* Sambuci, *preſſura etiam relinquit cauum veſtigium, quale videmus in pedibus Hydropicorum: ideò ſuccus arboris conducit, ſicuti etiam* Fungorum *Sambucinorum deſtillata aqua.*

5. Mala Perſica *habent etiam ſignaturam: ideò flores Perſici & folia cum nucleò ſiccata & puluериſata omnia debita quantitate leniter purgant in tumoribus & Hydrope.*

## ICTERITIÆ.

1. Chelidonia, Crocus, *quæ duo à ſimilitudine flaui coloris iuuant. Item Radix* Curcumæ.

2. Centaurea.

3. Pediculi, Scarabæi *flaui.*

4. *Cutis interior flaua* Oxyacanthæ: *Item medianus flauus Cortex* Sambuci.

5. Lapis in Felle *Bouis repertus flauus.*

6. Anchuſæ *aruenſis radix colore rubro & ſapore amaro. Horum decocta iuuant.*

7. Tenca viua *ſupra vmbilicum ponitur, donec moriatur, præſertim in Ictero peſtis.*

8. Anthos *Roſarum peculiariter confert. Doſis* ℥ß.

## LENTIGINVM.

1. Betulæ *Cortex albis interlitus maculis, vt videatur ſturnum imitari, lentigines & faciei maculas abſtergit.*

2. Flores

2. Flores Sambuci *etiam maculati ſunt: ideò fotus ex decocto florum in aqua commendatur.*

## LEPRÆ.

Fraga *habent ſignaturam: ideò illorum deſtillata aqua palliat rubicundam Leproſorum faciem, ſi bibatur & liniantur maculæ: Quo nomine etiam Raymundus Lullius Fragorum in ſpiritu vini maceratorum vſum in palliãda Lepra plurimùm commendat in libro de Quinta Eſſentia.*

Viperæ: *ideò caro illarum præparata Leproſis cum commodo offertur.*

## LVMBRICORVM.

1. Viciæ *habent ſignaturam Lumbricorum: ideò decoctum illarum conducit in expellendis Lumbricis.*

2. *In cauitate Roſæ Caninæ interiore Tineæ quædam candidæ interdum occluduntur, quibus puluerisatis ad expellendos vermes inteſtinorum, multi feliciter vtuntur.*

## MENSTRVORVM RVBEORVM.

Artemiſia Rubra: *ideo efficaciſſimis virtutibus prædita herba, in ſiſtendis & corrigendis menſibus ſuperfluis.*

## MEMBRORVM TABIDORVM.

Salix *non fert ſemen, ſed virgula abſciſſa etiam ferè emarcida ſola infixione in terram creſcit: ideò Balneum è decocto ſalicis præſtantiſſimum ad membra tabida.*

## MACVLARVM.

1. Allium.
2. Arum, Ariſarum.
3. Dracontium.
4. Perſicaria.
5. Hirundinaria *minor. Omnes item Maculoſæ plantæ maculas corporis noſtri abſtergunt.*

## NODORVM in CARNE.

Mercurialis *cum nodis: ideò decoctum eius cum Mechoaca, nodos cutis tollit.*

## PRVNELLÆ.

1. Sal Armoniacum *: ideò liquor eius deſtillatus cum ſucco Aizoi eſt Euporiſton medicamentum: Extrahit enim Tartaricum ſublimatum Realgar, gutturi ſeu collo adhærens, & linguam nigredine afficiens.*

2. Flores Prunellæ *ſua forma guttur repræſentantes, commendantur etiam vt plurimum in hoc morbo.*

## PVNCTVRÆ LATERIS.

1. Carduus Benedictus *ſuis punctionibus*

*bus curam Pleureſis indicat, vt &*

2. Carduus Mariæ: *Vtriuſque ſtillatitius liquor vel decoctum plurimùm confert.*

3. Hippogloſſum *alterum folium gerit maximè acutum, non ſine maximo aſpicientium miraculo & Naturæ raritate: ad Laterum puncturas valere Neotericorum conſtat experimento.*

4. *Puncturis in corpore* Maxilla ſeu crux *Lucij* Piſcis *contrita & potui data, ſubuenit.*

5. Conſolida Regalis, *cuius tres vel nouem flores comedantur.*

## PHANTASMATVM.

1. *Fibræ ſuper folia* Hypericonis *habent ſignaturam, quod perforata certo tempore & debito modo collecta omnia Phantaſmata, & ſpiritus Phantaſticos ſine ſuperſtitione ab homine & extra hominem pellit, qui ſpiritus etiam Vermium ſpiritum in aliam Phantaſiam adigit, vt illorum ſpiritus animalis ab hoc ſpiritu fugiat. Nomen Græcum denotat: quod ὑπὲρ εἰκόνας ſuper Imagines & Spectra dominium habeat, Fuga Dæmonum vocatur: ideò fumigatio ſeminis eius, vt dicit experiſſimus Philoſophus Lullius, fuget omnem Dæmonem à proprietate corporis, vel à domo. Portus Neapolitanus affirmat, obſeſſos nec odorari,*

*nec ſupra ſe ferre valere: Vt enim Sol cæleſtis ſua Luce fugat omnes malignos ſpiritus in Tenebris gaudentes: ſic Hypericon (inter herbas Solares numeratur præcipua) à Paracelſo Solis Terreſtris Nomine inſignitum, eiuſdem efficacia deprehenditur.*

2. Ruta, *propter Crucis ſignum ſemini impreſſum.*

3. *Crux* Baccis Iuniperinis *innata, præſertim magnis granis, nucis auellanæ quantitatem æquantibus, qualia inter peregrinandum in copia prouenire vidi in agro Neapolitano ad litus maris Tyrrheni: ideò experientia demonſtrat, quod proſint maximoperè à Spiritibus malignis obſeſſis.*

4. Antirrhinum *contra Phantaſmata & Incantationes: ſemen enim quaſi Sceleton repræſentat, defunctique Hominis Caluariam oſtendit.*

## PANARICII.

Archangelica ſeu Vrtica Alba *habet ſignaturam; contuſa & impoſita confeſtim necat.*

## PESTIS.

1. *Bufo*, Cochleæ, Rana: *ideò vtiliter ob extra imponuntur, ſiquidem venenum attrahunt: Futuræ ac inſtantis Peſtis ſigna in linguis Ranarum maculatis apparent, ac vbi cateruatim*

*tim ſeſe mutuo conſcindunt, tot funera ſimul ſepelienda praditere ſolent.*

2. *Anthracis & Carbunculi ſignatura eſt in* Sapphiro, *in quo eſt peculiaris virtus Anthracem ſine corroſiuo tollendi, & in Eſcharam promouendi. Similis eſt etiam in Lacerta vis, ideò extrahit Eſcharam.*

1. Gamandræa *cum rotundo pomo etiam Peſtis ſignaturam habet: ideo infecti herbam hanc, ſed ſub ſuo climate productam, magno iuuamine macerant in quotidiano potu: Ita Tubera rotunda Quercubus adnaſcentia ſiue recentia ſiue puluerisata feliciter imponuntur Peſti: Sic & puluis Nuciſtarum maceratarum applicatus extrahit venenum.*

## SEMINIS PROFLVVII ſeu GONORRHOEÆ.

Vrtica Mortua, Galeopſis: *ideò Carrichter decoctum eius in vino plurimùm commendat.*

## SCROFVLÆ.

1. Scrofularia.

2. Scrofularia *minor ſeu* Chelidonium *minus, cuius ſtrumoſa radix è multis granis frumenti videtur coaluiſſe.*

## SQVINANTHIÆ.

Fructus Mori *habent Squinanthiæ ſigna-*

*turam: ideò ſuccus eius & folia gargariſando conducunt.*

## SCABIEI Corporis & Pedum.

1. Arbuta *ſeu Piceæ Coni ſquammulis loricati: decoctum illorum cum Capite mortuo Vitrioli præſtantiſſimum medicamentum externum eſt.*

2. Scabioſa *in ſummis caulium capitulis florum calices promit compactili ſquammarum ordine ſtructos: ideò Scabiei medetur.*

3. Polypodium *in dorſo ſcabritiem habet: ideò à proprietate ſua decoctum eius pellit Scabiem.*

## SQVAMMARVM CVTIS.

1. Vitis & Reſiniferæ, *quæ corticem abijciunt, ad cutem deglubendam & Squammarum vitia conducunt.*

2. *Sic ad Squammas capitis Herba* Filicis vel Filiculæ *conducit.*

## SQVAMMOSORVM PEDVM.

Scoria Ferri *habet ſignaturam oſtracoſorum labiorum vlceris: Vt enim Scoria hæc inter fundendũ à ferro ad ſuperficiem eijcitur: ita etiã ab interno Hominis Archæo ſeu arte Naturæ fit ſeparatio Mineraliũ & Excrementorũ in corpore microcoſmico: ideò Crocus Martis & oleum eius in tali caſu plurimum proſunt.*

SPAS-

## SPASMI.

1. Limaces, *vix commoti contrahunt ſe: oſſiculum exiguum in Limacibus albis per medium ſciſſis, in papyro reconditur, & in Spaſmo efficaciſſimè exhibetur.*

2. Poples Leporis, *animalis velociſſimi in curſu, itidem prodeſt.*

## STRVMARVM.

1. Gladiolus *radice geniculata conſtat, paruorum Bulborum modo ſuper alium inſidente, inferior gracilis, ſuperior vegetior, Strumis certò medetur.*

2. Scrophularia *radicem habet tuberculis aſperam & papilloſis capitulis donatam, ſtrumoſo ſubtus porrecto ceſpite: vlceribus ſtrumoſis & tuberculis ab humore frigido glaciatis emolliendo opitulatur.*

3. Ficus *Strumæ modo tument, valent ad eaſdem.*

4. *Sic* Spongiæ Marinæ.

5. Iridis *radix ſtrumoſa delet ſtrumas.*

6. Eſt & Scrophularia *minor dicta herbula foliis hederæ, habet radices quodam callo pendentes paruas, complures, vt grana tritici in acerui modum collectas; quarum tres vel quatuor in longius protenduntur. Hâc recentiores in eximendis ſtrumis, ficubus & mariſcis magna vi & experimento vtuntur.*

7. Sal Vngaricum ſeu Tranſyluanicum *natiuum multas grumas Strumæ inſtar habet cuius frequentem vſum, vt & Salis Gemmæ Paracelſus in depellendis ſtrumis ſtudioſè commendat.*

## SVGILLATIONVM.

1. Perſicariæ *folium liturâ maculæ modo conſcriptum, quæ Cornicularis Lunæ imaginem refert, ſugillata debet.*

2. Chelidonium *minus etiam propter foliorum magicam ſignaturam in hoc caſu ſpecificum eſt: nec ſolùm ab extra vnguentis admixtis illinitione delet maculas externas, ſed etiam in vino macerata & quotidie ter vel quater hauſta, ab intra ſanguinem concretum è corpore ad miraculum expellit.*

## TARTARI VENTRICVLI.

Caſſutha ſeu Cuſcuta *ſignaturam habet: Eius decoctum maximoperè commendatur.*

## VRINÆ RETENTÆ.

1. Medulla *in Calami Anſerini concauitate contenta: ſiccata & tuſa mirè in vino remoratam vrinam pellit.*

2. Anima *Halecis* (*vt vulgus vocat*) *coloris argentei repræſentat etiam cauum penis*

*ductum:*

*ductum: pulueriſata & exhibita efficaciſſime vrinam ciere ſolet.*

## VENENI.

1. Syderica, Dracontium *Maius, in quolibet folio habet figuram ſerpentis: Inde magico indicio confirmatur, quod decoctum contra ictus ſerpentum ſit efficaciſſimum.*

2. Dracunculus Minor *ludentis Naturæ miraculum ad primas ſerpentum Vernationes exerit ſe terrâ, & cum iis in terram conditur, nec omninò occultato eo apparet ſerpens: officioſo Naturæ munere remedium demonſtrantis & formidinis tempus præmonentis.*

3. Biſtorta, *Serpentaria, Colubrina, ad viperarum & ſerpentum morſus.*

4. Ophiogloſſum, *vt & præcedens Herba figuram habet ſerpentinæ linguæ cupientis lædere.*

5. *Inter* Allij *genera* Ophioſcorodon *ſignatum eſt.*

*Omnes autem plantæ, quæ ſerpentis Exuuium maculoſum exprimunt, & Verſicolores viperarum maculas oſtendunt, imò ſerpentum effigiem ex omni ſua parte conſpicuam reddunt, contra eorum morſus valent.*

## VERRVCARVM.

Culmorum Nodi *habent Verrucarum*

*ſignaturam: ideò etiam magnetica cura per illos tolluntur.*

## VVLNERVM.

1. Sapena Riparum ſeu Hydropiper, *in aquis pigro lapſu repentibus naſcẽs, propter maculas ſanguineas in foliis, medetur Vulnerum recentium ſuperuenientibus ſymptomatibus: ſiquidem fluxus ſanguinis in ſanguineo Perſicariæ pedunculo, Soli obiecto apparet. Hæc* Perſicaria *à Paracelſo vocatur Mercurius Terreſtris, & dicit in illâ eſſe Influentiam Carnalem ſeu Attractiuum Influentiale non aliter, vt Sol & omnia ſydera ab inferioribus attrahunt, & inferiorâ viciſſim à ſuis ſuperioribus: Gutta in foliis habent ſignaturam.*

2. Hypericonis *Folia innumeris foraminulis quaſi acu traiectis perforata videntur: ideò ad omnes externas & internas cutis læſiones proſunt: Et quia flores etiam poſt putrefactionem in formam ſanguinis abeunt, ſignant vſum peculiarem ad Vulnera.*

3. Millefolium, & Betonica, *lanciniatis & inciſis foliis.*

4. Gentianella ſeu Cruciata, *cuius radix in modum crucis transfoſſa eſt.*

5. Aſcyrum.

6. Vlmus *etiam perforata folia habet: & ſic*

*ſic omnes plantæ perforatis foliis ad Vulnera corporis valent.*

# MEDICAMENTA, A SIMILITVDINE IVVANTIA.

*NOtandum etiam eſt, quod quædam medicamenta, à ſimilitudine prodeſſe, & miro modo à morbis liberare deprehendimus, quia vnum alterius Anatomiam habet: cui enim potius comparandum eſt ſimile, quàm ſuo ſimili?*

Arſenicus *vlceribus Arſenicalibus ſubuenit: Inter omnes fructus Aquæ, non eſt maius Venenum, quàm in materia Reſinorum, & omnis Venenoſitas Reſinorum, confirmante Paracelſo, confluxit in Arſenico, tanquam in vnum corpus.*

Aconitum *ex vino tepido datum percuſſis à Vipera aut Scorpione ſalutiferum eſſe expertum eſt à nonnullis medicis peritiſſimis, adeò Venena plerunque Venenatis ſunt Venena.*

Boletus Ceruinus *Fungus eſt, quem ad res Venereas adhibent, à ſemine eius Animalis genitali oritur.*

Cancer, *quia corpus ipſius tumet, ideò Carcinomata & Perniunculos cum decocto melle lenit: fluuiatilium Cancrorum cinis vtiliter etiam inſpergitur.*

Cancer *item viuus, ligatis chelis* Cancro *imponitur, donec moriatur: Ita Cancer Cancrum interficit, qui ſi ſit exulceratus, poſtea quouis opodeltoch curatur.*

Cardiacam *tollit puluis* Cordis Perdicis.

Capilli *Hominum ſi deſtillentur, egreditur ſuccus, qui* Capillis *prolongandis inunctione prodeſt.*

Cerebrum Suillum, Phreneticis *prodeſt: ideò etiam ij, qui memoriam amiſerunt, cum iuuamento veſcuntur Cerebro Porcino, cum myriſtica & cinnamomo aromatiſato.*

Cor Motacillæ *cum ſucceſſu appenditur in* Congelatione, *vbi* Cor riget.

Cor *Hominis in* Cardiaca *& Syncope corroborat Eſſentia preparatà de* Cordis Cerui *Oſsibus.*

Coli *cruciatus demulcet particula de* Vmbilico *infantis recenter nati, in argentea capſulà vel annulo incluſa, & ita geſtata, vt carnem attingat, certiſſimo experimento multorum accepi.*

Cranium *Hominis* Epilepſiæ *ſubuenit, ſumatur*

*ſumatur autem pars anterior, non poſterior, & fœminæ fœmineum, mari maſculum accommodetur.*

Cucumeris *ſylueſtris fructus maturi, leuiter contrectantem maculant, dum de ſe ſolo tactu ſuccum eiaculantur: ſic huius coagulati ſucci ſeu Elaterij vſus, hoc magico indicio ſeroſos Humores corporis Humani vehementer expurgat.*

*In* Dyſenteria *maximo iuuamine adhibetur rubra illa medulla, quæ in Lapicidinarum iuncturis reperitur & eruitur, vulgus Iecur Lapideum vocat.*

Epilepſia, Alces, & Hirundines *corripiuntur: ita etiam contra eundem morbum ſpecificè, inſtar Amuleti, conducit Alcis poſterioris pedis dextra vngula, quam auriculæ ſiniſtræ ingruente paroxyſmo immittunt, ſeq; hoc pacto à paroxyſmo liberant: Ex Hirundinibus Aqua Antiepileptica ſingularis paratur.*

Fœtum *excludit Exuuij* Serpentis *Cingulum, quo, ſi inſtante partu, nudum grauidæ corpus cingatur, feliciter enititur.*

Flauam Bilem *expurgat* Rhabarbarum *eiuſdem coloris.*

Fungi *in agro Neapolitano propè vrbē Sommam, quotannis è* Lapidibus *Terrâ ſaltem obrutis enaſcuntur, qui ſiccati & pulueriſati*

*pondere ℥ß in Aqua appropriata manè & veſperi exhibiti, ad miraculum omnem Calculum comminuunt, & inſtar farinæ expellunt.*

Gladiolus *tuſus & impoſitus*, Spicula & Spinas *extrahit à ſimilitudine.*

Globus *ſeu Pila à Scarabæo conglomerata ſuppoſita, extrahit* Globos Plumbeos *è corpore.*

Hæmorrhoides *in locis obſcœnis ſe manifeſtant, ſanantur à Scarabæis in Equorum excrementis latitantibus, in cinerem prius redactis & inſperſis.*

Hydrophobiam *tollit inopinatus, ſubitúſque impulſus in Aquas: Ita metus metu diſcutitur.*

Iecur Lupinum *confert* Iecinoris *infirmitatibus.*

Linguæ *Hircinæ ſemen*, Echium, *Viperinis capitulis ſimile: ideò* Viperarum, *cæterorumq́ ſerpentum morſibus medetur, & prophylacticum eſt medicamentum.*

Lumbrici *Maioris & Minoris Mundi* Lũbricis *Hominis medentur: Eiuſmodi autem vermes exſiccati, & in pulverem redacti, propinati, ac in lacte caprillo exhibiti, Lumbricos in ventriculo & inteſtinis morantes interficiunt, & è corpore eijciunt ac expellunt.*

Lumbricus *Vivus per viginti quatuor horas*

*ras* Panaricio *circumligatus, donec moriatur, interficit ipſum.*

*Lupus corporis Humani, curatur beneficio vnguentorum & cataplaſmatum, è Carne & Pinguedine* Lupina *præparatorum.*

Matricis *Gallinæ puluis in collum* Matricis *iniectus, eiuſdem fluorem exſiccat, & ſterilitatem fœminis indè cauſatam tollit, & conceptionem iuuat.*

Mammarum *Muliebrium fiſſuris medetur inunctio Glutinis ex* Vberibus *Vaccinis præparati.*

*Naſcuntur in Podice veluti fructus* Mori *cruenti, molles, & in Scroto, qui ex fructuum* Mori, *frondiumq́ puluere ſanantur.*

Oculi Bouis *Humor Cryſtallinus deſtillatus, omnibus* Oculorum *vitiis ſuccurrit.*

Pedum *Anſerinorum abſtracta cutis*, Pedibus Refrigeratis, (*vt & Panaricio*) *medetur, cum Artemiſia fiat decoctum, quod vtiliter imponitur.*

Priapus Tauri *aut* Cerui Penis ἀτονίαν *aufert, & Venerem ſuſcitat: Horum enim Animalium Natura luxurioſa.*

Profluuium Menſtrui *immodicum, dum purus ſanguis ſimul effluere incipit, ſiſtunt tres vel quatuor guttæ puriſſimi illius* Sanguinis, *vltimò effluentis, fœminæ patienti inſciæ, in vini vel cereuiſiæ potu, exhibiti.*

Pulmo Vulpis, *afflicto* Pulmoni *prodeſt.*

Renouant *noſtra corpora*, *& iuuentutem reſtituunt, quæcunque* Animalia *habent in ſe virtutem* Renouatiuam, *vt de vipera & Serpentibus traditur.*

Sanguis *è Naribus & venis profluens, torrendo friabilis factus, Narium & Venarum* Hæmorrhagiam *inſufflatus & inſperſus ſiſtit. Datur etiam intrà corpus.*

*Similiter* Sanguis è Vulneribus *effluxus calidè* Vulneri *iterum immittitur, vt nimiam Hæmorrhagiam eius ſiſtat.*

Sagittas *extrahit Herba* Sagittalis *in pratis ad ripas creſcens, & ſagittam repræſentans.*

Scorzoneræ *radix, ad ſerpentis cuiuſdam* Scorzone *dicti formam effigiata, contra eiuſdem morſum vnicum Antidotum.*

Serpens *ſi filo lineo ſuſpendatur & ſuffocetur, funiculus ille in Angina & Apoſtematibus faucium valet plurimum.*

*Contra* Synouiam *offertur ipſi patienti aliquid ſupra particulam panis præſentaneo ſucceſſu.*

Secundinam, *Secundina lota ac in fictili torrefacta, & ℥ß pondere in iuſculo gallinarum exhibita, mirificè educit.*

Sto-

Stomachi *Lupi Corium geſtatum* Stomachi *iuuat digeſtionem: Ita etiam Vulturis & Oloris pelles ab alutario præparatæ.*

*Spiritus Tartari fœtor, fœtorem humorum putridorum in Peſte è corpore humano expellit.*

Tartarus *ſeu Sal Vrinæ Hominis, contra Tartarum &* Calculum *ſingularis eſt.*

*Tormentillæ Radix* Nodoſa, *tuſa & impoſita. Nõdos in cute tollit.*

Torſionibus *inteſtinorum in Colica conducit Inteſtini Lupi exiccatum Cingulum, vt & Excrementa eius geſtata.*

Tumori *ſeu Gummi, quod noſtris membris innaſcitur, diſſoluendo medetur Gummi illud è Ceraſo deſudans, aceto diſſolutum & appoſitum.*

Variolis *infantum, ſeminis Raparum & Lentium decoctum medetur à ſimilitudine.*

Vertigine *non corripiuntur Damæ & Serpentes loca inuia accedentes: ideò illarum pinguedo, ſi tantillum de illa Temporibus illinatur, contra Vertiginem maximoperè confert: vt & Ciconiarum Eſſentia Quinta, ſiquidem Ciconiæ longo tempore in aëre in gyrum circumuolitare conſueuerunt.*

Vitalis *ſpiritus ſeu vita in muſculis formã refert Animam Halecis, vt loquuntur, ſeu ar-*

*Paracelſus vocat* das Feuch *Idiomate Germanico.*

*gentum argento viuo ſuperinductum: vbi in ſanguine refrixit, euaneſcit, punctim vel cæſim vulnerato, vbi in ſanguine profluente apparet, ſine mora patienti in potu exhibetur, non ſine manifeſto iuuamento.*

Veſicæ Bouis, *omnibus Veſica morbis medentur.*

*Veſicam Suis, quæ terram non attigit, pubi impoſitam, vrinam ciere dicit Plinius.*

Veſica Ouilla vel Caprina *cremata, & ex poſca bibita iis, qui vrinam inuiti reddunt, benefacit.*

Veſica Carpionis *ſiccata & pulueriſata, ſingulariter prodeſt parturientibus in ipſo enixu adeò læſis, vt aquam continere non poßint, & vrinam inuita reddant.*

*Cum* Veſicis *nigris in pedibus ſubortis, Vuæ Verſæ, ſeu Aconiti ſalutiferi folia nigra cum baccis ſignaturam habent. Cum hac herba Phedro magneticè, vt & Paracelſus cum Perſicaria, admiranda in deploratis vlceribus curandis ſe præſtitiſſe affirmat.*

Ventriculus *Gallinæ, interior ſcilicet membrana,* Ventriculo *malè affecto ſubuenit.*

*Zibetta Colicæ ſtercora expellit.*

VENE-

## VENENOSI MORBI plerumque propriis Antidotis ſanantur.

Aconitum *vt dictum eſt, medetur morſui Viperarum, & Scorpionum.*

Araneus *mus, qui morſum intulit, diſſectus ſi apponatur, ictus ſui maleficia luit.*

Apum *Aculeos fixos, Mel ſanat.*

Bufonio *Lapide in capite Bufonis reperto, eius morbi curantur.*

Bufonius *puluis, morſui venenato impoſitus, Venenum attrahit.*

A Bufone *permicti, Bufone ſicco cum iuuamento ſe demulcent.*

Canis Rabidi *morſui eiuſdem Canis primò pili imponuntur ab extra vulneri, ſiquidem Venenum attrahunt, ſimiliter exuſti propinantur, deindè Iecur Rabioſi toſtum, demorſum, ſi commedit, liberat, & tuetur, ne tentetur Aquæ metu, quo nomine etiam eiuſdem Canis dentem exemptum, & pelliculæ inditum pro Amuleto, brachio annectunt.*

Crocodili *adeps ſuos morſus ſanat.*

Murium *morſus, Murium combuſtus puluis ſanat.*

A Muribus *permicti, eorundem cinerem inſpergunt, antequam carnem exedat.*

Os Cordis Cerui *Venenata Cauda Cer-*

*uinæ deguſtatæ ſuccurrit.*

Serpentum *Axongia etiam commendatur aduerſus ſuos morſus.*

*Contra ictus* Serpentum, *Capita Serpentum trita, vel Exta illorum, præcipuè Fel impoſitum.*

Scorpius *ipſe, qui ictum vibrauit, tritus, & percuſſo loco impoſitus ſuæ plagæ Remedium eſt ob cæcam quandam Naturarum Diſcordiam: Vndè profectum malum, inde emanet Remedium.*

*Sic etiam Oleum Scorpionis aduerſus ſuos ictus.*

*Sic aliquando geminata, commixtaq; contrariæ facultatis Venena, remedio ſunt, non exitio. Fuerunt, qui bubonem peſtiferum exciſum & exiccatum pulueriſarunt, & infectis exhibuerunt, non abſimili modo, vt Scorpioni oleum contra venenum Scorpionis adminiſtratur, atque ſic Venenum ſibi congeneris Veneni exterminium molitur.*

*Quemadmodum ab Ouo frigore congelato per impoſitionem in aquam frigidiſſimam ad tempus frigus inſtar glaciei extrahitur, & in integrum reſtituitur: ita etiam membra frigore vitiata ſanantur, per impoſitionem frigidæ aquæ Niualis: Ita frigus extrahit frigus.*

*Simili modo, membra ſupra modum incaleſcen-*

leſcentia reſtaurantur, per appoſitionem Spiritus Vini rectificatiſſimi, ( qui merus eſt Ignis, vel Sulphuris Quinta Eſſentia ) Sic calor vi magneticâ extrahit calorem.

Chiromantiæ cognitio quantoperè medico neceſſaria ſit, dictum eſt ſuperius: Nam ex Chiromanticis Lineis Remedia illi Homini conuenientia ſciri poſſunt.

Qui lineam Architectam in manu habet ille obnoxius eſt Colicæ, & ex illa moritur: ideò Linea Architecta in Herbarum foliis, medicina in Colica eſt.

Ita etiam Linea Anchora eſt Linea Apoplexiæ: ita Linea Anchora in Acoro eſt medicina Apoplectica.

# SIGNATVRARVM CORRESPONDENTIÆ

## maioris & minoris mundi.

## IN MVNDO.

| Minori ſeu Microcoſmo. | Maiori ſeu Macrocoſmo. |
|---|---|
| Phyſiognomonia ſeu faciei forma. | Cœli facies. |

| | |
|---|---|
| *Chiromantia.* | *Mineralia.* |
| Pulſus. | *Motus Firmamenti.* |
| Anhelitus. | *Eurus Zephyrus.* |
| Febrium *Horror.* | *Terræ motus.* |
| *Lienteria, Dyſenteria, Diarrhœa.* | *Pluuia.* |
| Torſiones *Colicæ* | *Ventorum Tonitru.* |

*Eadem Apoplexia, quæ Fulminis generatio: vtriuſque etiam operationes admirandæ.*

*Quot enim Naturæ Ventorum in Mundo, tot ſpecies Colicæ in Homine.*

| | |
|---|---|
| Difficultas *meiendi in dolore Nephritico.* | *Coruſcatio.* |
| Apoplexia. | *Eclipſis, Coniunctio ſeu Fulmen.* |
| Tabes, Phthiſis *ſeu Siccitas. Aridura microcoſmi.* | |
| Hydrops. | *Inundatio, Diluuium.* |
| Epilepſia. | *Tempeſtas.* |

*Tonitru demõſtrat cauſam, materiã, originem Caduci.*

*Quæ enim Generatio Tempeſtatis & Tonitru in mundo maiori, eadem etiam Epilepſiæ in minori: & ſicut Tempeſtas mutat & labefactat Animalem ſenſum & intellectum, vt apparet in crocitatione Gallorum gallinaceorum inuſitatâ, inſueto item cantu & clamore aliarum auium & beſtiarum, mordenti inſuper muſcarum furore: ita etiam in Epilepticis.*

In

| IN MACROCOSMO. | IN MICROCOSMO. |
|---|---|
| 1. *Fit mutatio aëris tempeſtate inſtãte.* | 1. *Mutatio Rationis ingruente Epilepſiâ.* |
| 2. *Nubila ſuccedunt.* | 2. *Oculi Tenebroſi, Somnus.* |
| 3. *Ventus.* | 3. *Colli & Ventris Inſtatio.* |
| 4. *Fractio & Tonitru.* | 4. *Fractio Veſicæ, & Concuſſio corporis.* |
| 5. *Fulgetra & Coruſcationes.* | 5. *Ignei & lucentes oculi.* |
| 6. *Pluuia.* | 6. *Spumæ.* |
| 7. *Fulminis ictus.* | 7. *Spiritus coacti lacerantes artus in cute clauſa.* |
| 8. *Serenum Tempus.* | 8. *Reditus ad mentem & ſermonem.* |
| *Poſtquam viæ lutoſæ pluuiæ madidæ ſunt à Sole iterum exſiccatæ.* | *Vbi ſcilicet Homo ad ſe redit, & Sol Microcoſmi Rationem, mentem & reliquas* |

*corporis functiones poſt requiſitam quietem iterum in priſtinum ſtatum reſtituit.*

*Quot genera lignorum in mundo, tot genera oſſium in Homine.*

*Lapicidinæ, quæ ſunt Oſſa in Carne: Vt enim oſſa Magnæ matris. Terra Lapidibus: ita corpus Oſſibus munitum eſt, quæ auro aſſimilantur, vtpote eiuſdem Naturæ.*

| Omnium membrorũ Hominis Forma reperitur in Vegetabilibus, Lapidibus & Mineralibus. | | |
|---|---|---|
| | Terra. | *Caro.* |
| | *Flumina magna.* | *Vena magna.* |
| | Mare. | *Veſica.* |
| | *Septem Metalla in montibus, vel ſeptem Planeta cæleſtes.* | *Semptem Membra principalia in Homine.* |

*Et ſicuti in terra Flores ſtellarum colores: Ita Sydera in Cælo Terra pratum oſtendunt.*

*Homo cognoſcitur ex Natura Animalis, cuius primũ eſſe in ſe determinatur.*

*Nihil eſt in mundo, cuius proprietas non etiam in Homine Microcoſmo reperiatur. Deus enim glorioſus non creauit aliquam Creaturã ſapientiorem ac nobiliorem* Homine, *quia omnium Animalium mos ac Primum Eſſe in ipſo reperitur, ac cùm ſit omnium Creaturarum Faſciculus, ſe ipſum ipſe in omnis Carnis Faciem, in omnis Creaturæ Ingenium, inſtar Poëtici alicuius* Protei, *effingit, fabricat, & tranſformat: Nam vt recõditioris Literaturæ ſcientiſsimus Picus Mirandulanus aſſerit, Naſcenti Homini, omnifaria ſemina & omnigena vitæ germina indidit Pater Cæleſtis, quæ quiſq; excoluerit, illa adoleſcent, & fructus ſuos ferẽt in illo: ſi Vegetabilia, Planta fiet: ſi Senſualia, obbruteſcet: ſi Rationalia, Cæleſte euadet Animal: ſi Intellectualia, Angelus erit & DEI Filius: Etſi nulla Creaturarũ ſorte contentus, in* Vnitatis

*Hinc illud Chaldæorum: Homo varia ac multiformis & deſultoria Natura Animal.*

tatis ſuæ Centrum ſe receperit, Vnus cum Deo ſpiritus factus, in ſolitaria Patris Caligine, qui eſt ſuper omnia conſtitutus, omnibus anteſtabit: Et hanc conditionem, quam in Vniuerſi ſerie ſortitus eſt Homo, meritò idem Picus, non brutis modò, ſed Aſtris & Vltramundanis Mētibus inuidioſam dicit. Homines autem Animales & Aſtrales de Arbore propriæ ſuperbiæ comedentes; qui neglecto Patrimonio æterno, Aſtrorum mancipia in hoc mundo viuunt, & ſe à ſpiritu Aſtrorum (quibus Sapiens ſpiraculum vitæ agens, ſeu Deus potius in ſapiente dominatur) regi patiuntur, poterant in ſe poſt excitationē (vt paulo poſt dicetur) obſeruare parentum ſuorū deliteſcentes mores. Nullus Homo tam pius & iuſtus eſt, in quo nō lateant occulta illa malignorū Aſtrorum ſemina, Sapientum precibus quotidianis ſuffocanda & ſupprimenda, ne creſcendo ſe manifeſtent, ſiquidem in Impiis, præſeruante Gratiâ DEI deſtitutis, facile erumpunt: Ideò Propheta Dauid conqueritur de publica malitia Hominum Belial, & Deo agit gratias, ſuam meſſem in Herba ſuffocari. Chriſtus & Apoſtoli Aſtronomi fuerūt incogniti: Credētes enim ſeu Renati Aſtris non ſunt ſubiecti, ſed ſunt Domini Firmamēti, & ſeptem ſpirituū in Firmamento: Quo nomine Filius Dei ſuos Diſcipulos supernè Regene-

Vir ſapiēs dominatur Aſtris, præcipit, cogit, mādat.

Hoſ.2. ſect.18.

Hiob.5. ſect.23.

Hinc illud vulgare, Aut ſumus aut fuimus, aut poſſumus eſſe quod hic eſt.

Ecclſ.c.7. ſect.21.

2.Sam. ca. 23. ſect. 6. & 7.

Homo habet Patrē æternum, huic debet viuere, nō Spiritui animali: Deus ero-

ratos, *poſt abiectionem & valedictionem omnium Aſtralium*, *vocat* Lumina Mundi, & Sales Terræ. *Paracelſus dicit, quamprimum Homo in Ratione obbruteſcit, æquum eſt, ſi ſecundum illum ſpiritum Brutalem viuit, vt illius Bruti nomine nuncupetur: Qui verò ſecundum ſpiritum Humanum inſtar Hominis Rationalis viuit, Hominis Nomine nominari debet, ſic Saluator noſter Herodem Vulpem vocat.*

*gauit ipſi Animale corpus, non vt in illo viuat, ſed ſaltem ad Tempus habitet.*

*Luc. 13. verſ. 32.*

## SIGNATVRAS ſuas ſumpſerunt HOMINES.

Animoſi, *audaces, fortes magnanimi:* à Leonibus & Aquilis.

Amici Fidi: Delphinis, *quorum Fidelis Amicitia erga Homines in hiſtoriis nota: Ita Conſtãtis Amicitiæ ſignum in* Porcis *apparet, læſo & grunniente vno, grunniunt accurrendo & ſuppetias ferendo reliqui cateruatim omnes: Diuerſum in Canibus videre eſt, ſi ſaxo impetitur vnus, & dolorem eiulandi latratu ſignificat, aufugiunt alij omnes.*

*Amicitia ſuum.*

Amici Veri & Conſtantes. Hedera, *quæ poſt mortem etiam arboribus adhæret ſuis radiculis, è germinibus inter folia emiſſis, illasq; etiam emortuas amplectitur.*

Amici

Amici Fraudulenter *Miſericordiam Mentientes:* Crocodilis, *qui Lachrymis ſub ſpecie miſericordiæ, decipiunt.*

Amici Corticarij, *ad Fortunæ motum ſe mouentes:* Auibus Æſtiualibus, *quæ æſtate fortunante nobis adſunt, inclementiâ frigoris pulſæ recedunt.*

Ambulantes Peripathetici: Cornice, *quæ frequenter ſola ſecum ſicca ſpaciatur arena.*

Adulatores: *à* Felibus & Canibus *caudâ abblandientibus: Hæc enim Animalia habent facilem conſuetudinem cum Hominibus.*

Adulteri: Sargo *mirè ſalaci piſce, qui è mari egreſſus alienas vxores deperit, fœdo caprarum amore mirè tenetur, ſicuti ab Oppiano deſcribitur:*

*Inuadit Sargos Caprarum mira cupido.*
*Qui madidis ſinnias cupiunt tractare Capellas.*
*Montanis gregibus, quamuis tot agmina Ponti.*

*Hiob. c. 39. ſect. 19.* Ἄστοργοι. Struthiocamelo.

Auari *& Auſteri.* Coruis.

*Vide Paracelſum in ſuo Azoth.* Caſti & Cœlibes: Monocerote : *ideò non ſine myſterioſa ſignificatione in Sanctiſſima Virginis Mariæ ſinum caput inclinare à veneranda ac ſapiente Antiquitate depingitur.*

Crudeles & Impij. Leæna.

Damnum Sibiipſis Inferentes: Turdis *cacantibus ſibi proprium malum, videlicet viſci gluten, quo capiuntur poſtea.*

*Pſ. 147. ſect. 9. Hiob. c. 39. ſect. 3.* Deuoti. 1. Pullis Coruorum. 2. Alauda, *quæ ante & poſt cibum, volando verſus cœli conuexum, Deum ſuis Hymnis ſuo etiam modo laudat. Sic etiam* Elephantibus, *quadam Naturæ recondita Ratione, Religione & Veneratio ſyderum eſt.*

Deſperati: *ab* Elephante.

Diſcipuli Dociles *diſcendi facilitatem didicerunt:* Simia, Pſittacco, Elephante.

Diſcipuli Indociles: Ariete & Aſinis.

Diſſoluti *& Vagabundi:* Apris.

Fatui:

| | |
|---|---|
| Fatui: | Pecude. |
| Feroces & Sæui: | Tigridibus. |
| Fœcundæ Mulieres & Fertiles: | Lepore & Cuniculo, *qui fœcundiſſimi duodecies in anno generant pariuntque,* |
| Fures: | Coruis & Sturnis. |
| Gementes: | Turture & Palumbis. |
| Horridi: | Struthiocamelo. |
| Immundi *&* *Spurci:* | Porcis. |
| Impudentes Importuni: | Muſcis, *quæ licet ſæpius abactæ, continuo nihilominus redeunt.* |
| Inuida Maledicentia Mordaces: | Canibus. |
| Inobedientes & Rebelles: | Regulo. |
| Ingrati: | Cuculo. |
| Indomiti *&* *faſtuoſi:* | Tauro. |
| Inimici Maledicentes. | Angue. *Nam hoc. Animal nullo alio membro pollet, quam ore.* |

Infenſi *omnibus : ab* Anguillis. *Hæ enim ſeorſim ab aliis piſcibus degunt, nec iunctæ*

*cum aliis inueniuntur: Ita etiam* Noctuæ *omnibus auibus.*

Iracundi: Gallis Indicis, *præ irâ nimiâ intumeſcentibus.*

Latrones: Vrſis.

Lachrymantes: Vitibus *deputatis.*

Libidinoſi: Paſſeribus.

Liberales: Gallis Gallinaceis, *quos præcipuè excitandis in opera mortalibus rumpendóque ſomno Natura genuit.*

Loquaces: Pſittacis, Sturnis, monedulis, Graculis & Picis, *quæ in vocis imitatione ſingularem Naturam ſortita eſt: Inde,*

*Pica loquax, varias modulatur gutture voces,*
*Scurrili ſtrepitu, quicquid & audit, ait.*

Luxurioſi *& fortis amoris*: Cuniculis & Scaro, *qui Mites inter piſces clamore tremendo intonat; & ſolus pallentes ruminat herbas.*

Lucifugi: Noctuis & Veſpertilionibus, *quæ ſunt Nocturnæ Aues.*

Magnates

| | |
|---|---|
| Magnates Conſor-tis Impatientes *de Dominatu concertantes:* | Tauris. |
| Matrimonij Laudabilis Mutuus Amor: | Palumbis, *qui ex avibus caſtiſſimi ſunt.* |

*Mas & Fœmina, tãquam nuptiis alligati, mutuâ conſenſione adeò ſtabili, certo connubio per ſummam caſtimoniam adhæreſcunt, vt neuter alienum cubile attingat: ſi impudico amore capti, ad alienam vxorem oculos adiecerint, eos reliqui circumſedentes diſcerpunt, & fœminæ fœminas, teſte Æliano. Simili modo idem Autor narrat, Columbas cum aliis vxores coire non pati, neque coniugium iam inde à primo ortu initum deſerere, niſi cœlibes aut viduas: ab adulterio illæ caſtiſſimæ ſunt: nunquam enim ex ſocietate inter ſe inſtituta neque mas, niſi morte ipſa deſtituitur, neque fœmina diſſociatur, niſi vidua fuerit: in partu mas adeſt, & cultu omníque officio fungitur: fœminam pigrius ad nidum euntem alis percutit mas, cogitq; intrare: quum peperit oua, cogit vt incubet, incubantq; ambo viciſſim, mas diu, noctu fœmina: ſi maritus obierit, fœmina cibo potuq; omni abſtinẽs longo tempore luget & ſe*

*diſperdit: Tantus eſt mutuus amor Columbarum, vt fœmina marem etiam non admittat, niſi ante oſculatus fuerit.*

| | |
|---|---|
| Manſueti: | Agnis. |
| Maliioſi: | Bubonibus. |
| Meticuloſi & Timidi: | Leporibus. |
| Melancholici & Sordidi: | Vpupa, *quæ nigris maculis colorata, & ob id melancholicæ complexionis, deſertas quærit nemorum & inuias plagas, ſpurciſſima auis, in ſepulchris commorans, & oleto nidum circumliniens.* |
| Mundi: | à Catis. |
| Muti: | Piſcibus. *Ideò Pythagorei, teſte Athenæo, à Piſcibus abſtinebant ἐχεμυθίας ἕνεκα.* |
| Muſici: | Carduele & Philomela, *quæ vocis modulatione mirificè delectant, & quibus inter Aues, nulla ſuauiori cantu dulcius aures demulcent, & exhilareſcunt: Ex omnibus Auibus ſola* Luſcinia *ſomni expers eſt, & dum oua gremio fouet inſomnem noctis laborem cantilenæ ſuauitate ſolatur.* |
| Mulieres Obſtreperæ, Linguaces, & Loquaces: | Anſeribus, & Anatibus, *gregatim vociferātibus: Imò etiam* |

*etiam à* Cicadis *aſſiduè adeò vocalibus, vt clamando diſrumpatur.*

Nocui: Muribus.

Otioſi: Cicadis.

Obſtinati & Laſciui: Vitulo.

Paraſiti & Scurræ. Simiis, *ad omnia imitanda habilibus.*

Parricidæ: Hippopotamo, *qui parricida ingratitudinem meritorum & iniuſtitiam nuntiat.*

Petulantes & Salaces: Hircis.

Philoſtorgi: Hirundine & Cygno, *Sunt enim pullorum maximè amantes: Hirundo non niſi quinque pullos parit, in quibus educandis & paſcendis tam Mas, quàm fœmina ſumma laborant æquitate, incipientes ab eo, qui maximus eſt natu, & ita in cæteris ortus rationem habentes.*

Pij *erga* Parentes: *à* Ciconia *&* Cucupha, *quæ aues ſunt piiſſimæ & gratitudinis ſignacula: Solæ enim hæ parentibus, ſenio confectis gratiam referunt.*

Prudentes *& Circumſpecti:* Serpentibus.

Prædones: Lucio *piſce*, & Accipitre.

*Inde Naſo:*

*Odimus Accipitrem, quia ſemper viuit in Armis.*

Recalcitrantes: Mulis.

Ridentes: Mæo *aue, riſum & cachinnum humanum ad miraculum imitante: Eiuſmodi aues duæ è Turcia Imperatori noſtro* Rudolpho *allatæ fuerunt, vna per incuriam Hortulani auolauit, altera adhuc Pragæ in Horto Suæ Maieſtatis cum aliis Exoticis volucribus aſſeruatur.*

Prouer. 6. ſect. 8. Item 30. ſect. 25.

Sapientes & Prouidi: Formicis & Apibus, *norunt ſibi prouidere pro hyemis neceſſitate, & tutas parare latebras: Mirum Formicam ſentire vices ſyderis, Interlunij tempore ceſſare, & in plenilunio noctibus operari dicitur.*

Scientia *pleni & humiles:* Spicis, *granis onuſtis, ſemper ſe demittentibus & inclinantibus.*

Scientia *Inopes, & tamen videri volentes:* Spicis *vacuis, ſponte ſe erigentibus. Item à Fæce & Spuma in olla bullientis carnis ſemper ſuperficiem occupante. Eodem ſenſu Dolia vacua ſunt ſonora, Dolia plena nullum edunt ſonum.*

Simplices: Columbis.

Soler-

Solertes: Paſtinaca *Marina, quæ ex occulto in tranſeuntes radium figit.*

Somnolenti: Herinaceo & Gliribus, *qui totam hyemem ſic obdormiunt, ſic ſomno expirant, vt vix igne reuocari queant: Diſſectus immobilis tanquam mortuus manet, donec coquatur, tum primum in bullienti aqua, diſſecta membra vitam oſtendunt. Hi fortè (vt nunc Ciconiarum & Hirundinum Hyeme ſubmerſarum, & verno tempore reuiuiſcentium, ex Piſcatorum relatu Hiſtorias taceam) ſuas ſignaturas Hominibus in Ruſcia dederunt, qui hyemis frigore aſperrimo in ſyluis perire, & aduentante æſtate reſurgere dicuntur. Porro Animantia illa, quæ ſine cibo hyeme viuunt in cauernis, ex eorũ ſubſtantia viuunt, ſicuti videmus in Arboribus perpetuâ comâ virentibus, vbi ſuccus in cauſa eſt, quæ ſuo lentore facit, vt ſibi ipſi ſufficiat.*

*Fides ſit penes Hiſtoricos.*

Stolidi, Pigri, Patientes: Aſinis.

Supplicabundi: à Canibus.

Superbi: Capris, Equis, Pauonibus.

Triſtes & Melancholici: Noctuis, *quæ aues ſunt Saturnales & ſolitariæ.*

Triumphantes de Hoſtibus: Gallis Gallinaceis, *qui victi ſilent, canunt autem ſi vicerint, & ſuperbo ingreſſu, ſpectatiſſimum illud Naturæ acceptum inſigne, Criſtam videlicet erigunt.*

Verſuti: Chamæleonte, *qui præ nimio metu colore mutato multiformis efficitur.*

Verſipelles, Doloſi & Fraudulenti Hypocritæ: Vulpibus, Polypo, & Sepia, *quæ ſuo aſtu non vacat: vbi enim piſcantem ſenſere ſeu præſentiam voraciorum piſcium, effuſo atramento, quod pro ſanguine ipſis eſt, aquâ abſconduntur.*

Veloces & Agiles: Capreolo.

Voraces, Inſatiabiles & Rapaces: Lupis, *pilos & oſſa deuorantibus.*

Vindictam *de ſe ipſis, ob perpetrata ſcelera ſumentes:* Camelo, *qui dum ignorans matrem ſuam init, poſtea id deprehendens, ipſe ſibi propriis dentibus genitalia abſcindit, tanquam vindicans in ſe inceſtum.*

Vxorij, & Zelotypi: Gallis Gallinaceis, *qui matre gallinâ extinctâ*

*extincta incubant, pulloſq́ ex ouis excludunt, ac tunc ſilentio vtuntur, quod ſanè ſibi conſcij ſint, muliebre munus obire: Certant inſuper quemadmodum &* Cerui, *pro fœminis, ſeq́ mutuis vulneribus vt & mortis periculo conficiunt.*

*Et ſic conſequenter ex his reliqua ſuo marte quilibet conijciat.*

*Ita plurimi* Mechanici *ſuorum* Artificiorum Modum & Scientiam *didicerunt, nimirum,*

| | | |
|---|---|---|
| Ædificandi *artem* | *à* | Cochleis, Hitundinibus *& induſtrioſiſſimis* Apibus. |
| Acupictoriam *Phrygiam Aulæorum parandorum, verſicolori textura ſpectabilium.* | *à* | Pratis Viridantibus, *variis colorum floribus pictis, eorundemq́ inenarrabilem varietatem repræſentantibus.* |
| Coloniam *docuerũt educere,* | | Apes *ſuis Examinib.* |

*Item* Grues, *qui ſui commodi cauſa loca longinqua petunt, è Scythia ad Nilum ſe conferunt hybernatum.*

| | | |
|---|---|---|
| Excubiarum *modũ:* | *à* | Damis & Gruibus. |

Grues *clamoſi ſunt, quicquid ſentiunt, voce ſignificant: Excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede ſuſtinentes;*

*qui laxatus ſomno decidens indiligentiam coarguat: Ducem eligunt, qui clamet, dum cateruæ dormiunt: dum volant in extremo agmine diſpoſitos viciſsim habent, qui acclament, & gregem vocé contineant, quum in terram deſcendunt, Dux multum clamat, vt omnes conueniant & ſimul paſcantur, quod ſi nimio clamore raueſcet, alius ſubſtituetur. Quum peragrant ob ſenſuum acrimoniam Trianguli formam efficiunt, vt aëra facilius aduerſum ſecent, deinde ſenſim ab vtroque latere, tanquam remis, ita pennis curſum alarum leuant: ſi ſæuit cœlum & ventus exoritur, non frontatim (at lunato globi ſitu volant, quum eſt tranquillum) ſed in cuneum momento ſe traducunt: ſi ab Aquila ſe impeti proſpiciant, in orbem conſiſtunt, & falcatæ tanquam in aciem ſtructæ pugnæ ſpeciem oſtendunt, quare Aquila regreditur: in volatu ad tergum præuolantium colla admittentes (id quod etiam Cerui in tranandis fluminibus faciunt) laborem facilem efficiunt, & prima deficiens incipit eſſe poſtrema: quum conſiſtunt, cætere dormiunt, Dux, quæ ſenſerit, voce vigilans ſignificat. Simili modo* Anſer *nocturnas Excubias celebrat, & vigilias ſuas cantu aſsiduè teſtatur.*

Fabri-

Fabricandorum Armorum ſcientiam: à Cancris, Crocodilis, & Teſtudinibus.

Glomerandi: Scarabæis, *qui medicos etiam docuerunt pilulas voluere: Scarabæus totidē digitis vel pedibus nititur quot menſis diebus conſtat, in quibus Sol exoriens ſuos perſequitur curſus: is Solis & Lunæ coitum apertè demonſtrat, quandoquidem ex bubulo ſtercore pilulam ab ortu ad occaſum rotando verſans in orbis imaginem effingit, quam viginti octo diebus facto humi ſcrobiculo adobruens, tantiſper celat, dum Signiferum ambiens Luna ad Intermenſtruum reuertens ſileat, apertoque tum orbiculo coitus ſyderum denuncians nouam prolem edit, nec aliam naſcendi nouit originem.*

Luſum Pilæ Palmariæ. à Catis.

Monomachiam milites docuerunt, Galli Gallinacei, *qui inter ſe dimicantes, pugnaciſſimi ſunt, elati & in certaminibus pertinaces: Eis prærogatiuam quãdam Natura largita eſt, quod ſoli inter aues tanquam galea criſtam gerant, & in pedibus calcaria, pennas per colla ceruiceſq; diffuſas, quaſi iubas pu-*

*gnaturi explicant: Cùm limen intrant, tametſi ſupremum altiſſimum exiſtat, tamen ſe inclinant, quòd ſuperbia efficit, ne criſta vſpiam offendatur: Quum in certamine Victores, tum oculorum eminentiâ, tum ſuperbâ ardua ceruice elata, tum in ſublime quoq; cauda falcata erecta, cantus contentione inſolenter efferuntur, & Triumphanti Victor ſimilis efficitur: Victus autem occultatur ſilens, ægreq; ſeruitium patitur.*

| | |
|---|---|
| Natandi *artem:* | *ab* Anſeribus & Amphibiis *Animalibus.* |
| Nauticam: | Sciuris. |
| Nendi: | Vermibus Seriuomis. |
| Plauſtrorum *ſtructuram:* | *à* Murmentis, *qui dorſo recubantes, extenſis quatuor pedibus currum efficiũt, commeatu ab aliis pro futura neceſſitate onerandum, & cauda loco temonis in ſpelũcæ Horreum poſtea trahendum: ideò in Autumno tergus ſemper glabrum habent. Eadem ſolers prouidentia in* Caſtore (*animali Amphibio*) *obſeruatur, qui ſibi caſas in fluminum ripis conſtruit, cum aliquibus gradibus & pluribus tabulatis, vt aqua fluminis creſcente aſcendat, & deſcendente deſcendat* |

*ſcendat: arborem, quam elegit ſecandam, ad ſua domus ædificium & ad eſcam, non prius relinquit, quàm totam dentibus ſuis ferociſſimis & acutiſſimis diſſecuerit, & propè caſuram ſingulis ictibus ſuſpicit, ne opprimatur improuidus: E ſuo generè peregrino & natu grandiori ad vitam inepto quum lignatũ prodit, ſuper reſupinati ventrem ligna imponit, & ne labantur ligna, vt pro vehiculo ſit, inter crura artificiosè componit, & ſic onuſtum ad caſam trahit.*

Textoriam & Venatoriam: *ab* Araneis.

Medici & Chirurgi *multa admodum* Morborum *Remedia &* Rerum Virtutes à Brutis Animantibus *edocti ſunt, in quibus eſt Naturalis Peritia, & Ars innata Medicinalis.*

Dictamnum *herbam ad extrahendas* Sagittas *vtilem: item Clauum pedis plantæ infixum inhærentem docuerunt eximere* Cerui, *ſiquidem percuſſi telo venenato illud eius herbæ pastu eijciunt & excutiunt.*

Vomicæ *Curationem demonſtrarunt Chirurgis* Capreæ Syluestres, *quæ montibus oberrant, paſcunturq́; odoratis herbis & Nardo præcipuè: His ſanguis putreſcit intra cutem & carnem: concepta ſanies, antequam vomica*

*A ſpiritu enim Animali & ſydereo Brutorũ, vtpote Tẽpore Priori, edoctus fuit Animalis Hominũ ſpiritus Tẽpore Poſterior, qui in ſp*

*gnum col- lectum habet. quicquid in omni bus ani malibus diſperſum eſt.*

*rumpatur, ſaapte natura ad maturationem ſpectat, ad quam cùm ventum fuerit, fera, titillantis humoris lancinatu noxio laceſſita, ſaxis & cotibus longo inſolatu candentibus ſeſe affri:at magno oblectamẽto, donec facto vomicæ emiſſario, tota ſani[illegible]vis à folliculo ſupra lapides effundatur, non aliter, quàm abſceſſus pure cocto farctus diſsilit: vlcus poſtmodum c:catricem ducit, rurſumq́; ruens ſanguinis impetus eò ſe recipit, impletq́; vmbilicum, dum abſcedens in conſimilem vomicam extuberet.*

Serpens Oculos *malè affectos* Fœniculo *curandos docuit: Item Vulnera, Serpentina, Colubrina & Conſolida.*

*Similiter* Feles *ad confortandum* Viſum *inſignem* Valerianæ *demonſtrarunt vſum:* Sic Hirundines Chelidoniam viſui *ſalubrem Herbam monſtrauere, quæ cum ea pullorum ſuorum oculis medentur.*

Venæ Sectionem, & Scarificationem *monſtrauit* Hippopotamus, *ſeu fluuialis equus, qui dum ſe aſsidua ſatietate grauatum ſentit, arundinem ingreditur, caudici arundinis tandiu ſe affricat, donec ruptâ vena ſufficienti: ſanguinis emiſſa ſit, aperturam poſtea limo ſeu cœno ſuperinducto ſiſtit, & ſanat.*

Vrſi, *quibus ad Oculorum hebetantium medelam aculei* Apum *loco ſcalpelli ſanguinem elice-*

*elicere ſolent, & ſic grauedinem illam leuare.*

*Eodem modo caliginem Oculorum dum* Caprinum *pecus patitur, eam optimè curare ſcit: quam enim Conturbatum* Oculum *& non probè affectum ſentit, eum ad Rubi ſpinam & admouet, & reſerandum permittit oculum: vt pepugit, Pituita ſtatim euocatur, & nulla pupilla læſione facta, videndi vſum, teſtante Æliano, recuperat.*

Equi Vngarici *propriis* Dentibus *ſibi Naturali inſtinctu venas incidunt, & ſanguinem grauantem emittunt.*

Enematum *vſum habemus ab* Ibice, *quæ prima Clyſteris vſum commonſtrauit, quod conſuetudinem habeat ſe purgandi, roſtri aduncitate eam proluens partem, qua ciborum onera redduntur. Item ab* Ardea *ſibi ſuo roſtro ſalſam Aquam Marinam loco Clyſteris infundente.*

## VOMITIVORVM ET Catharticorum vſum habemus.

1. A Canibus, *qui eſu graminis ſe malè affectos per ſuperiora & inferiora purgant.*
2. Laro *Hiante* (*aue aquatica*) *qui adminiculo duarum anguſtarum arborum, preli inſtar ſe cibo nimis repletum exonerat.*

*Item ab illo Animali voraci & nunquam non inſatiabili, quod quidam Latinè* Crocutam, *alij verò* Gulonem Boophagon, *à ſuâ voracitate vocitant: illud cum paſtu cadaueris præter modum ſatiatum, ex cibo ingeſto facultatis concoctricis calore potenti partem Nutritionis nobiliſſimam exſuxit, inter anguſtias arborum ſiue rupium ſeſe comprimens, faeces virtute omni & eſſentia viliore ſpoliatas, tam per anteriora quàm poſteriora excludit, humore ſolummodo alimentario intra ſtomachum retento, vnde poſtea abſque omni cibo alio, longo tempore vitam miraculosè ſuſtentat, vireſq́, integras ſeruat.*

3. Palumbi, Graculi, Perdices, Merulæ *Lauri foliis, ac ſibi cognitis remediis annuum faſtidium purgant: Lauri folio Corui etiam Chamæleontis venenum expurgant.*

4. *Ita* Ceruæ *paulò ante partum purgant ſe quadam Herbâ* Seſeli, *quæ dicitur Ceruaria.*

Dignotionem Pulſus, Simiæ, *hominem in Arte Sphygmica longè ſuperantes, manifeſtarunt: vbi enim per tactum mortem deprehendit, vel morbum putridum, inuſitato narium ſtrepitu confeſtim eundem propalat.*

Iuriſperiti, *Iudiciorum conſeſſum in* Ciconiis *viderunt, Adulteria Leonum inſtar morte*

*morte vindicantibus. Præter Guilhelmi Pariſienſis relationem Hiſtoricam intellexi è Viri fide digni αὐτοψίᾳ Ciconiam adulterio conuictam per olfactum maſculi, congregata à maſculo multitudine Ciconiarum ac detegente ipſo crimen fœmellæ, ipſam à tota illa multitudine, tanquam omnium iudicio ream iudicatam, deplumatam, ac prope vrbem Spiram, in ſylua diſcerptam fuiſſe: Miranda hæc & opinioni fortè inimica videri poſſent, niſi fidem etiam facerent creditæ Antiquitatum Hiſtoriæ.*

Philoſophi Hermetici Adepti, *modum* Renouandi *Iuuentutem didicerunt ab Halcyone, Aquila, Cancro, Serpentibus, &c. quotannis ferè depoſitis antiquis exuuiis ætatem ſuam renouantibus ac Iuueneſcentibus: Si enim hoc Brutis animalibus conceſſum eſſe videmus, quidni Homini ad Imaginem DEI creato, & intelligenti, poſſibile foret?*

**Sic quoq; Elementa veteri abiecta pelle & ſorde ſua exuta reuireſcunt, læta quadam iuuenta: ſuis etiam Natura poſitis micat lætior exuuiis.**

*Aquila abiectione pennarum Senectam deponit, & Iuuentutem recuperat.*

*Angues membranam Vernationis tempore relinquunt & alia renaſcitur, dumq; renouant. Ceruis etiam præſtant, vt renouentur, & ad noſtri corporis renouationem valent ac ſenectutem retardant. Oſtendit enim prouida Natura, vt iam dictum, quam plurima eſſe*

**Cancri ranarum eſu ſe renouant. Gallinæ aranearum vſu.**

*Animantia (vt Serpentes & Lacerti, inter marina Locuſtæ, Gambari & Cancri) quæ vere & autumno ſenectam exuunt; annuamq́ cruſtam deponunt, hominem admonendo, vt quam ipſa poßident qualitatem eidem profuturam ſcilicet ad cutis decorticationem vel innouationem valere. Ceruus ſiquidem ſentiens ſe grauatum ſenectute, ſpiritu ſuo per nares, munifico Naturæ beneficio è cauernis Serpentes etiam repitentes & pedibus conculcando exectos vorat, ac ſuperata Veneni pernitie illorum pabulo reparatur ac iuueneſcit.*

*Horum brutorum animalium Exemplis & Prudentia moti Homines, & excitati, etiam propter vtilitatem ſuam dictis animantibus, multis modis feſtinationi moriendi obuiantibus, ſuamq́ vitam per Induſtriam Naturalem prolongantibus inſidiati ſunt, vt ſcirent Vires Herbarum & Lapidum & Metallorum, ac aliarum rerum, quibus poſtea ſua corpora rectificarent multis modis tanquam miraculoſis.*

*Refert Rogerius Bacchon, olim quendam Sapientem ſerpentem quaſiuiſſe, inuetum in parua fruſta ſecuiſſe, remanente nihilominus pelle ventris ſupra quam reperet integra: ille ſerpẽs prout poterat repebat ad herbam quandam, cuius tactu ſanabatur ſtatim: & experimentator inde collegit herbam admirandæ virtutis, quæ*

*humana*

*Aquila mediante teſtudine Serpentes paſtu buſonum.*

*Cerui deuoratis ſerpentibus.*

*Naribus ſuis in ſerpentis cauernam incumbẽs vehementiſſimè reſpirando quaſi amatorio quodam etiam inuitum extrahit: ſi Rubeta muſtelam & hæc mures attrahit.*

*Serpentẽ linguã amiſſam & à viuis ad vſus magicos in*

*humana Ratio excitata per eiuſmodi Exempla brutorum excogitare poteſt vias meliores, & omnem beſtialem Prudentiam ſuperare.*

*Futuræ Reſurrectionis & transformationis noſtræ, præter indubitatam Sacrarum literarum aſſertionem, habemus inter tot naturalia quotannis poſt hyemis ſepulturam, verno Reſurrectionis tempore ſe renouantia, etiam à Creatore certificatam adumbrationem, in duobus Exemplis manifeſtiſſimis,* Formica *ſcilicet &* Bombyce, *vt nunc taceam Halcyona è primis Entibus nutrientem ſe, & quotannis ſuam cutem & plumas poſt mortem renouantem: Muſcas item, Hirundines, Veſpertiliones poſt hyemis ſepulturam in loco calido ac verno calore vitam recuperantes.*

*Plenilunio erui recuperant, ſi demiſſi vrtica offendere poſſunt.*

*Halcyon & Ibis inter omnes aues plurimum in ſe habent rerum arcanarum, quarum etiam eſſentia non recedit à ſuo domicilio.*

Formica *laborioſiſſimum animalculum illam toti etiam Naturæ inditam habet promiſſionem, vt abſoluto ſuo curriculo poſſit ad meliorem ſtatum venire, & requiem habere plenariam, ad quam omni conatu tendit: ideo inceſſantibus laboribus ad ſenium anhelat, ſiquidem in ſenectute mira & conſideratione digniſſima metamorphoſi Natura ei in præteritorum laborum ſolatium ac recompenſationem, Alas creat, & ex animalculo repente muſcam volantem facit.*

*Rom. 8. ſect. 21. 22.*

*Sic etiam videmus* Bombycem (*è ſemine*

perexiguo beneficio verni Solis excluſum) Vermem abiectum & deformem abſoluto functionis penſo emori, & poſt putredinem ſepoſitis prioribus Vermiculi repentis exuuiis in viuacem & volantem transformari & reſurgere Papilionem.

*Hæc animalium regeneratio, verius eſt tranſplantatio, remanente radice, nouo ſurculo inſerēdo.*

*Hezra lib. 4 c. 5. ſect. 23.*

Nos breuitati hic ſtudentes Signaturæ ſtudioſis Rerum abdita, & in Naturæ receſſibus latitantia eruere Myſteria laborantibus ſimilia inueſtiganda commendamus & proponimus, ſicuti hoc noſtro tentare Exemplo, de cætero feliciori poterunt ſucceſſu, per totam Naturæ Latitudinem, & conſenſum concordantiamq; omnium magna cum iucunditate deprehenſam admirabuntur. Hic digito tantum Arcanarum rerum curioſis Exploratoribus iter indicare, cui inſiſtere debeant, non amicè ſolum, ſed & fideliſſimè voluimus.

Porro quæ ſignatura ſit in Tritico primi noſtri Parentis, quæ myſteria DEIparæ Virginis, in Vitis inciſione artificiali: Aquilæ bicipitis & aliorum myſteriorum è Felice, ſi artificioſo ingenioſo excindantur, & quæ ſint Gladioli, Tonitru Cunei, vtriuſq; Victorialis Radicis multis loricis perplexæ & conſtellato Tempore collectæ, vt & Herbæ Cruciatæ, contra Armorum incidentium vim, ſigna magica Naturalia, ſolis veræ Magiæ alumnis & initiatis reuelanda

innuiſſe

*innuiſſe hac vice ſatis ſit, ne fortè litigioſis Sophiſtis contemnendi materiam præbeamus, aut impiis Hominibus anſam demus maloſica excogitandi, alioquin percupida mirabilium rerum diſcendi Ingenia pleniore demereremur obſequio. Vbi prius animaduertero, qua fronte hæc accipientur, poterunt me incitare ad vlteriorem euulgationem.*

*Primò, Curationum Magneticarum, Magicarum & Characteriſticarum.*

*Secundò, Quo debito Conſtellationis Tempore Medicinalium maxima pars colligi debeat.*

*Tertiò, de Incantamentis & Veneficiis maleficiatis dignoſcendis & curandis.*

*Quartò, δοκιμασίας multorum morborum Conualeſcentiæ aut mortis prænuncias veriſſimas.*

*Sed ne nimium CROLLI.*

*Nam iam ſumma procul villarum culmina fumant,*
*Maioreſq; cadunt altis de montibus vmbræ.*

*Ergo laborioſa (Dei Opt. Max. fauore & auxilio) nauigatione abſoluta, qui lembum hunc Philoſophicum ad portum direxiſti felicem,* Hymnum *meruiſti Noctis Quiete gaudentem. Tibi igitur* Silentium Sacrum (*in cu-*

*ius ſolius indeficienti Lumine Veritatem vidémus indubitatam) Tibi, inquam, ſedenti ſuper Thronum, cuius magnitudo effluentis Miſericordiæ eſt incomprehenſibilis, vnà cum* Agno *Immaculato ſit Laus, Gratiarum actio & Benedictio per infinita ſæculorum ſæcula. Tua ineffabili* Charitatis *Clementia efficias obſecro, vt omnium, te in Nouitate vitæ per quotidianam mortificationem ac plenariam ſui abnegationem, cordialiter ſummoq́; ſtudio Timere, tuaq́; mandata, mediante Gratia tua, iuxta amorem Proximi in hac Carnis infirmitate Religioſè obſeruare Laborantium (ſiquidem in hoc maligno mundo hic Veriſſimus* DEI *Cultus eſt) Oratio & Actio ſemper in Diuinæ Voluntatis tuæ beneplacito conſiſtat, donec tandem mortalibus rebus ſuperatis & dimiſſis vnà cum Beatorum cœtu ad ſummum* Bonum, *Principium & Fontem omnium ſcandere poſſimus, eiuſq́; Cognitione & Fruitione æterna gaudere Beatitudine. Amen.*

Eccleſ. 12. ſect. 13. Act. 10. ſect. 34. Ezech. 18. à ſect. 5. ad 10. Mich. 6. ſect. 8. Hiob. 1. ſect. 1. Zach. 8. ſect. 16. 17. Sirach. 1. ſect. 27. ca. 10. ſect. 15.

COROL-

# COROLLARIVM.

ANTIQVISSIMI ſapientes, quos Græcô ſermone Philoſophos appellamus, ſi quæ vel Naturæ vel Artis reperiſſent Arcana, ne in prauorum notitiam deuenirent, variis modis atq; figuris occultabant: Eodem modo Philoſophi Hermetici certis notis Hieroglyphicis ſolebant inſignire Planetas Terreſtres, quibus eorum latentes vires ſeu virtutes intuendas, quaſi ob oculos intelligentibus & inſpicientibus filiis artis exponerent: Vt autem eiuſmodi ſigna ab interitu vel ſepulturâ vindicarentur, operæpretiū me facturum arbitratus ſum, ſi cum aliorū Mineralium Characteribus ad Profanum ac indignū Vulgus ab hoc ſtudio arcēdum à Prouidenti Antiquitate excogitatis, in gratiā diſcipulorum Hermeticorum, nunc Reipubl. Chymicæ vnâ operâ à me communicentur.

*Vide Monadē Hieroglyphicam Iohānis Dee Londinenſis.*

## NOTÆ METALLORVM.

| | |
|---|---|
| Saturnus | Plumbum |
| Iupiter | Stannum |
| Mars | Ferrum |
| Sol | Aurum |
| Venus | Æs, Cupra |



| | | |
|---|---|---|
| Mercurius | Argentum viuum | ☿ |
| Luna | Argentum. | ☾ |

## *Notæ Mineralium et aliarum rerum Chymicarum.*

Antimonium
Arſenicum
Auripigmentum
Alumen
Aurichalcum
Atramentum
Acetum
Acetum deſtillatum
Amalgama
Aqua vitæ
Aqua fortis ſeu Aqua ſeparatoria
Aqua Regis ſeu Aqua Stygia
Alembicus
Borax
Crocus Martis
Cinnabaris, vſifur
Cera



Crocus Veneris, ſeu æs vſtum
Cineres
Cineres clauellati
Calx
Caput mortuum
Gummi
Lateres cribrati ſeu Tegularum farina
Lutum Sapientiæ
Marcaſita
Mercurius ſublimatus
Mercurius Saturni
Mariæ Balneum
Magnes
Oleum
Purificare
Realgar
Sal petræ
Sal commune
Sal gemmæ
Sal Armoniacum
Sal A kali



Sulphur
Sulphur Philoſophorum
Sulphur nigrum
Sapo
Spiritus
Spiritus vini
Sublimare
Stratum ſuper Stratum
Tartarus
Tutia
Talcum
Tigillum
Vitriolum
Vitrum
Vrina



## *QVATVOR ELEMENTORVM Notæ.*

Ignis
Aër
Aqua
Terra
Dies
Nox



BIBLIOTHEQUE NATIONALE

*FINIS.*

INDEX

# INDEX GEMINVS
## IN LIB. DE SIGNATVRIS.

*Prior breui Synopſi totius Opuſculi Seriem ordine exhibens.*

SIGNATVRÆ PLANTARVM, humana membra ſimilitudine repræſentantium p.40
Capitis ibid.
Capillorum ibid.
Aurium 41
Oculorum 42
Naſi ibid.
Gingiuarum 43
Dentium ibid.
Gutturis ibid.
Iecoris 44
Cordis ibid.
Pulmonis 45
Mamillarum ibid.
Fellis ibid.
Lienis 46
Ventriculi ibid.
Vmbilici ibid.
Inteſtinorum ibid.
Veſicæ 47
Pudendi ibid.
Teſtium ſeu Genitalium ibid.
Matricis & Vteri 48.49
Renum 50

Secundinæ ibid.
Spinæ Dorſi ibid.
Tibiarum & Oſſium ibid.
Neruorum & Venarum ibid.
Pororum cutis 52
Manus ibid.

SIGNATVRÆ MORBORVM ibid.

Apoplexiæ ibid.
Calculi 53
Cancri ibid.
Colicæ 54
Cicatricum ibid.
Dyſenteriæ ibid.
Eryſipelatis ibid.
Epilepſiæ 55
Excreſcentiæ ibid.
Exanthematum ibid.
Ficus ani ibid.
Fiſtula ibid.
Fœtus in Vtero ibid.
Fœtus Vtero adnati 57
Faſcini ibid.
Herniæ & Rupturæ ibid.
Hæmorrhagiæ 58
Hæmorrhoidum 59
Hydropis ibid.
Icteritiæ 60
Lentiginum ibid.
Lepræ 61
Lumbricorum ibid.
Menſtruorum rubeorum ibid.
Membrorum tabidorum 62

Macu-

Macularum ibid.
Nodorum in carne ibid.
Prunellæ ibid.
Puncturæ lateris ibid.
Phantaſmatum 63
Panaricij 64
Peſtis ibid. & 65
Seminis profluuij, ſeu GonorrhϾ 65
Scrofulæ ibid.
Squinanthiæ ibid.
Scabiei corporis & pedum 66
Squamarum cutis ibid.
Squamoſorum pedum ibid.
Spaſmi 67
Strumarum ibid.
Sugillationum 68
Tartari ventriculi ibid.
Vrinæ retentæ ibid.
Veneni 69
Verrucarum ibid.
Vulnerum 70
MEDICAMENTA à ſimilitudine iuuantia 71 & ſeqq.
VENENOSOS morbos plerunque propriis antidotis ſanari 79
CHIROMANTIA medico maximè neceſſaria 81
SIGNATVRARVM correſpondentiæ maioris & minoris Mundi ibid.
SIGNATVRAS ſuas à quibus animalibus ſumpſerint homines 86
MECHANICOS plurimos ſuorum artificiorum modum & ſcientiam didiciſſe

MEDICOS & CHIRVRGOS multa morborum remedia, & rerum virtutes à brutis edoctos eſſe 101
iidem Vomitiuorum & catharticorum vſum à quibus animalibus acceperint 103
IVRISPERITOS in Ciconiis vidiſſe Iudiciorum conſeſſum 104
PHILOSOPHI HERMETICI ADEPTI, à quibus animalibus modum renouandi iuuentutem didicerint 105
RESVRRECTIONIS & TRANSFORMATIONIS noſtræ exempla inſignia in Formica & Bombyce 107
Concluſio operis 109
vbi alij Tractatus IV. ab auctore promiſſi ibid.

COROLLARIVM de Characteribus Hermeticis 111
Notæ Metallorum ibid.
Mineralium & aliarum rerum Chymicarum 112
Quatuor Elementorum 114

INDEX

# INDEX ALTER
## IN LIB. DE SIGNATVRIS,
ea diligenter complectens, quæcunque ibi ordine Alphabetico non traduntur.

### A.


ACCIPITER 53. *herba oculorum hebetudinem pellit* 43

*Acini mali punici decoctum* 44

*Acini vuarum* 50

*Aconiti vires* 71.79

*Aconitum ſalutiferum, & eius vires* 42.49

*oleum ex eius granis* 42

*Acorus* 54

*Acorus paluſtris, & eius vſus* ibid.

*Acori lutei radix, & eius vires* ibid.

*Adiantum, & eius vſus* 42

*Adr. Iunij lib. de phallo* 49

*Ætites lapis, & eius virtus* 56

*Agaricum, & eius vſus* 41.55

*Agni* 92

*Alaudæ hymni* 88

*Alcis vſus in epilepſia* 73

*Alkekengi, & eius vſus* 47.53

*Alleluyæ folia* 45

*Allium* 62
*Alopecia curatio* 42
*Amatoriis inſeruientia* 46.50
*Amphiuia* 100
*Amuletum contra dyſenteriam* 54
*Amuletum contra eryſipelas* 55
*Amuletum contra ficus ani* 56
*Amuletum contra epilepſiam* 73
*Amuletum contra morſum Canis rabidi* 79
*Anagallis mas, eiuſq́; virtus* 58
*Anates* 92
*Anchora linea* 81
*Anchuſa aruenſis radix, eiuſq́; vſus* 60
*Anblattum Cordi* 59
*Anemone, & eius vſus* 43
*Angina faucium medela* 76
*Anguilla in colica peſtis* 54
*Anguilla* 89
*Anguis* 105
*Angues ſe renouant* 105. & ad m. vide & Serpens.
*Anhelitus ſignatura in macrocoſmo* 82
*Ani ficus* 56
*Animalia quæ ſe extendunt & contrahunt* 58
*Annulus ad viſum* 43
*quæ ſine cibo hyeme viuunt proprio ſucco viuunt* 95
*Animalia vim renouatiuam habentia renouant corpus noſtrum* 76
*Anima halecis* 68.77
*Anſeris excubiæ* 98
*Anſeres* 92.100
*Anſerini calami medulla* 68
*Anſerinorum pedum abſtractæ cutis* 75
*Anthemis, & eius vſus* 43


*Anthracis*

*Anthracis ſignatura & curatio* 65
*An :h ra radix* 45
*Anthos roſ arum, eiuſq́; vſus* 60
*Antir hirum, & eius ſemen & vires* 64
*Apoplexiæ ſignatura in macrocoſmo* 52. 81. *remedia* ib.
*Apoſtematum in faucibus medela* 76
*Apri* 88
*Apum examina* 97
*prouidentia* 94
*ſtructura* 97
*aculeos quid ſanet* 79
*Aquila ſe renouat* 105. & ad m.
*Aquila* 86. 108
*Araneus mus morſui ſuo medetur ipſe* 79
*Araneis textoria & venatoria inuentio tribuitur* 101
*Arbores perpetuò virentes* 95
*Arborum excreſcentia* 55
*Arbuta, & illorum decoctum* 66
*Archangelica, & eius vires* 64
*Architecta linea* 81
*Ardea clyſtere vtitur* 103
*Argemone, & eius vſus* 43
*Argentum viuum, argento viuo ſuperinductum* 78
*Aridura* 82
*Aries* 88
*Ariſarum* 62
*Ariſtolochia longa, & eius vſus* 50
*Armoniacum Sal* 62
*Aron eius radix* 47. 57
*Aron minus, eiuſq́; vſus* 57. 62
*A ſenicum* 71
*Artemiſia rubra, eiuſq́; vires* 61
*Artes & artificia quæ à brutis didicimus* 98. 99. &c.

Articulorum dolores 52
Artus lacerantes ſpiritus coacti in cute clauſa 85
Artuum creſcentia 56
Aſari folia 42. florum conſerua ibid.
Aſcyrum 70
Aſini 88.95
Aſplenum 46
Aſteris Attici flos, & eius vſus 43
Aſtra ſubiecta ſapienti 85
Aſtrorum malignorũ ſemina latent in omni homine 84
Aſtronomi ignorauerunt Chriſtum & Apoſtolos 85
Auditus amiſſus quo recuperetur 42
Aues æſtiuales 87
Auditum confortans ibid.
Aues nocturnæ 90
Auium clamor inuſitatus 82
Aurium ſignatura 42

B.

Beloculus lapis, & eius vſus 43
Betonica 70
Beſtiarum clamor inuſitatus 82
Betulæ cortex eiuſq; vſus 50.60
Betulinus Fungus 44
Bilis flauæ expurgatio 73
Biſtorta, eiuſq; vires 69
Boletus ceruinus, eiuſq; vires 49.71
Bombicis transformatio 107
Bombyces 100
Bouis oculi humor cryſtallinus deſtillatus 75
Bouis veſica 78
Brutis innata ars medicinalis 101
Bryoniæ radix, eiuſq; extractum 59
Bubo peſtiferus in peſte pro remedio exhibitus 80

Bubones

*Bubones* 93
*Buſines vſus in peſte* 64
*Buſone permiſti iuuantur buſone ſicco* 78
*Buſonius puluis* ibid.
*Buſonij lapidis vires* ibid.

C.

*COeli facies* 81
*Cepa* 53
*Calamus aromaticus* 47
*Calcanthum combuſtum* 58
*Calculus hominis* 53
*Calculi remedia* ibid. 77
*Calor calorem extrahit* 81
*Caltha, & eius vſus* 43
*Camelus inceſtum in ſe vindicans* 96
*Cancer cancrum interficit* 72
*Cancri remedia* 53. 72
*Cancri 99. ut ſe renouent* 106. ad m.
*Cancrorum fluuiatilium cinis* 72
*Canis rabidi morſus cura ex ipſo cane* 79
*Canis rabidi pili, iecur, dens* ibid.
*Canes 87. 89. 95. ut ſe purgant* 103
*Capillares plantæ* 41. 42
*Capillorum ſignatura* 41
*Capillorum hominis ſuccus* 72
*Capillos denſos, criſpos & pulchriores reddens* 42
*decidentes reſtituentia* 41
*prolongans* 72
*Capitis ſignatura* 40
*Capiti affecto vtilia* ibid.
*Caput purgantia* 41
*Capræ ut oculos malè affectos curent* 102
*Capræ ſylueſtres ut vomicas ſuas curent* 101

*Capri ſuperbi* 95
*Capreolus* 96
*Capri veſica* 78
*Carbunculi ſignatura* 65
*Carcinomata leniens* 72
*Cardiaca folia* 45
*Cardiaci morbi medela* 72
*Carduelis* 92
*Carduus benedictus, & eius decoctum* 62
*Carduus Mariæ, & eius decoctum* ibid.
*Carnis ſignatura in macrocoſmo* 84
*Carpionis lapis, & eius vſus* 52
*Caſſia fiſtula* 47
*Caſſutha, eiuſq́ decoctum* 68
*Caſtoris ſolertia* 100
*Catharticorum vſus à brutis* 103
*Cati* 92.99
*Cauda lupina, eiuſq́ decoctum* 59
*Cauda ceruina, deguſtata remedium* 79
*Centaurea* 60
*Ceraſorum nuclei* 55
*Ceraſinum gummi* 77
*Ceruaria* 104
*Ceruicaria* 44
*Cerebri ſignatura, & eius membranarum* 40
*Cerebri ſuilli vſus* 72
*Cerebro conducentia* 40
*Cerua ſe ipſas purgant* 104
*Cerui natura luxurioſa* 75
*Cerui boletus* 49.71
*Cerui* 98. *percuſſi dictamno ſe curant* 101. *iidem vt ſe renouent* 105. & ad m. *eorum zelotypia* 96
*Ceruina lingua* 46

*Ceterach*

*Ceterach* 46
*Chalcantum & eius combuſti vſus* 55.58.66
*Chamaleon* 96
*Charačterum Hermeticorum nota* 111.&c.
*Chelidonia, & eius vires* 60. *eius vſus ab hirundinibus oſtenſus* 102
*Chelidonium minus, eiuſq́; vires* 65.68
*Chiromantia medico maximè neceſſaria* 81
*ex Chiromanticis lineis remedia homini conuenientia ſciri poſſunt* 81
*Chiromantia ſignatura in macrocoſmo* 82
*Chiromantica figura in plantagine* 51.52
*Chirurgi multa à brutis didicere* 101. 02
*Chriſtus & Apoſtoli cur aſtronomis fuere incogniti* 85
*Cicada* 92
*Cicatricibus conducentia* 54
*Cicer* 48
*Cichorij piſtillum, & eius decoctum* 47
*Ciconiæ pietas* 93
*Ciconia adultera à reliquis damnata hiſtoria* 104.105
*Ciconiæ vere reuiuiſcentes* 95
*Ciconiarum eſſentia quinta* 77
*Citrium* 45
*Clamor & cantus inuſitatus auium & beſtiarum* 82
*Clauum pedi infixum eximere monſtrarunt cerui* 101
*Clyſterum origo* 103
*Cochleæ auritæ, & de iis oleum* 42
*Cochleæ vſus in peſte* 64
*Cochlearum domus* 97
*Coitum inhibens* 48
*ſtimulans* 48.49
*Colcothar vitrioli, & eius vſus* 55.58
*Colicæ tot ſpecies, quot natura ventorum* 82

Colica remedia 54.72.77.81
Colica torſionum ſignatura in macrocoſmo 82
Colis glandis ſignatura 48
Colubrina, eiuſq; vires 69.102
Columba 95. earum mutuus amor 91.92
Colutea 47
Conceptionem iuuans 75
Cõcertatio de nominibus herbarũ inutilis, vtiliſſima de ſignaturis, in præfatione, de ſignaturis ad lectorẽ 16
Concuſſio corporis 83
Conſerua de floribus aſari 42
Conſolida vis 102
Conſolida regalis, & eius florum vſus 63
Conuolulus & eius decoctum 54
Cor in cardiaca & ſyncope corroborans 72
Cordis ſignatura 45
Cordis regentis pharmacum ibid.
Cordis monecilla vſus ibid.
Cordi conducentia 45
Corallium 58
Cornix 87
Corporis concuſſio 83
Correſpondentia maioris & minoris mundi 81.82
Coruſcatio 82
Corneolus lapis, eiuſq; vires 58
Corui 88. quo chamæleontis venenum expurgent 104
Coruorum pulli 88
Cotyledon 46
Cranij crux 55
Cranij ſignatura 40.41
vſus in epilepſia 73
Credentes ſunt domini firmamentũ 85
Criſta gallorum 96


Crocitatio

Crocitatio inuſitata Gallorum Gallinaceorum 82
Crocodili adeps ſuos morſus ſanat 79
Crocodili 98
Crocodilorum lachryma 87
Crocuta voracitas, ut quaſeipſam purget 104
Crocus 60
Crocus Martis & eius oleum 66
Cruciata 70. eius ſigna magica 108
Crux in craniis epilepticorum vel ſtrangulatorum, eiuſq; vſus 55
Crux ſemini ruta impreſſa, & baccis Iuniperinis 64
Crux Lucij piſcis 63
Cryſtallus 53
Cuculus 89
Cucumeris ſyluestris ſucci vſus 73
Cucupha auis piiſſima 55
Culmorum nodi & eorum vſus 69
Cuniculi 90
Cuniculi fœcunditas 89
Curcuma radix, & eius vſus 60
Cuſcuta eiuſq; decoctum 68
Cyclamini bulbus, eiuſq; vires 50
folia & radix 46.50
Cycni 53
Cydonia mala 45
Cydoniorum lanugo, & eius decoctum 48
Cynoſorchidis flores & eorum vires 49
Cygnis amor erga pullos 93

D.

DActiletus, & eius vires 55
Dæmonem quæ herba fugent 63
Dama 97. earum pinguedo 77
Delphinorum fides erga homines 86

*Dentaria, eius radix* 44.59
*Denteſ firmans* 44
*Dentium ſignatura* 43.44
*dolorem ſiſtentia* ibid.
*Diarrhœa ſignatura in macrocoſmo* 82
*Dictamni vires à ceruis monſtrata* 101
*Difficultas meiendi* 82
*Diluuium* ibid.
*Diſcipuli Chriſti regenerati* 85.86
*Dolia vacua ſonora, plena contrà* 94
*Dorſi ſpina* 51
*Dracontium* 62
*Dracontium maius, eiuſq; decoctum* 69
*Dracontij ſpecies* 47
*Dracunculus maior, & eius vſus* 49.69
*Dracunculus minor, & eius vires* 69
*Dyſenteria remedia* 54.73
*ſignatura in macrocoſmo* 82
*Dyſuria ſignatura in macrocoſmo* ibid.

E.

*Eclipſis* 82
*Echij vſus* 74
*Elaterij vſus* 73
*Elementorum quatuor notæ Hermeticæ* 114
*Elephas* 58.88
*Elephantum regio* 88
*Enematum origo* 103
*Enterocelæ conducentia* 57
*Epar canis rabidi* 79
*Epilepſiæ remedia* 41.55.72.73
*Epilepſiæ ſignatura in macrocoſmo tempeſtas & tonitru, eaq; inter ſe collata* 82.85
*Epilepticorum in cranijs oſſiculum* 55

Equi

Equi 98
Equi Vngarici ſibi ipſis venam incidunt 103
Equiſetum 51
Erinacei per hyemem dormiunt 95
Erythronium Satyrium 49
Eryſipelatis remedia 54
Eſcharam promouentia in peſte 65
Euphraſiæ flores, & eorum vſus 45
Exanthemata quæ expellant 56
Excrementorum ſignatura 54
Excreſcentia arborum 55
Excreſcentiæ artuum remedia 56
Extractum de mentaſtro aquatico 43
radicis bryoniæ 59
Exuuiæ ſerpentum 73.105

F.

FOetorem humorum in peſte expellit fœtor Spiritus Tartari 77
Faba 47. cur à Pythagora damnata ibid.
earum farina ibid.
Faciei maculæ quo abſtergantur 60.61
Faciei forma 81
Facis natura 94
Faſcini ſignatura 57
Faucium anginæ & apoſtematis medentia 76
Febrium horroris ſignatura in macrocoſmo 82
Feles 87. monſtrarunt Valerianæ vſum 102
Fellis expurgandi pharmacum 46
Fellis ſignatura ibid.
Feuch ad m. 77
Ficus folia, & eorum vires 51.67
Ficuum vſus in ſtrumis 67
Ficuum ani remedia 56

*Fili linei quo ſerpens ſuffocatus eſt, vſus* 76
*Filicis myſteria* 51
*Filicis fœmina, eius decoctum* 51.66
*Filicula* 66
*Fiſtularum cura* 56
*Flores in terra oſtendunt ſtellarum colores* 84
*Fœniculi vis* 102
*Fœtus in vtero ſignatura* 57
*Fœtus adnati medicamen* ibid.
*Fœmina fœliciter enitendo quid faciat* 73
*Folia herbarum manus* 58
*Formica prouidentia* 94
*in ſenectute transformatio* 107.94
*Fractio microcoſmorum* 83
*Fraga, & eorum vſus in lepra* 61
*Fraxini folia, & oleum ex eius ligno* 57
*Frigus extrahit frigus* 80
*Frigore congelatorum membrorum cura* ibid.
*Fuga dæmonum, herba, curq́; ita vocetur* 63
*Fulmen* 82
*Fulgetra* 83
*Fungus betulinus & quercinus, eorumq́; vſus* 44
*Fungorum ſambucinorum aqua* 60
*Fungorum Somenſium vſus* 73
*Fungus caricis* 41
*Funiculus ſerpentis* 76

G.

*GAlanga, & eius vires* 46
*Galli gallinacei* 90.96
*Gallorum Gallinaceorum crocitatio* 82
*Galli indici* 90
*Gallorum pugna* 99
*Zelotypi* 96.99

Gallina

| | |
|---|---|
| *Gallinæ ventriculus* | 78 |
| *Gallinæ matrix* | 75 |
| *Gallinæ vt ſe renouent* | 105, ad m. |
| *Gamandrea, & eius virtus* | 65 |
| *Gambari* | 108 |
| *Gargariſmi* | 44 |
| *Galeopſis, eiuſq́; decoctum* | 65 |
| *Genitalium ſignatura* | 48 |
| *Gentianella* | 70 |
| *Geranium, eiuſq́; puluis* | 58 |
| *Geranium ſanguinarium, eiuſq́; vires* | 58 |
| *Gingiuarum ſignatura* | 43 |
| *Gingiuarum vitia curans* | ibid. |
| *Gladiolus & eius vires* | 67.74 |
| *ſignaq́; magica* | 108 |
| *Glans* | 48 |
| *Glirium ſomnolentia* | 95 |
| *Globi ſcarabæorum* | 74 |
| *Gluten ex vberibus vaccinis* | 75 |
| *Graculi* 90. *ſeipſos purgant* | 104 |
| *Gramen* | 103 |
| *Granatum malum* | 50 |
| *Gratia Dei, & eius puluis* | 51 |
| *Gruum excubiæ, dux & ordo* | 97.98 |
| *migrationes* | 97 |
| *GonorrhϾ ſignatura & medicamen* | 65 |
| *Gulonis voracitas, & vt ſe hoc animal purget* | 104 |
| *Gummi membrorum* | 77 |
| *Gummi de ceraſo vſus* | ibid. |
| *Gutta ſignatura* | 58 |
| *Gutturis ſignatura* | 44 |
| *Gutturis remedia* | 62 |

## H.

HÆmatites 58
Hæmorrhagiam ſiſtentia 58.74
Hæmorrhoidum medicamina ibid.
Halcyo 107. plurimum in ſe habet arcani ibid. ad m.
eius renouatio 105.107
Halecis anima, & eius vires 67.77
Halicacabum, & eius vſus 47
Hedera 86
Hepar, vide iecur 44
Hepatica ibid.
Herbaria Medicina inuẽtio, præſtãtia. in epiſt. nũcup.
Herba Paris v. P. 42
Herba quædam piloſa, & eius decoctum 41
Herbarum mares ſunt folia 52
Herbarum lanuginoſarum vſus 59
Herbarii quæ per ſaxa enaſcũtur, vſus v. & planta 57
Hermaceo 95
Hermetici Philoſophi v. P.
Hermodactylus exoticus officinarum 54
Herniæ remedia 57
Herniaria ibid.
Herodes vulpes 86
Hieracium & eius vſus 43
Hieracij caulis, & de eo decoctum 48
Hippopotamus parricida 93. vt ſe granatum ſatietate curet 102
Hippogloſſum, eiuſq́; alterum folium mirabile 63
Hircus animalium luxurioſiſſimum 49
Hirci 93
Hircinus teſticulus 49
Hircina linguæ ſemen 74
Hirudo ſpinoſa, & eius oleum 58

Hirun-

*Hirundinaria minor, eiusq; vſus* 62
*Hirundines quo pullorum oculis medentur* 102
*vere reuiuiſcunt* 107
*Hirundinum amor in prolem* 91
*aqua antiepileptica* 71. *nidi* 97
*Homo omnium creaturarum faſciculus* 84
*varia ac multiformis & deſultoria natura animal*
ibid. ad m. *non debet viuere ſpiritui animali* 85. 81
*brutalis & rationalis* 86
*Hominis creati nobilitas & præſtantia* 84
*Homines vnde ſuas ſignaturas deſumſerunt* 89. &c.
*Homo cognoſcitur ex naturâ animalis, cuius primum eſſe in ſe dominatur* 84. ad m.
*in homine omnium animalium mos ac primum eſſe reperitur* 84
*Horror febrium* 82
*Humor Cryſtallinus diſtillatus oculi bouis* 75
*Humores ſeroſi quo expurgentur* 78
*Hyoſcyamus & eius ſeminis ſiliquæ, & oleum* 43
*decoctum de radice* 44
*Hypericon vnde nominatum* 63. *eius mira vires contra dæmones & ſpectra* 63. 70
*Hypericonis folia & flores, eorumq; vires* 52. 70
*Hydrophobia medela* 74
*Hydropiper, & eius vires* 70
*Hydropis remedia* 59. 60
*ſignatura in macrocoſmo* 81
*Hyeme viuentia animalia in ſpeluncis, propria ſubſtantia viuunt.* 95

I.

I*Bis auis clyſteris vſum monſtrauit* 103. *plurimum in ſe habet arcani* 107. ad m.
*Ilteritia remedia* 60

*Iecoraria fontibus adhærens* 45
*Iecur Lupinum* 74
*Iecoris affectus & ſcirrhos curans* 44.45.74
*ſignatura* 44
*Iecori conducentia* ibid.
*Iecoris lapidei vſus* 73
*Iecur canis rabidi* 79
*Incantationes contra quid valeant* 64
*Infantum adnatorum cura* 57
*Incaleſcentium nimis membrorum reſtauratio per Spiritum vini* 81
*Inteſtinorum ſignatura* 47
*Inteſtinorum tormenta colica ſedans Colica* 54.77
*Iobbea lachryma* 53
*Inundatio* 82
*Iridis radix ſtrumoſa* 67
*Iſchiadis remedium* 51
*Iuglandes, & in iis capitis ſignatura integra* 40
*Iuglandium vſus* ibid.
*Iuglandis herbaceum viridis inuoluerum, ſuccus* 46
*Iuniperi baccis innata crux* 64
*Iuriſperitos in ciconiis vidiſſe iudiciorũ conſeſſum* 104
*Iuuentutem recuperantia animalia* 76
*Iuuentutis reſtitutio* 104.76

L

*LAcerta vis* 65.106
*Lachryma Iobi, & eius vſus* 53
*Lanuginis cydoniorum decoctum* 41
*Lanuginoſarum plantarum vires* 59
*Lapicidinæ, oſſa magnæ matris* 83
*Lapis ætites* 56
*Lapis bufonius* 79
*Lapideum iecur* 73

Lapidis

*Lapidis beloculus* 48
*carpionis* 52. *citrinus* 59
*in felle bouis* 60
*Iudaicus* 53. *lyncis* ibid.
*ſabuloſus*, *eiuſq́; vires* 51
*Larus ſeipſum vt purget* 103
*Laterum puncturas ſanantia* 62
*Lauri folij vires* 104
*Leana* 88
*Lentes*, *& decoctum illarum* 56.77
*Lentiginum medicamina* 60
*Leones* 86
*Leontopetali radix*, *& vires eius* 50
*Leporis pes. v.P.* 59
*Leporis poples*, *eiuſq; vſus* 67
*Lepores* 92. *eorum fœcunditas* 89
*Leproſis conducentia* 61
*Libidinem excitantia* 48.49
*Lichen* 44
*Lienis ſignatura* 46
*Lienoſorum medicamen* ibid.
*Lienteria ſignatura in macrocoſmo* 82
*Lilij conuallis flos*, *& eius vſus* 52
*Limaces*, *& in iis oſſiculi vſus* 67
*Linea anchora eſt linea apoplexia* 81
*architecta colicam denotat* ibid.
*Lingua ceruina* 46
*Lingua hircina ſemen*, *eiuſq́; vſus* 74
*Lithoſpermon*, *& eius vires* 55
*Locuſta marina ſe renouant* 106
*Lotium*, *vide vrina.*
*Lucius piſcis* 93. *eius maxilla vel crux eiuſq́; vſus* 63

*Lullius expertiſſimus philoſophus* 63
*Lumbrici viui vſus in panaricio* 74.75
*Lumbrici lumbricis medentur* 74
*Lumbrici maioris & minoris mundi* ibid.
*Lumbricos expellentia* 61.74
*Lumina mundi diſcipuli Chriſti regenerati* 85.86
*Lunaria, eiuſq; vires* 54
*Lupi morbi cura* 75
*Lupi excrementorum vſus* 77
*Lupi ſtomachi corium* ibid.
*Lupi* 96
*Lupinum iecur* 74
*Lupina cauda v.C.* 59
*Lupina carnis & adipis vſus* 75
*Lupini inteſtini cingulum* 77
*Lupinus, & eius decoctum* 48.46
*Luſcinia ſomni expers* 92
*Luxuria ſedes vmbilicus* 46
*Lyncis vrina & lapis, eorúmque vires* 53

M.

M*Acrocoſmus* 81
*Macis* 51
*Maculas corporis abſtergentia* 62
*Maculoſarum plantarum virtus* ibid.
*Maeus auis cachinnans* 94
*Maleficiatorum ex incarnatione remedium* 48
*Mala cydonia v.C.* 45
*Mala perſica v.P.* 60
*Malicorium* 50
*Malum granatum ſeu Punicum* 50. *acini, & eorum decoctum* 44
*Malum unde profectum inde remedium emanat* 80
*Mammarum fiſſuris quid medeatur* 75

Mam-

*Mammillarum male affectarum remedium* 45.46
*Mammillarum ſignatura* ibid.
*Manuum figura in plantis* 52
*ſignatura* 51.52
*Manus herbarum ſunt folia* 52
*Mariſcas medicantia* 56.67
*Matricis fluorem exſiccans* 75
*Matricis purgamen* 51
*ſignatura* ibid.
*Matricis gallina vſus* 75
*Maxilla lucij piſcis* 63
*Mechanici multorum artificiorum ſcientiam & modum didicere à brutis* 97
*Medici multa à brutis edocti* 101.102
*Medicamenta à ſimilitudine iuuantia* 71
*Medicina encomium in epiſt. nuncupatoria* 1.2
*Medulla ligni ſambuci* 60
*Medulla in calamo anſerino, eiuſq́; vſus* 68
*Medulla rubra in lapicidinis vſus* 73
*Meiendi difficultas* 82
*Meliſſophylli folia* 45
*Mellis vires* 78
*Membrorum frigore vitiatorum, vel caleſcentium nimis reſtauratio* 80.81
*Membrorum ſeptem principalium ſignatura* 84
*Membrorum ſingulorum in plantis ſignatura* 40.&c.
*Membrorum omnium hominis forma reperitur in vegetabilibus, lapidibus & minerabilibus* 84.ad m.
*Membrorum tabidorum medela* 61
*Memoria amiſſa remedium* 72
*Memoriam confortans* 42
*Meningum cerebri ſignatura* 40
*Menſes ſiſtens* 61.75

*Menſtrui cura* 75
*Mentaſtrum aquaticum, & eius extractum* 43
*Mentula ſignatura* 48
*Mercurius terreſtris* 70
*Mercurialis, eiuſq; decoctum* 62
*Merulæ ſeipſas purgant* 104
*Meſpilorum nucleï* 53
*Metallorum nota Hermetica* 111
*Metus metu diſcutitur* 74
*Mechoaca radix* 59
*Microcoſmus* 81
*Milium ſolis, & eius vires* 53
*Millefolium* 70
*Mineralium nota Hermetica* 111
*Molucca folia* 45
*Monedula* 90
*Monocerotis myſtica pictura* 88
*Morborum ſignatura* 52.&c.
*Mori fructus, ſuccus & folia* 65.75
*Motacillæ cor, v.C.* 72
*Mori podicis* 75
*Motui firmamenti correſpondet pulſus* 82
*Mule* 94
*Mundi maioris & minoris ſignaturarum correſpondentia* 81
*Mus araneus ſanat morſum à ſe illatum* 74
*Mures* 93
*Murium morſus vel per mictionem ut ipſi ſanent* 79
*Murmentis plauſtrorum ſtructuræ inuentio accepta ferenda* 100
*Muſcus arborum oblongus, & eius decoctum* 41
*Muſca vere reminiſcunt* 107
*Muſcarum impudentia* 89


*Muſtela*

*Muſtela mures attrahit* 106.ad m.
*Mutatio rationis ingruente Epilepſia* 83
*Mutatio aëris tempeſtate inſtante* ibid.
*Myrobalanum* 45


N.

*Nardus* 45.101
*Narium ſanguis profluens vt ſiſtatur* 76
*Naſi ſignatura* 43
*Narium ſignatura* 58
*Naturarum cœca diſcordia* 80
*Neruorum ſignatura* 51
*Noctua* 90.96
*Nodi in culmis, & eorum vſus* 69
*Nodorum cutis remedia* 62.77
*Nucistarum puluis* 65
*Nuclei ceraſorum, perſicorum, meſpilorum* 55
*Nymphaea, eiusq; vires* 51


O.

*Obſeſſi non ferre poſſunt hypericon* 63.64
*Obſeſſis quæ proſint* ibid.
*Oculi bouis humor cryſtallinus deſtillatus* 75
*Oculorum affectorum remedia* 43.75
*Oculorum caliginem curant capra 103. vrſi* 102
*Oculorum ſignatura* 42
*Oculorum anima* ibid.
*Oculos male affectos vt curet ſerpens* 102
*Oculi ignei & lucentis ſignatura* 83
*Odoratus amiſſi remedium* 43
*Olea* 54
*Oleum de cochleis auritis ad auditum* 42
*Fraxini* 57
*de croco Martis* 66
*de granis herba Paridis* 42

de hyoſcyamo 43
Hirudinis ſpinoſa 53
Odoris pelles 77
Ononidis fructus & ſiliqua 53
Ophioglоſſum 69
Ophioſcorodon ibid.
Orchides, & in iis teſticulorum diuerſa vires 48.49
Oſſis de corde cerui eſſentia & vites 72.79
Oſſa magna matris 83
Oſſibus corpus munitum, ut terra lapidibus ibid.
Oſſiculi in craniis epilepticorũ vel ſtrãgulatorũ vſus 55
Oſſiſana, eiuſq; vires 51
Oſſium in homine tot genera, quot lignorum 83.ad m.
Oſſium ſignatura 51.83
Ouis Veſica 78
Ouum congelatum frigida reſtituitur 80
Oxyacantha cutis interior flaua 60
Oxylapathi ſemen, eiuſq; decoctum 54

P.

PÆoniæ floris folliculus concluſus 40.41.55
Pæoniæ grana, eorumq; vſus ibid.
Palma Chriſti 52
Palumbes 89
vt ſeipſos purgant 104
Palumbarum caſtitas 91
Panaricij cura 75
Papilionis ortus 108
Papauer, & eius decoctum ad capitis affectus 40
Paridis herba, eiuſq; grana, & oleum inde 42
Partui feliciter enitendo quid faciat 56
Parturientibus læſis, vt aquam continere nequeant, medens 78
Paſtinaca marina 95

Paſſer

*Paſſer in caduco peſtis* 55
*Paſſeres* 90
*Pauonis pennarum ſpecula, & eorum vſus* 49
*Pauones* 95
*Pecus* 89
*Pediculi* 60
*Penis cerui vel tauri vſus* 75
*Penis inflammati cura* 48
*Penis languor quo tollatur* 75
*Perdices ſeipſas purgant* 104
*Perdicis cordis puluis* 72
*Perfoliata* 57
*Pericranij ſignatura* 40
*Pericranij vulnera curat ſal corticum iuglandis* 40
*vulnerum cura* ibid.
*Perniunculos leniens* 72
*Perſicaria* 62.68
*eius commendatio* 68
*folium* 68
*Perſicaria decoctum cum hyoſcyamo* 43.44
*Perſici florum & foliorum nucleorum vſus* 55
*Perſica mala* 60
*Pes leporis, herba, & eius decoctum* 59
*Pedum figura in plantagine* 51.52
*anſerinorum vſus* 75
*hydropicorum ſignatura* 69
*refrigeratorum curatio* 75
*Peſtem pranunciant lingua ranarum maculatæ* 64
*Peſtis remedia* 64.65.79
*Phalius* 49
*Phyſiognomonia* 81
*Phantaſmatum pellentia* 63
*Pica loquax* 90

*Pilea coni & ex eis decoctum* 66
*Pici Mirandulani laus* 84.85
*Pila luſus à catis* 99
*Pila à ſcarabæo conglomerata vſus* 74
*Pilorũ profluuio ſuccurrẽs, vide ſupra de capillis* 41.42
*Pili canis rabidi* 79
*Pilula ſcarabæorum* 74 99
*Pinei nuclei* 44
*Pini folia & eorum decoctum* ibid.
*fructus & nucleorum vſus* 48
*Pira conducunt iecori* 45
*Piſa* 50
*Piſces muti* 92
*Piſtachiorum vſus* 48
*Philomela* 92
*Philoſophi Hermetici adepti à quibus animantibus iuuentutem didicerunt* 104. 105. *eorum nota ocultà* 111
*Philoſtorgi* 93
*Phreneticorum medela* 72
*Phthiſeos ſignatura in macrocoſmo* 82
*Phyllitis vulgaris* 46
*Phyſiognomonia ſignatura in macrocoſmo* 81
*Planta foliis perforatis ad vulnera valens* 70
*Plantarum maculoſarum inſtar viperarum vel exuuij ſerpentis vires* 69. *vide & herba.*
*Plantago, herba chiromantica* 51.52
*Pleureſis cura* 62.63
*Pluuia in microcoſmo* 82.83
*Plumbeos globos extrahens* 74
*Podicii innaſcentium veluti fructuum mori cura* 75
*Polypodium, eiusq́; decoctum* 66
*Polypus* 96

*Polytrichon, & eius vſus* 42
*Poma foliis quercinis adnaſcentia & ex iis liquor* 57
*Populi arboris oculi, & eorum vſus* 59
*Porci, vide & ſues* 86.89
*Porcinum cerebrum* 72
*Pororum cutis ſignatura* 52
*Pororum obſtructionem tollens* ibid.
*Porrum* 49
*Portulaca* 51
*Potentilla flos & eius aqua vſus* 43
*Prata varia* 97
*Priapus cerui, Tauri* 75
*Prunella flores, eorumq́ue vſus* 62
*Prunellam medicantia* ibid.
*Pſeudohermodactylus Matthioli & Italorum* 49
*Pſittaci* 88.90
*Pudendi ſignatura* 47. *eorum inflammationem iuuantia* 47.48
*Puerperis opitulans* 50
*Pulmonaria, deq́ue iis decoctum* 45
*Pulmonis ſignatura* ibid.
*Pulmonis vulpis vſus* 76
*Pulmonum affectibus conducentia* 45.76
*Pulſus ſignatura in macrocoſmo* 82
*Pulſuum dignotio à ſimiis* 104
*Punctiones lateris ſanantia* 62.63
*Punctionum in corpore remedium* 63
*Punicum malum* 50
*Pupillæ ſignatura* 43
*Pyrola, & eius vſus* 44
*Pythagoras cur damnarit fabas* 47
*Pythagorei à piſcibus abſtinebant* 92

Q.

QVercinus viſcus 51

Quercinis in foliis poma, & eorum liquor 57

Quercinus fungus 44

Quercubus adnaſcentia tubera rotunda 65

R.

RAnarum lingua maculata prænuncia peſtis 64

Raparum ſemen 53. eiuſq; decoctum 77

Rapunculus, & eius vires 56

Realgar tartaricum ſublimatum in gutture, eiuſq; remedium 62

Reditus ad mentem & ſermonem 83

Regulus 89

Remedium inde emanat, vnde profectum malum 80

Renati dominantur aſtris 85

Renouant corpora noſtra animalia virtutem renouatiuam habentia 76

Renouandi modum à quibus didicerint Philoſophi 105

Renum ſignatura 51

Recinifera arbores 54.66

Reſurrectionis noſtræ futuræ exempla in brutis 107

Rhabarbarum bilem flauam purgat 73

Res ſolis vel rorella 54

Roſeti rubei fructus 54

Roſa canina interior Tinea 61

Rubeta muſtelam attrahit 106. ad m.

Rupturam ſanantia 57

Ruſciæ incolarum mira natura 95

Rutæ ſemen 64

S.

SAbina, & eius vires 50.52

Sagittalis herba ſagittas extrahens 76

Sagittas extrahere dictamno cerui docuerunt 101

Sal Armoniacum, eiusq; vſus in prunella 68
cortiscum iuglandium 49
gemma 68
iunci aquatici 56
Vngaricum ſeu tranſyluanicum, eiusq; vires 68
vrina hominis 77
Sales terræ, diſcipuli Christi regenerati 86
Salix & eius decoctum 62
Sambuci baccæ, earumq; vſus 54
cortex interior flauus 60
flores, & eorum vſus 61
medulla eiusq; arboris, & fungorum vſus 60
Sanguinis è naribus & venis vſus 76. vt & è vulneribus 70
Sanguinem concretum è corpore expellens 68
Sanguinem ſiſtentia 44.58.76
Santalum rubrum, eiusque decoctum 58
Saponariparum & eius vires 70
Sapiens dominatur aſtris 85. in m.
Sapphirus & eius virtus 65
Serda lapis & eius vires 58
Sergi ſalacitas 87
Satyrion erythroneum ſeu verum Paracelſi 47.49
eius vires 47
Satyrij eſſentia 48
Saxifragiæ radices 53
Scabiei medela 66
Scabioſa, & eius vſus 43.66
Scarificationis inuentio 102
Scarabei natura 99
globi, pilulæ 74
Scarabei flaui 60
equini 74

*Scarus* 90
*Scincus* 49
*Sciuri* 100
*Scolopendrium verum* 46
*Scorbutum ſanans* 43
*Scoria ferri* 66
*Scorpionis oleum* 80
*Scorpionum ictus ſanantia* 79
*Scorzone ſerpens* 76
*ScorZonera vſus contra cognominis ſerpentis morſum ibid.*
*Scrophularia* 56.59.67
*Scrophularum medicamina* 65
*Scroto innaſcentium q. mororum cura* 75
*Scylla & eius vſus* 41
*Secundinæ cura* 51
*ſignatura* ibid.
*torrefacta vſus* 76
*Sedum minus, & eius ſuccus* 43.44
*Semen generantię* 48
*Seminis profluuio medens* 65
*Semina ſaxea* 55
*Sepiæ aſtus* 96
*Seroſos humores expurgans* 73
*Serpens quibus oculos ſibi vulneraq; curet fili linei, quibus ſerpens ſuffocatus, vſus* 76
*Serpens diſſectus ſe herba reſtituit* 106
*Serpentis exuuij cingulum* 73
*Serpentis vſus contra ſuos ictus* 80
*Serpentes* 93. *linguam amiſſam vt recipiant* 107. *ad m.*
*Serpentis funiculus* 76
*Serpentum axungia vel pinguedinis vſus* 77.80
*Serpentum inuenta* 105

*morſus*

morſus remedia 69.74.80.105.106. vſus in renouando corpore 76
Serpentaria & eius vires 69.102
Serpentis exuuiū maculoſum repræſentātes planta 69
Serenum tempus microcoſmi 85
Seſeli 104
Siccitas 82
Signatura membrorum 40
morborum 52
Signaturarū correſpondentia macro. & microcoſmi 81
Signaturas ſuas vnde ſumpſere homines 86. &c.
Silex 55
Simia 88.95
pulſus dignoſcendi peritiſſima 104
Sol terreſtris 64
Solanum 47
Somenſium fungorum vſus 75
Spaſmi remedia 67
Specula pennarum Pauonis 45
Spectra fugiens herba 65
Spica vacua & plena, quorum ſignaturā 94
Spicula & ſpinas extrahens 74
Spina dorſi ſignatura dolorum remedium 51
Spiritus vini virtus 81
Spiritus vitalis 77
Spiritus vini eſt merus ignis vel ſulphuris quinta eſſentia 81
Spiritus coacti lacerantes artus in cute clauſa 85
Spodium, & eius vſus 58
Spongia marina 67
Sphygmica artis origo à ſimiis 104
Spuma natura 85.94
Squamis capitis & cutis conducentia 66

*Squamoſorum pedum curatio* ibid.
*Squinanthia remedium* 65
*Staphylodendros* 47
*Stercora expellit zibeta* 78
*Sterilitatis medela* 75
*Stomacacen pellens* 43
*Stomachi digeſtionem iuuantia* 77
*Stomachi lupi corium* ibid.
*Strangulatorum in craniis oſſiculum* 55
*Strumis medentia* 67
*Struthiocamelus* 88.89
*Sturni* 90
*Succiſa ſedi minoris* 43
*Sudorem pellens* 52
*Sugillationes ſanantia* 68
*Suis cerebrum v.C.* 72
*Suis veſica* 78
*Suum amicitia* 86
*Sulphuris Quinta eſſentia* 81
*Syderica eiuſq; decoctum* 69
*Synouia remedia* 76
*Syncopes remedium.* 72

T

*Tabis ſignatura in macrocoſmo* 82
*Tabida membra medicans* 62
*Tartari remedium* 77
*Tartari in ventriculo cura* 68
*Tartari vires* 77
*Tartarus in venis muliebribus diſſolutus* 50
*Tartari Spiritus fœtor, fœtorem humorum putridorum in peſte expellit* 77
*Taurus* 75.90
*Telephij radix* 57

Tempeſtatis operatio in animo & intellectu hominis 82
Terra in macrocoſmo 84
Terra motus 82
Teſticulos inflatos ſanantia 49
Teſtium ſignatura 48
Teſtudines 99
Teſtudo, & calcinata eius puluis 58
Thapſia, folio fœniculato & eius vſus 42
Tibiarum ſignatura 51
Tigrides 89
Tiliæ florum grana, & eorum virtus 57
Tinca, & eius vſus 60
Tinea in cauitate roſa canina 61
Tonitru cunei ſigna magica 108
Tonitru ventorum in microcoſmo 82
Tonitru monſtrat cauſam, materiam, originem caducæ 82. in m.
Tonſillas mulcens 59
Tormentilla radix, & eius vſus 58.77
Tragorchis, & eius vires 49
Transformationis noſtra exempla in brutis 107
Trichomanes, eiusq́; vſus 42
in tritico primi parentis ſignatura 108
Tubera rotunda quercina, & eorum vires 65
Tuberculorum ab humore frigido cura 67
Tumorem in membris innaſcentem ſoluens 77
Turdi cacantes ſibi malum 88
Turtur ibid.

V

Valeriana vſus à felibus monſtratus 108
Variolarum remedium 7
Vberum ſignatura 45.46
Vberum muliebrium malè affectorum curatio 46

*Vberum vaccinarum vſus* 75
*Venæ ſectionis inuentio* 102
*Venarum ſignatura* 52
*Venarum magnarum ſignatura in macrocoſmo* 84
*Venenum veneni congeneris expulſiuum* 80
*Venena aliquando geminata, commixtaq́ꝫ contraria fa-cultatis, remedio ſunt, non exitio* ibid.
*Venena plerumque venenatis venena* 71
*Venenis reſiſtentia & remedia contra ea* 69
*Venenoſi morbi plerunq; propriis antidotis ſanãtur* 78
*Veneris vmbilicus* 46
*tonitru ventorum in microcoſmico* 82
*ventus microcoſmi* 83
*Ventriculus quo ſeruetur* 46
*Ventriculi ſignatura* ibid.
*medela* 46.78
*Ventriculi gallinæ vſus* 78
*Ventris inflatio* 83
*Venus ſine Baccho friget* 50
*Venerem excitantia* 48.71.75
*Verbaſci folia, eorumq́ꝫ decoctum* 59
*Vermes inteſtinorum quibus pellantur* 74
*Verrucas tollens* 69
*Vertiginis remedia* 77
*Veſicæ ſignatura* 47.83
*Veſicæ morbis medentia* 47.78
*Veſica ſuillæ, ouillæ, caprinæ, carpionis, bouis, vſus* 78
*Veſicæ fractæ ſignatura* 83
*Veſicarum nigrarum in pedibus ſignatura* 78
*Veſicaria & eius acinorum vſus* 47
*Veſicaria repens* ibid.
*Veſpertiliones 90. vere reuiuiſcunt* 107
*Victorialis vtriuſque ſigna magica* 108

*Vicia, & earum decoctum* 61
*Villoſarum plantarum vſus* 59
*Viperarum morſus ſanantia* 69.74.78
*Viperarum vſus in renouando corpore* 76
*Viperinæ carnis vſus* 61
*Virilitatis amiſſæ reſtitutio* 48
*Viſcus quercinus, & eius vires* 55
*Viſui ſalubria* 43
*quæ bruta monſtrarunt* 102
*Vitalis ſpiritus ſeu vita in muſculis* 77
*Vitis* 69.90
*eius myſteria* 108
*Vites deputatæ* 90
*Vitrioli colcothar, eiuſque vſus* 55.58.66
*Vitulus* 93
*Vlcerum deploratorum cura* 78
*Vlcera arſenicalia* 71
*Vlmus 54. eius folia 79. eorumq; veſiculæ* 57
*Vmbilicus, luxuriæ ſedes* 46
*Vmbilici ſignatura* ibid.
*Vmbilici infantis particulæ vſus* 72
*Vmbilicus Veneris, & eius vires.* 46
*Vomicæ curatio à capreis monſtrata* 101
*Vomitiuorum vſus à brutis* 103
*Vpupa ſpurca auis* 92
*Vrina, ſi inuitis redditur, cura* 78
*Vrinam cientia 47.78. vel remoratam.* 68.69
*Vrinæ ſal & Tartarum* 77
*Vrſi 90. vt oculos curent hebetes* 102
*Vrtica alba, vel mortua* 64
*Vteri ſignatura* 50.51
*Vua verſa, eiusq; vires* 78
*Vuarum acini* 50

# INDEX ALTER.


| | |
|---|---|
| *Vulnerum curatio* | 56.70 |
| *Vulnerum hæmorrhagia nimia ut ſiſtatur* | 76 |
| *Vulpes* | 96 |
| *Vulturis pelles* | 77 |
| *Vvularia* | 44 |

Z

| | |
|---|---|
| *Zibetta vires* | 78 |
| *Zingiber* | 46 |
| *Zephyrus.* | 82 |


FINIS.

BIBLIOTHEQUE ROY…



**Texte détérioré — reliure défectueuse**

**NF Z 43-120-11**